This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

University Libraries
120 740 738

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

IÆ

DÀ, ŒCONOMICA,

ESIASTICORUM,

1216) *PRO LATINIS*
RUERUNT :

R QUINDECIM PRIMA

IS COLLATAS, PERQUMA
INENTER ILLUSTRATA;
EBENTUR ABSOLUTAS
AUCTORES ALICUJUS
SITIS, NECNON ET
TAMQUE MATE-
ALIQUA VERO
PLIFICATA;

ETICIS, CHRONOLOGICUS,
DOGMATICUM, MORALE,
EPTIONE ; SED PRÆ-
, QUO CONSULTO,
NE UNO QUIDEM
SCRIPTURÆ
US OPERUM
A PRIMO

HARACTERUM NITIDITAS
M TUM VARIETAS, TUM
CURSU CONSTANTER
T CHRONOLOGICA,
, PRIMUM AUTEM
S FORMASQUE

IÆ GRÆCÆ
PORA ;

AMOS EDITORE.

IULTI.

SUCCESSORES,
AINE, 127.

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICUS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXX.

JOANNES XIPHILINUS, SYMEON JUNIOR. ALII BENE MULTI.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA: *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1880

Ex typis societatis dictæ Societas anonyma impressionis et librariæ administrationum viarumque ferrataram.
PAULO DUPONT, Directore. — Parisiis, in via dicta Jean-Jacques-Rousseau, 41. (Cl.) 73.7.80.

BR60
P4
v.120

STANFORD LIBRARY

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNI 1005-1073.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΞΙΦΙΛΙΝΟΥ,

ΣΥΜΕΩΝ ΤΟΥ ΝΕΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS XIPHILINI

ARCHIEPISCOPI CP.,

SYMEONIS JUNIORIS,

OPERA OMNIA

INTERMISCENTUR

JOANNIS EUCHAITÆ, THEODORI ICONII, ALEXII CP., DEMETRII CYZICENI, MICHAELIS CERULARII, SAMONÆ GAZENSIS, LEONIS ACHRIDANI, EPISCOPORUM; LEONIS PRESBYTERI, JOANNIS PRESBYTERI, EPIPHANII MONACHI HIEROSOLYMITANI, NICETÆ CHARTOPHYLACIS, NICETÆ PECTORATI, JOANNIS CP. DIACONI, ANONYMI,

SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1880

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNI 1005-1073.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXX CONTINENTUR.

ANONYMUS S. NILI DISCIPULUS.

Vita S. Nili Junioris, abbatis Cryptæ-Ferratæ in agro Tusculano ex editione Joan. Matthæi Caryophyli, episcopi Iconiensis, repetita in Septembri Bollandiano, tom. VII..... 9

THEODORUS ICONII EPISCOPUS.

Vita SS. Cyrici et Julittæ, ex Bibl. nova Patrum card. Ang. Mai..... 166

LEO PRESBYTER.

Prologus ad Passionem SS. Rufi et Respicii, ex Spicileg. Rom..... 174
Prologus in Vitam S. Joannis Chrysostomi..... 175

LEO GRAMMATICUS.

Historia Byzantina (*vide tomum CIX, qui Scriptores post Theophanem complectitur*).

JOANNES PRESBYTER.

Epistola ad Leonem Grammaticum et archiepiscopum Calabriæ ex J. B. Cotelerii Monum. Ecclesiæ Græcæ..... 178

EPIPHANIUS MONACHUS HIEROSOLYMITANUS.

Sermo de Vita SS. Deiparæ, ex Amadutii Anecdot. litter., tom. III..... 186
Vita S. Andreæ, ex editione Græca A. Dresselii, addita interpretatione nostra..... 215
Enarratio Syriæ, Urbis Sanctæ et sacrorum ibi locorum, ex Allatii Symmictis..... 259
De religione Christiana libellus, ex Emmanuelis a Schelestrate Actis Ecclesiæ Orientalis..... 273

ALEXIUS CP. PATRIARCHA.

Constitutiones synodales. *Vide tom. CXIX*, col. 743 et 1009..... 285

DEMETRIUS SYNCELLUS CYZICENUS METROPOLITA.

Responsiones de nuptiis prohibitis. *Vide eumdem tomum CXIX*, col. 1098.

SYMEON JUNIOR.

Notitia ex Leone Allatio De Symeonibus..... 287
Jacobi Pontani Præfatio..... 317
Orationes XXXIII, Latine, ex editione Jacobi Pontani..... 321
Divinorum amorum Liber singularis..... 507
Capita practica et theologica, Latine partim apud Jac. Pontanum, Græce in Φιλοκαλίᾳ τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν, cujus exemplar, magno pretio redemptum, Athenis nobis est transmissum, nam in nostris partibus frustra quæreretur..... 603
De alterationibus animæ et corporis quæ ex varietate cibi aut aeris, quæque ex elementis, ex cibis, interdum etiam ex dæmonibus exsistere in nobis solent. Latine ex interpretatione Petri Possini S. J..... 687
De fide et profectu libellus, vernaculo sermone Græco scriptus, ex Φιλοκαλίᾳ..... 693
De tribus modis orationis, ex eodem libro..... 701
Appendix. — Scholastici cujusdam Dialogus de Deo, ad Symeonem Theologum..... 709

NICETAS CHARTOPHYLAX NICÆNUS.

Quibus temporibus et quarum criminationum causa a CP Ecclesia sejunxerit se Romana Ecclesia, ex Maii nova Bibl. PP..... 713

MICHAEL CERULARIUS CP. PATRIARCHA.

Homilia dicta in prima Dominica Quadragesimæ festo restitutionis imaginum, ex Montfauconii Biblioth. Coislin. Falso antea inscribebatur : *Epistola synodi Nicænæ ad S. Alexandrinorum Ecclesiam*..... 723
Edictum synodale, ex Conciliis..... 735
Alia edicta synodalia vide in tomo CXIX, col. 747, 850, 851.
De sacerdotis uxore adulterio polluta, ap. Cotelerium in notis ad Hermam..... 749
Michaelis Cerularii, Dominici Gradensis et Petri Antiocheni Epistolæ mutuæ, ex ejusdem Monum. Ecclesiæ Græcæ..... 751

SAMONAS GAZENSIS EPISCOPUS.

Disceptatio cum Achmed Saraceno, perspicue docens, panem ac vinum, utrumque per sacerdotem consecratum, verum esse et integrum corpus ac sanguinem D. N. Jesu Christi..... 821

LEO ACHRIDANUS BULGARORUM ARCHIEPISCOPUS.

Epistola ad Joannem episcopum Tranensem, nunc primum ex cod. Monac. Græce edita a D. J. Hergenrœter..... 833

NICETAS PECTORATUS PRESBYTER ET MONASTERII STUDIENSIS MONACHUS.

Practicorum, physicorum et gnosticorum capitum centuriæ tres, Græce in Φιλοκαλίᾳ, Latine ex interpretatione nostra..... 954
De salutatione manuali, fragmentum..... 1009
Libellus contra Latinos..... 1012
Carmen iambicum in Symeonem Juniorem..... 1039
(*Fragmenta ex vita Symeonis Junioris edentur in notis Fr. Combefisii ad Manuelis Calecæ opus de essentia et operatione divina. Vide tom. CLII.*)

JOANNES EUCHAITARUM METROPOLITA

Notitia auctore Conr. Janningo in Junii Bolland. tomo I..... 1039
Vita S. Dorothei Junioris, sive in Chiliocomo, auctore monacho coævo, facto deinde metropolita Euchaitarum..... 1051
Sermo in S. Mariæ Dormitionem, ex R. P. Ant. Ballerinii, S. J., Sylloge monumentorum de immaculata conceptione Deiparæ virginis..... 1075
Fragmentum ex Vita S. Eusebiæ..... 1297
Versus iambici in principalium festorum pictas in tabulis historias atque alia varia, ex rarissima editione Matthæi Busti, Etonensis, cum interpretatione nostra..... 1119

JOANNES XIPHILINUS CP. PATRIARCHA.

Orationes quinque, ex editione Græca Christ. Frid. Matthæi, cui interpretationem Latinam addidimus..... 1201
Oratio in crucis adorationem, ex Jac. Gretsero 1259
Oratio dicta Dominica Omnium Sanctorum, ex codice Naniano CXXII, cum interpretatione nostra. 1289
Decreta matrimoniala. *Vide tomum CXIX, col.* 755 *et* 875.

JOANNES CP. DIACONUS.

De Dei circa hominem œconomia, ex Maii nova 1291

256426

ANNO DOMINI MV.

ANONYMI
VITA S. NILI JUNIORIS

ABBATIS CRYPTÆ FERRATÆ IN AGRO TUSCULANO

COMMENTARIUS PRÆVIUS

(*Acta Sanctorum Bolland.*, Septembr. tom. VII, ad diem 26, pag. 279.)

Notitia locorum : Vita Sancti scripta a contemporaneo : ejus chronotaxis aliqua.

1. Sanctum Nilum abbatem nomino, et Cryptæ Ferratæ nuntio, tanquam si ibidem diem obiisset: usitatum ab aliis morem potius, quam nostrum scrupulose secutus. Prælaturam abbatialem semper sic declinavit sanctus, ut tamen semper subditos et sequaces monachos plurimos habuerit. Obiit autem in monasterio S. Agathæ, distante tertio milliari a Cryptæ-Ferratensi, ad quod sacra ejus cimelia translata fuere, ubique, ut primi ejus abbatiæ fundatoris, præcipuo honore culta et prodigiis a Deo illustrata fuere. Baronius ad hunc diem 26 Septembris S. Nilum ita nuntiat in Romano Martyrologio : « In agro Tusculano B. Nili abbatis, fundatoris monasterii Cryptæ Ferratæ magnæ sanctitatis viri. » Frustra sancti nomen apud martyrologos classicos quæras cum illis omnibus sit posterior, utpote tantum initio sæculi XI ad superos translatus. Wion, Menardus, Dorganius fastis sacris Benedictinorum insertum habent : quia, etiamsi non fuerit monachus ordinis S. Benedicti, sed S. Basilii, « diutamen, inquit Menardus in Observationibus, habitavit in monasterio S. Bonifacii et Alexii Romæ, quod est ordinis S. Benedicti. » Quam diu ibidem egerit S. Nilus, in decursu videbimus: interim dispiciant, quorum interest, an hæc ratio sit sufficiens, ut sanctus quis ordini cuipiam ascribatur. Ferrarius in Catalogo sanctorum Italiæ uberius de S. Nilo agit, contrahens, quæ apud Baronium in Annalibus ad annum 976 et alibi sparsa legerat. Junioris agnomen sortitus est sanctus abbas distinctionis ergo cum altero homonymo S. Nilo itidem Græco, qui Theodosii Junioris temporibus, honoribus et titulis excussis, monasterium Constantinopoli summa cum laude administravit. De illo doctrina et sanctitate celebri agendum veniet ad diem 12 Novembris, quo Romano Martyrologio inscriptus legitur.

2. Est porro Tusculanus ager, ubi decessit S. Nilus, Romano proximus : imo Campaniæ Romanæ pars. Civitas ibi episcopalis est, quam Itali *Frascati*, indeque recentiores quidam *Frascatam* Latine appellant : distat 12 milliaribus ab Urbe, contenduntque plurimi, eodem loco vetus Tusculum fuisse, a quod vicinus ager adhuc nomen retinet. Inde ad meridiem uno circiter milliari declinantibus, ubi olim Luculli villa fuit ad aquam Crabram, occurrit celebre cœnobium, quod S. Nilo nostro initium suum et splendorem debet : *Grotta Ferrata* ab indigenis, a Latinis vero *Crypta Ferrata* vocitatur. Nominis originem deducunt alii a specu quem incolebant monachi, quique ferreis clathris claudebatur, ut contendunt : a ferri ibidem abundantia derivant alii. Kircherus in Latio Cryptæ-Ferratensis abbatiæ exordia Bartholomæo S. Nili discipulo ascribit : illum sequitur Piazza in Hierarchia Cardinalitia : at infra videbimus, perperam id fieri, primumque illius auctorem habendum esse sanctum nostrum, de quo pauca admodum, et si chronotaxim examenque monumentorum seu Vitæ exceperis, nulla fere hic operose discutienda sunt. Quod porro ad S. Nili Vitas, seu potius Vitam spectat, omnis fere difficultas in ejus auctore investigando sita est : leviusculi enim errores facile scriptori poterunt indulgeri, si modo ejus fides et auctoritas aliunde probabitur. S. Nili Vita primigenia Græca est, ex eaque, ni fallor, unica, prodierunt Vitæ Latinæ pro interpretum methodo diversa utcunque inter se discrepantes. illam assignat Baronius in Annalibus ad annum Christi 976, num. 2 in antiquo codice monasterii Cryptæ Ferratæ a sancti discipulo compositam ; eamdem Barrius de Antiquitate Calabriæ lib. v ac denique Ferrarius in Annotatione appellat. Videamus porro, an vere una eademque Vita Græca sit, unde diversæ versiones profectæ sunt.

3. Baronius laudatus ita loquitur : « Cujus (S. Nili) res gestas Græce conscriptas ab ejus discipulo Latinitas hactenus nunquam vidit. Qui prius ex

iquo codice monasterii Cryptæ Ferratæ tra-
it Latinitati, fuit noster Federicus Metius, epi-
pus Thermularum, a quo ego primus accepi,
nonnula ex eis pro ratione temporis nostris
nalibus opportuna occasione contexui. » Eadem
combinavit ex Baronio Surius et ad hunc diem
lectioni suæ inseruit. Versionem Metii a
rtenio inferius laudando, uti et a Jacobo
ommari, ordinis S. Basilii et Cryptæ Ferratæ
nacho in Notis ad Vitam S. Bartholomæi ab
o Italice editam, reperio assignatam, sed præ-
ea quæ suis Annalibus inseruit Baronius, alia
i invenio ; unde dubito, an versionem suam
is ediderit Metius, et non fuerit potius in Ba-
ii solius gratiam adornata. Quidquid sit, quæ is
ois ex versione illa subministravit abunde ad
i præsentem erunt. Edmundus Martene Colle-
nis veterum scriptorum tom. VI, col. 887, Vi-
i S. Nili inseruit Illam, ut in Observatione
evia monet, vertit ex Græco cardinalis Sirletus,
inamque ejus interpretationem illam repererat
n in codice Vaticano Joannes Durandus accu-
eque descriptam transmiserat ad Mabillonium,
im Adriani Valesii judicio luce publica dignam
xque edendam, nisi varia studia impedivissent.
rsionis Sirletianæ etiam meminit laudandus
oe Sciommarius, ejusque exemplar. ms. et nos
emus ex Bibliothecæ Vaticanæ cod. ms. sub
n. 6151, qui idem est, unde suum apographum,
od cum nostro ad apices convenit, adornasse
randum, scribit Martenius.

4. Adjecit nostro Papebrochius, exemplar Græ-
n vidisse se in Cryptæ Ferratæ monasterio,
suluitque coram Romanum codicem, ad quem
quid observavit, ut infra videbimus. Denique
nnes Matthæus Caryophilus, archiepiscopus
niensis, præteriti sæculi initio Latine vertit una-
i cum textu Græco ex Cryptæ Ferratæ ms.
nanis Zannetti typis anno 1624 edidit Vitam
Nili, quam queritur usque tum in tenebris
tuisse. Caryophili diligentia et in Latinis æque
Græcis peritia nihil circa Vitam præfatam de-
eratum relinquit, præter hiatum unicum in
ite 2. Is mihi dubium injecit, an saltem ex
em Cryptæ Ferratensis monasterii codice Sirleti
sio profecta sit, cum in Caryophili textu omissa,
s fere columnas in Martenii editione impleant.
summo alibi passim consonantia peperit suspi-
iem, ne forte postquam codicem consuluerat
etus, folium ex eo, vel negligentia vel alio
i perierit. Quidquid sit, cum textum Græcum
lerit Caryophilus exactaque videatur ejus in-
retatio, Vitam ex illo edam : et ne quid lector
deret hiatumque supplere possit, locum ex
eti versione dabo. De biographo sic scribit
ophilus post initium Præfationis ad lectorem:
onachi Vitam monachus scribit, magistri di-
ulus. Quis tamen ille fuerit, non plane con-
Bartholomæum suspicantur multi, quidam
etiam asserunt virum et ipsum sanctissimum,
Nili civem et sapientiæ ejus et pietatis hæredem. »
Hæc ille aliorum sensa de Bartholomæo, non sua
promens : et caute sane sicut prudentem virum
decebat tum pro ea censuræ parte, qua biogra-
phum S. Nili contemporaneum fuisse asserit, tum
pro altera, qua asserta de Bartholomæo in dubio
relinquit.

5. Supervacaneum esset, pro confirmatione pri-
mæ partis quæpiam allegare, cum pluribus locis
talem se luculenter profiteatur biographus. Quod
ad secundam spectat, plures Vitam illam B. Bar-
tholomæo ascribunt, inter quos Sciommarius et
Martenius ; at is solus ex iis quos vidi asserti ra-
tionem reddit, quam propono. « Discipulum autem
illum, inquid, haud alium fuisse a B Bartholomæo,
tertio post S. Nilum Cryptæ-Ferratæ abbate, col-
ligimus, cum ex inscriptione, quæ Vitæ ejus
præfigitur in codice Vaticano MMMMMMCLI hoc
modo: « Hanc Vitam B. Bartholomæus scripsit: »
tum ex breviori ejusdem S. Bartholomæi Vita, in
qua hæc legimus : « Hymnorum elucubrator ac ni-
« mium sapienter res gestas sui præceptoris et
« multorum sanctorum describens. » Reddunt qui-
dem postrema illa certum utcunque, B. Bartholo-
mæum scripsisse Vitam sancti sui præceptoris
Nili ; verum, quod Vitam eamdem illam elucubra-
rit, quam hodieque habemus, non ex eo æque
certo liquet. Quod ad codicem Vaticanum attinet,
parum sane ponderis asserto accederet, etiamsi
interpres Sirletus, vel qui ejus versionem codici
inscripsit, verba addidisset, quæ in textu Græco,
quem vertit, non legebantur : sed ne tantum
quidem subsidii pro sua opinione habet Marte-
nius, quique cum illo sentiunt : Papebrochius
enim, qui codicem Vaticanum propriis oculis
lustravit, addita ad apographum nostrum nota
studiose monet, alia indubie manu verba allegata
fuisse adjecta, quam qua Vita exarata est. Plura,
ni fallor, opus non est addere, ut rationem reddam,
quare sententiæ illustrissimi Caryophili subscribam,
nec Vitam, quod tamen pro probabili habeo, B.
Bartholomæo indubie ascribam. Major, fateor, a
B. Bartholomæo auctoritas Vitæ accederet ; at
quam habemus a scriptore coævo, quique S. Nilo
in ipso loco convixit, candoremque suum non
uno loco probat, nobis sufficit.

6. Nunc ad quampiam chronotaxim deducendam
et pauca aliqua examinanda descendamus. Natus
est S. Nilus Rossani in Calabria, olim Magna
Græcia vocari solita. Provincia est amplissima
regni Neapolitani in Italiæ ad Austrum extremis
finibus maribusque Siculo, Ionio et Tyrrheno un-
dique cincta, præterquam versus Septentrionem,
ubi provinciam Basilicatem conterminam habet.
Rossanum, quod alii Roscianum scribunt, prin-
cipatus titulo et archiepiscopali sede insignitum
est, distatque vix 3 milliaribus ab ora sinus Ta-
rentini. Ampla et probe culta hodieque civitas est,

Sæculo x, uti et Calabria universa imperio Orientis adhuc parebat, eratque et lingua et ritus Græcus in usu quando ibidem natus est S. Nilus. De parentibus ejus annoque natali nihil determinatius legitur in Vita. Gabriel Barrius *de Antiq. et situ Calabriæ* libri v initio scribit, S. Nilum ex nobilibus parentibus ortum esse, assertorumque testem allegat B. Bartholomæum sancti biographum; at vel vulgare est hoc vitium scriptorum, qui sanctos stemmatis fulgore quavis via decorare laborant, vel aliam Vitam, quod tamen vix credo, præ oculis habuit Barrius. Id sane neque in textu Græco neque in versionibus, quas habeo asseritur. Quod ad annum natalem attinet, Sciommarius Nota 8 ad Vitam B. Bartholomæi designat annum Christi 910, et recte : quippe Vitæ num. 87 dicitur S. Nilus obiisse anno ætatis 95 Mortuus autem est anno Christi 1005 ; unde si annos 95 subtraxeris, in annum 910 delaberis.

7. Porro annum Christi 1005 sancti morti assignatum non habemus in Vita, sed illum ex aliis monumentis bonæ notæ accersit Sciommarius. Juxta turrim ecclesiæ Cryptæ Ferratensis marmori insculpta est hæc inscriptio : Ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Νεῖλος ἔτος ,ϛφιγ'. « Obdormivit S. Nilus anno 6513. » Idem annus morti S. Nili assignatur, teste Sciommario, in antiquo codice, qui Basilii Porphyrogeniti appellatur, uti et in Typico antiquo B. Bartholomæi aliisque Mss. monumentis. Erudite porro, variorum scriptorum in hoc modo computandi correptis lapsibus, ibidem ostendit, annum mundi Græcorum more signatum 6513, esse vulgaris æræ 1005. Omitto argumenta, quibus id indubie evincit, quæque apud ipsum videri possunt. Interim imprimis certum est, juxta hanc epocham recte combinari, quæ in Vita de conventis Ottone III imperatore et Gregorio V pontifice in causa Joannis antipapæ narrantur, quæque pugnant apud Gabrielem Barrium, Lubinum aliosque S. Nili mortem ad annum 980, vel aliquot annis ante finem sæculi x referentes : cum certum sit ex num. 87, Quadragesimali tempore Romam ea causa profectum sanctum, idque anno 998, ut liquet ex monumentis a Muratorio in Annalibus ibidem allegatis. Neque minus limpide secundum chronotaxim fluunt allia nonnulla, quæ notis chronologicis in Vita circumscripta sunt. Quando S. Nilus mundo valedixit, nondum expleverat annum 30, num. 6 : igitur accessus ejus ad monachos anno 940 vel sequenti contigit. Numero Vitæ 26 Stephanus « adolescens annorum fere viginti junxit se S. Nilo, quod contigit hujus altero... in speluncam secessionis anno. » num. 27 Stephanus num. 94 septuagenario major laborare solitus fuisse dicitur. Stephanum mortuum sub eumdem annum, quo Otto III inperator decessit, liquet ibidem ex adjunctis. Ottonis obitus anno 1001 consignatus est : circa illum obierit Stephanus ; ejusdem monasticæ vitæ initia circa annum 943 figi poterunt, Rursum num. 95 monasterium Serperis, « in quo ad annos 10 monasticam duxerit vitam, » deseruit S. Nilus et duobus post mensibus num. 97 obiit. Eo igitur accesserit anno 994 vel sequenti. Numero 86 in Vallelucio egit quindecim annos, ab Aligerno Cassinensi abbate in illud admissus num. 62, deducto computu, sub annum 978, quo Aligernus agebat abbatiæ 29, qui mortuus est, asserente Mabillone, anno 986.

8. Hinc anni 7 residui sunt locandis iis, quæ sub Aligerni successore num. 84 et sequentibus ibidem S. Nilo contigisse narrantur, uti et quærendo alii solitario loco migrandoque ad monasterium Serperis : atque sic ordinate combinantur omnia. Observat porro Sciommarius sæpe laudatus Nota 18 ad vitam B. Bartholomæi, sanctum in baptismo Nicolaum fuisse nominatum. Clarus est in hanc rem locus Pancratii in Panegyrico dicentis : Τὴν μονὴν τῆς Κρυπτοφέρρης ἀπαρξαμένου τοῦ μεγάλου Νικολάου τοῦ καὶ Νεῖλος μόνοννος. « Cum principium dedisset monasterio Cryptæ Ferratæ magnus Nicolaus, qui et Nilus solum, » scilicet, appellatus est, Nota 13 dixerat, in ordine S. Basilii, cum habitum quis induit, nomen mutari solere ; atque ita S. Nicolai nomen in Nilum, B. Basilii in Bartholomæum mutatum fuisse. Quæ ad educationem ejus et adolescentiam exactam spectant, quæpiam in Vita referuntur. Barronius in Annalibus ad annum Christi 976, num. 2, sic scribit ex Metii versione, quam secum communicatam dixerat : « Fuit Nilus iste ab origine Græca, Rossani in Calabria civitate natus, doctrina atque pietate insignis, ab infantia Dei cultor eximius et post matrimonium vitam monasticam sectatus. » Eadem de sancti matrimonio habent Surius et Bailletus ad hunc diem. Nescio, an diversa in eo fuerit Metii versio ; at si habet similia illis, quæ in Vita edenda cap. 1, num. 3 et seq., narrantur, utut durum est, sanctos gravium noxarum suspectos reddere, si veritati litandum est, diffiteri non possum, tam saltem dubium esse, an legitimum fuerit commercium illud, ut minime certo matrimonium inde erui possit. Contrarium sane censuit Gabriel Barrius, dum lib. v *de Antiquitate et situ Calabriæ* de S. Nilo nostro scribit : « Inde vero jam exoletus dæmonis opera, cum virgine quapiam concubuit, filiamque ex ea suscepit. Cæterum deinde resipiscens ac se perpetrati deliquii pœnitens, mundi oblectamenta ac divitias deserere statuit.

9. Verum, sicut matrimonium certo astruere non possum, sic nec tam crude ac decretorie sanctum fornicationis arguere ausim ; sunt enim ex utraque parte nonnulla, quæ rem ambiguam relinquunt. Et pro matrimonio quidem facere videtur studiosa descriptio puellæ, quæ inter alias matrimonio non copulatas ejus amores aucupata est et fixit. Quod scilicet pulchritudine cunctas antecelleret, sed

curo loco nata esset. Etenim si de concubinatu gitim que commercio tantum agebatur, super- sane videri poterat animadversio de obscuri- generis, cum non soleant hujusmodi veneres eris claritate splendere. Denique videretur ne ibi matrimonium cum imparis conditionis sona describi, nisi reclamarent aliunde alia. lo inter illa recensere invectivas expressio- que duriores biographi; novi enim, simplicio- monachos castitatis zelatores eximios, quan- ue similia matrimonio licitisque aliunde sæcu- um voluptatibus afflare; sola sancti fuga, prout iographo describitur, sufficit, ut mihi rem totam iam reddat. Et sane, si legitimum matrimo- m fuit, non licebat S. Nilo, relicta comparte, ere et monachalem vitam amplecti, illa non sentiente. Consensisse autem, vel e vivis excessisse, quod decretorie, sine teste ta- i, asserit Bailletus, nihil omnino suadet lere, imo potius contrarium innuitur.

0. Igitur res in ambiguo sit: quamvis diffiteri possim majorem meam esse de non matrimo- suscipionem. Nunc pauca supersunt de insti- tuta a S. Nilo Cryptæ-Ferratensis abbatia, cujus initia et fundationem, ut jam superius monui, quidam serius figunt. Pauca, inquam, quoniam quisquis Vitæ edendæ tria ultima capita atten- tius perlegerit, luculentissime perspicit, si B. Bartholomæo celeberrimi monasterii perfectio de- beatur, sancto certe nostro principium ejus ascri- bendum esse. Testatur id insuper apertissimis verbis Pancratius supra num. 8 laudatus ipseque B Bartholomæus in Typico suo, quod citat Sciommarius Nota 18. Ibi sic legitur die 25 Se- ptembris: Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἐπειδὴ εἰς τὴν κ̄ε̄ ἐπιτελοῦμεν τὴν τοῦ πρωτοκτήτορος τῆς μονῆς μνήμην Πατρὸς ἡμῶν Νείλου. « Sciendum est, quod 26 die celebremus memoriam primi fundatoris monasterii, Patris nostri Nili. » Atque hæc ad stabiliendam Baronii, primum abbatem Cryptæ Ferratæ sanctum nostrum appellantis, annuntia- tionem sufficiunt. Cæterum ex monumentis, quæ in Latio suo cap. 2. pag. 61, allegat Kircherus, videtur mulieribus non patere accessus ad capel- lam, ubi S. Nili et B. Bartholomæi corpora hodieque deposita sunt et summa veneratione coluntur.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ

ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΝΕΙΔΟΥ

—

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI ET DEIFERI

PATRIS NOSTRI NILI

Auctore Sancti discipulo, forte B, Bartholomæo; editore et interprete Joanne Matthæo Caryophilo, archiepiscopo Iconiensi.

—

CAPUT I.

scitur S. Nilus, Deiparæque offertur. Magnum in ipsa adolescentia in virtutibus et scientiis gressum facit. Variis a dæmone tentationibus appetitur, iisque superatis, fit monachus.

. Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas et communicatio sancti Spiri us (bonum quippe et ordiri a Deo et in Deum desinere) sit cum iibus studiose audientibus et cum tenuitate mea itisque paupertate, qui audacter historiam Vitæ cti Patris nostri Nili junioris sum narraturus. i enim per hominem, vel suggerente et adhor-

α'. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος (καλὸν γὰρ ἐκ Θεοῦ ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν καταλήγειν) εἴη μετὰ πάντων τῶν φιλοπόνως ἀκροωμένων, καὶ μετὰ τῆς ἐμῆς εὐτελείας καὶ πτωχονοίας τοῦ μέλλοντος τολμηρῶς διαγγέλλειν περὶ τοῦ βίου τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου τοῦ

νέου. Οὐ γὰρ δι' ἀνθρώπου, οὐδὲ δι' ἀνθρωπίνης ὑποβολῆς ἡ παρακλήσεως τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐνεχειρισάμην. Οὐδὲ γάρ εἰσι νῦν ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς τῶν ἐσχάτων τούτων αἰώνων οἱ τά τοιαῦτα ζητοῦντές τε καὶ πολυπραγμοῦντες· τοὐναντίον μὲν οὖν, πολλοὶ οἱ μωκίζοντες, καὶ πρὸς ταῦτα ἀηδιζόμενοι, οἱ μήτε τοῖς παλαιοῖς διηγήμασι τῶν ἁγίων πιστεύοντες, μήτε τοῖς νεωστὶ τελειωθεῖσιν πειθόμενοι· ἀλλὰ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῖς τὰς τῆς ὠφελείας ὁδοὺς ὡς εἰπεῖν ἀποφράξαντες, ἵνα σκοπὸν ἐν ἅπασι τίθενται, τὸ πρὸς τά ἑαυτῶν μετακρίνειν τὸ πιστὸν ἐν τοῖς λεγομένοις· τὸ δ' ὑπερβάτινον τὴν ἑαυτῶν δύναμιν, ὡς ἔξω τῆς ἀληθείας τάττει τοῦ ψεύδους ὑπονίαις καθυποβάλλειν. Διὸ τὸν ἀόρατον νοῦν, τὸν Θεόν φημι καὶ Πατέρα, καὶ τὸν ἄναρχόν τε καὶ συναΐδιον Λόγον, καὶ τὸ πανάγιον καὶ ὁμοούσιον Πνεῦμα, θεμέλιον καὶ ἀρχὴν προθέμενος τοῦ λόγου, οὕτω τῆς διηγήσεως ἁπαρξώμεθα· εἰ καὶ μηδεὶ γέ τινι χρησιμεύσουσαν ἄλλῳ, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν ταύτῃ ἀσχολουμένοις, καὶ μικρόν τι τὸν νοῦν ἐκ τῶν γηΐνων ἀπαγομένοις οὐ μικρὰν τὴν ὄνησιν καὶ τὸ κέρδος ἐργαζομένην, καθάπερ τοῖς μυρεψοῖς ἡ τῶν ἀρωμάτων ἀναστροφὴ τὴν ἐξ αὐτῶν ἡδύτητα καὶ ἀπόλαυσιν. Δεῖ τοίνυν τὴν ἐνεγκοῦσαν τοῦτον ἡμῖν τὸν ἀοίδιμον Νεῖλον προτάξαι τῷ λόγῳ, ἵνα μηδὲν τῶν δεόντων ἐλλείπῃ τῷ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐρευνῶντι.

β'. Τὸ Ῥουσιάνον οἶδ' ὅτι πάντες γινώσκουσιν, οὐ μόνον διὰ τὸ προκαθῆσθαι τοῖς τῆς Καλαβρίας τέρμασι, μέγιστόν τε τυγχάνειν ὁμοῦ καὶ ἀνεπιβούλευτον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ καὶ πάσης τῆς χώρας ἐρημωθείσης, καὶ πασῶν τῶν πόλεων ἔργον γεγενημένων τῆς τῶν Σαρράκηνῶν πολυπληθείας, μόνον διαφυγεῖν μέχρι καὶ νῦν τῆς αὐτῶν ἀπωλείας τὸν νόμον. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης σοφίας ἢ βοηθείας συνέβη, ἀλλὰ τῇ δυναστείᾳ καὶ ἀντιλήψει τῆς ἐκεῖ ἐπισκιαζούσης ἐξαιρέτως Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας· ἥτις πολλάκις τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἐν νυκτὶ προσελθόντων, καὶ συλῆσαι τὸ φρούριον βουληθέντων, ἅμα τῷ προσεγγίσαι αὐτοὺς τῷ τείχει, ὥστε καὶ κλίμακας ἐπιθεῖναι, λέγεται ἄνωθεν ὡς γυνὴ πορφυροφόρος ἐποφθῆναι αὐτοῖς, λαμπάδας ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσα, καὶ ταύταις αὐτοὺς καταβάλλουσα, καὶ τοῦ τείχους ἀποδιώκουσα. Καὶ τοῦτο σαφῶς ὁμολόγουν οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι πρόσφυγες. Ἐκεῖθεν τοίνυν ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος ἀνέτειλεν, καὶ ἐκεῖσε τὰς τῆς σωματικῆς ἡλικίας ἀρχὰς κατεβάλετο, δῶρον ἀπὸ Θεοῦ χαρισθεὶς τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ· πρὸς γὰρ ἀδελφῇ ἐτέχθη

tante hominis consilio agressus sum tale opus. Neque enim sunt nunc novissimis temporibus novissimorum horum sæculorum, qui talia quærant et curiose appetant: quinimo multi qui subsannant et injucunde hæc audiunt, quibus nec antiquorum sanctorum narrationes neque recens facta fide digna sunt, sed obstructis sibi plane omni ex parte viis ad utilitatem ferentibus, scopum unum habent in omnibus sibi propositum, ut eorum, quæ dicuntur, fidem metiantur suarum virium modulo; quod autem vires eorum superat, id vero illis tanquam a veritate alienum mendacii suspicionem injiciat. Quapropter invisibilem mentem, Deum, inquam, Patrem et simul expertem principii temporis consempiternumque Verbum, et sanctissimum consubstantialemque Spiritum narrationis fundamentum jacientes, illam aggrediamur, etsi nulli alii profuturam, at certe nobis, qui in ea studium ponimus et nonnihil mentem a rebus terrenis abducimus, non mediocre emolumentum et lucrum allaturam, quemadmodum unguentariis aromatum tractatio suavitatem affert et voluptatem. Oportet igitur principio sermonis de civitate illa verba facere, quæ nobis edidit celeberrimum Nilum; ne quidquam eorum, quæ scire operæ pretium est, desit perscrutanti omnia de illo.

2. Rossanum scio notum esse omnibus, non eo solum nomine, quod Calabriæ finibus præsit et maxima sit civitas et ab insidiis hostium tuta sed etiam, quia vastata universa provincia cunctisque urbibus redactis in potestatem colluvionis Sarracenorum, solum usque adhuc effugerit illorum perniciem. Quod quidem non humana prudentia, vel auxilio contigit, sed potentia et ope præcipuæ ejus urbis patronæ Dominæ nostræ Matris Dei semperque virginis Mariæ. Illa enim impiis Agarenis (1) sæpe de nocte irruentibus, ut arcem occuparent, simul atque ad muros accessissent, scalas etiam admovissent, e superiori loco apparuisse dicitur, specie mulieris purpura indutæ, facesque in manibus habentis, quibus dejiciebat illos et e muro depellebat. Et hoc aperte fatebantur qui ex illis transfugæ fuerunt. Inde ergo sanctus Pater Nilus exortus est, et illic primas ætatis suæ partes transegit, muneris loco parentibus a Deo datus: namque post unam sororem masculus hic optantibus susceptus est et oblatus Deo ab illis, Deique Matris æli (2) liberaliter dicatus. Præcla-

Joanni Clei notæ.

(1) Sic sæpius, uti et Mauri, Africani Saraceni vocantur, quia creduntur orti ex Ismaele, Agaris ancillæ et Abraham filio. Calabriam porro ex Sicilia invaserant anno 842, expugnatisque variis urbibus et munimentis sic ibidem radices egerunt, ut Italiæ pene universæ per plura etiam sæcula excursionibus infesti fuerint, ac tandem ægre exterminari potuerint. Sæpius adversus illos Christianis opem præstitit Dei Mater Maria, qua de re vide Baronium ad annum Christi 886, num. 7.

(2) Sciommarius Nota 18 ad Vitam B. Bartholomæi ex Panegyrico Pancratii observat, S. Nilum in baptismo Nicolaum fuisse appellatum mutatumque pro more nomen, quando monachalem habitum induit; de qua consuetudine etiam agit Nota 13. Rossanensis porro civitas singulariter Dei Matri protectrici devincta et dedicata est. Celebrata valde ibi fuit olim imago intemeratæ. Virginis, peculiari nomine Achiropiitos, a Græco ἀχειροποίητος insignita, Sciommarius Nota 4 ex autographo Pancratii panegyrico, quem anno 1230 de B. Bar-

ı porro indolem feliciter sortitus et acumen
ıtis morumque suavitatem, æquales omnes
eravit sagacitate et responsis et diligenti
ipturarum lectione, necnon interrogationibus
s proponebat magistris, ut mirarentur illi,
e tantum huic puero ingenium, quo scruta-
ır Scripturas et de rebus hujusmodi interro-
et. Familiare enim erat illi a juventute san-
um Patrum Vitas evolvere, Antonii inquam,
bæ et Hilarionis, aliorumque, quos Ecclesia
ıolica celebres habet, avidoque animo men-
ue attentione semper eas lectitabat. Unde etiam
obvenit, ut odium in vitia conciperet et in
ibus nobiliorum conventus declinaret, omnem-
ı refugeret et abominaretur curiositatem et as-
naretur, quæ phylacteria (3) vocant et adjura-
ıes; quanquam libri etiam, qui de his agunt,
non deessent ob aciem ingenii et studium
nia sciendi.

3. Ergo non multo post parentibus vita functis,
n a sororeeducaretur pieque institueretur (nam
illa femina erat valde religiosa, licet in matri-
nio collocata) ubi florentem juventutis attigit
ıtem, non erat, qui frenum adolescenti vellet
icere, assiduaque disciplina dux illi esset ad
ima, non episcopus, non sacerdos, non abbas,
n monachus, perraro enim ibi per illa tempora
ebatur monasticus habitus, ne dicam et con-
nptibilem fuisse. Conjiciens ergo diabolus, quid
ri esset allaturus et quam gravis sibi futurus
ıet adversarius (acer enim est ex anteactis
njector futuri), cœpit innuptas puellas configere

ἄρρην αὐτοῖς ἐπιθυμητικῶς· καὶ δῶρον παρ' αὐτῶν ἐνεχθείς, καὶ τῷ οἴκῳ τῆς Θεοτόκου εὐθύμως ἀποκληρωθείς. Φύσεως δὲ εὐκληρίας τυχὼν καὶ νοὸς ὀξύτητος καὶ φρενῶν ἀστειότητος πάντας τοὺς συνηλικιώτας αὐτοῦ ὑπερέβαλεν ἔν τε συνέσε, καὶ ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ, καὶ τῇ τῶν Γραφῶν συνεχεῖ ἀναγνώσει, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς διδασκάλους ἐρωτήσεσιν· ὥστε θαυμάζειν αὐτούς, πόθεν τῷ τοιούτῳ βρέφει τὰς Γραφὰς ἐρευνᾷν, καὶ ἐπερωτᾷν τὰ τοιαῦτα. Ἠγάπα γὰρ ἀεὶ τῶν ἁγίων Πατέρων τοὺς Βίους, ἐκ νεότητος αὐτοῦ, Ἀντωνίου φημὶ δὴ, Σάββα τε καὶ Ἱλαρίωνος καὶ τῶν λοιπῶν τῶν γεγραμμένων ἐν τῇ αὐτῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ μετά πολλου πόθου καὶ συνέσεως αὐτοὺς ἀεὶ διεξήρχετο. Ὅθεν καὶ αὐτῷ τὸ μισοπόνηρον εἶναι, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὰς ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀρχόντων διατριβάς μισεῖν τε καὶ ἀποδδελύττεσθαι πᾶσαν περιεργίαν, καὶ ἐξουθενεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτὰ, καὶ τοὺς λεγομένους ἐξορκισμούς· καίτοι γε οὐδὲ τῶν τοιούτων ἀπορήσας βίβλων διὰ νοὸς ὀξύτητα καὶ σπουδὴν τὴν ἐν ἅπασι.

γ'. Μετ' οὐ πολὺ γοῦν τῶν γονέων αὐτοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντων, καὶ παρὰ τῆς ἀδελφῆς ἀνατρεφομένου, καὶ εὐσεβῶς ἐκπαιδευομένου ἦν γὰρ καὶ αὕτη φιλόθεος πάνυ, εἰ καὶ τὸν του βίου ζυγὸν ὑπεισῆλθεν· ἡνίκα δὲ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος αὐτῷ προσετέθη, οὐχ ὑπῆρχεν ὁ τῆς της νουθεσίας τὸν χαλινὸν ἐπιθεῖναι τῷ νέῳ σπουδάζων, καὶ διὰ συνεχοῦς διδασκαλίας πρὸς τὰ κρείττονα αὐτὸν ὁδηγήσων, οὐ τῶν ἐπισκόπων τις, οὐχ ἱερέων, οὔθ' ἡγουμένων ἢ μοναζόντων· σπάνιον γὰρ ἦν ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις ἐκεῖσε τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ βδελυκτόν. Στοχασάμενος οὖν ὁ διάβολος τὸ μέλλον ἐξ αὐτοῦ ἀναφύεσθαι κέρδος, καὶ ὡς ἀντίπαλος αὐτῷ

Joannis Clei notæ.

ılomæo dictum asseverat, de prodigiosa illa agine vertit sequentia: « Et ecce fere per sengentos annos ipsam (civitatem Rossanensem ıria) inhabitat in imagine non manupicta, nec ınu facta, imo ut melius dicam a Deo fabrefacta ue a Deo picta et ab omnibus Achiropiitos apllatur, atque hoc pacto invocata omnium vota ıudit, quippe quæ tali nomine delectatur. Non materia aliqua, coloribus scilicet confecta, aut humore aliquo quodammodo crassitieve, sed luti quæ ex siccis et aridis lignis, quasi genitous, genita, octoginta habentibus annos, quando a labor et dolor est. Sic et divina ac miraculosisna ipsius imago non ex materia et crassa aliqua bstantia, sed immaterialiter ac desuper a Deo picta, gratiisque superabundans Deiparæ, cujus ıctæ ac sacræ imaginis miracula et prodigia rrare est impossibile. » Advertit idem, *Achiroitos* appellatam fuisse iconem illam, quasi non ınufactam, insolitique nominis originem, quam edo fabulæ suspectam, tuto haberi posse, ex antia membrana aureis characteribus scripta, quæ am hodie in metropolitana ecclesia servatur, em allegat. Mauritius imperator volens ad instanm S. Ephrem Rossanensem decorare civitatem, sub annum 586 Constantinopoli plures familias artifices misit. Cum ex illis quidam sancti jussu aginem Deiparæ in sacello quodam pingerent, odigiose accidit, ut quæ pridie pinxerant, postri- delata invenirentur. Quod cum pluribus diebus accidisset, pictores, rem mirati, ex suis quempiam in sacello pernoctare jusserunt. Is vidit nocte illa mulierem pulchritudine et majestate stupendam, quæ mandavit illi, ut visionem manifestaret. Postero autem die invenerunt perfectam imaginem. Credunt Rossanenses, eamdem hodieque superesse et coli in ecclesia metropolitana. Ad illam Dei Matri oblatus fuit Bartholomæus, ut in ejus Vita dicitur, credoque, de eadem hic sermonem esse.

(3) Φυλακτὰ Sirletus vertit *incantationes*: Cangius explicat per amuletum ad pellendos morbos: φυλακτήριον, quod idem est, utrumque et alia significat, ut apud Cangium in utroque Lexico videre est. Si recte ex adjunctis conjicio, non de typis quibusdam magicis aut tabulis diabolicis, sed de observationibus tabulisve astronomicis aut mathematicis, quæ tum temporis non solebant forte sine aliqua superstitione esse, hic loquitur biographus. Sane non amplius laudis inde S. Nilo accederet, quod magiæ operam non dedisset, quam quod a parricidiis sacrilegiisve abstinuerit. At non credo, biographum sanctum abbatem inde laudare voluisse, quod a vitiis peccatisque, quæ in perditissimo quoque horrenda sunt, fuerit immunis: fateor tamen, quod sequitur ἐξορκισμούς aliorum interpretationi favere. An ergo sæculo decimo tam familiares erant inter Græcos divinationes, vanæ observantiæ artesque similes, ut viro probo honori esset, iis non studuisse?

(4) Similia forte legerat Baronius in versione

καὶ ἐχθρὸς εὑρεθήσεται μέγας· δεινὸς γάρ ἐστιν ἐκ τῶν προλαβόντων τεκμηριῶσαι τὸ μέλλον· ἥρξατο κατατοξεύειν τὰς τῶν γυναικῶν ἀγάμους ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ νέου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ φπὶ τῇ καλλιέωνίᾳ τῆς ψαλμῳδίας αὐτοῦ, καὶ τῇ ἐν ἅπασι διεγέρσει τε καὶ ἐπιτηδειότητι. Διὸ οὔτ' ἴσχυσεν ἀποδρᾶσαι τὰς αὐτῶν πολυτρόπους παγίδας· ἀλλα καθάπερ ἔλαφος πληγεὶς εἰς τὸ ἦπαρ, θηρεύεται ὑπὸ μιᾶς αὐτῶν. ὡραιότητι μὲν καὶ φύσεως κάλλει τὰς ἄλλας ὑπερβαλλούσης, ἐκ γένους δὲ εὐτελοὺς καὶ τοῦ τυχόντος καταγομένης. Ζεύγνυται τοίνυν αὐτῇ, καὶ θῆλυ τὸ πρώτως τεχθὲν παιδίον ὑπῆρξεν αὐτοῖς. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ παντέφορος πρόνοια, καὶ πάντα πρὸ τέλους γινώσκουσα, προϊδοῦσα τὴν μέλλουσαν δι' αὐτοῦ γενήσεσθαι τοῖς ἀνθρώποις μεγίστην ὠφέλειαν, καὶ ὅτι πολλοὶ δι' αὐτοῦ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κληρονόμοι γενήσονται, οὐκ εἴασεν αὐτὸν ἐν τῷ βορβόρῳ τοῦ βίου κυλίεσθαι, ἀλλά πρῶτον μὲν ἐμφυτεύει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὴν τοῦ θανάτου μνήμην ἀνέκλειπτον καὶ τὴν τῶν μελλόντων κολαστηρίων ἀτελεύτητον βάσανον. Ἔπειτα δὲ ῥῖγη μεγίστη, καὶ πυρετῷ σφοδροτατῷ ἀεννάως παλαίειν αὐτὸν συνεχώρει, ὡς προβλέπειν καθ' ἡμέραν πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὸν ἅρπαγα θάνατον.

A telo formæ adolescentis et suavitatis cantus et egregiæ indolis. Idcirco nec multiplices earum laqueos potuit evitare, sed veluti cervus transfixo jecore, unius ex illis captura fit, pulchritudine formaque eleganti præstantioris omnibus, sed infirmo loco natæ. Copulatur ergo cum illa, primaque illis soboles femella nascitur (4). At vero universa prospiciens Dei providentia, quæ omnia novit, antequam ad finem perducantur, prævisa utilitate maxima per eum futura hominibus multorumque salute, qui regni cœlorum hæredes per eum futuri erant, non permisit eum volutari in cœno hujus vitæ ; sed primo quidem inserit cordi ipsius jugem mortis memoriam et futurorum supplicio- B rum perpetuo duratura tormenta. Deinde vehementi frigore febrique ardentissima vexari illum sine intermissione permittebat, ut sibi ob oculos quotidie versaretur rapacissima mors.

ὃ'. Ἐν μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν μηδὲν εἰρηκὼς, μηδὲ θαῤῥήσας τὸ μυστήριον ἀνθρώπῳ τινι, πορεύεται πρός τινας χρεωστοῦντας αὐτῷ ποσὸν ἱκανὸν, λέγων πρὸς αὐτούς· Ἀμπελῶνα κάλλιστον εὗρηκα, καὶ ἔχω ἀνάγκην τοῦ ἀγοράσαι αὐτόν. Λαβὼν δὲ ἐξ αὐτῶν ὅσον ἂν εὑρέθησαν ἔχοντες, τὸ λεῖπον καταλείψας, ἔξεισι τῶν ἐκεῖσε τῇ νόσῳ βαρέως κατατρυχόμενος. Συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ μοναχός τις Γρηγόριος τῷ ὀνόματι, ποδηγέτης αὐτῷ τῆς πρὸς τὸ μοναστήριον ἀπαγούσης ὁδοῦ γενόμενος. Φθάσας δέ τινα ποταμὸν, καὶ εἰσελθὼν τοῦ περάσαι αὐτὸν, τότε ἔγνω τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδηγοῦσαν αὐτὸν ἀντίληψιν D βοηθοῦσαν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἄγουσαν βούλημα. Τῆς γὰρ νόσου κατὰ τὸ μέσον τοῦ ποταμοῦ, καθάπερ φορτίον βαρὺ, ἀφαιρεθείσης ἀπὸ τῶν ὤμων αὐτοῦ, προθύμως τοῦ λοιποῦ τὴν ὁδὸν διήνυε, καὶ τερπόμενος ἔψαλλεν· « Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, Κύριε, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. » Καταλαβὼν δὲ τὰ περὶ Μερκούριον μοναστήρια, καὶ

4. Quadam ergo die nihil omnino effatus et arcanum suum nulli communicans, profectus est ad quosdam, a quibus sibi pecuniæ summa non minima debebatur, et ait ad illos ; Pulcherrimam inveni vineam et necesse mihi est illam emere. Accepta igitur pecunia, quantam illi habebant, dimisso, quod reliquum erat, abit ex iis locis gravi morbo laborans. Sequebatur vero illum monachus quidam, Gregorius nomine, dux viæ ad monasterium ducentis. Cum vero ad flumen quoddam venisset, ingressus ut trajiceret, tunc agnovit Dei præeuntis auxilium et eo trahentis, quo ipse volebat. Morbo enim veluti pondere in medio amne ab humeris excusso, levatus est et reliquum viæ conficiebat alacriter, lætusque canebat : « Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum [1]. » Ubi pervenit ad monasteria quæ Mercurii vocantur (5), et vidit cœlestes illos et admirabiles viros magnum, inquam, Joannem (6) et percele-

[1] Psal. CXVIII, 32.

Joannis Clei notæ.

Metii, indeque, ni fallor, asserit, sanctum, matrimonio junctum fuisse. Ambigua sane res est ; quæ tamen sequitur cum suis adjunctis fuga contrarium mihi probabilius facit : reclamarent antecedentia et sententia præfecti de sancto in monasterium non admittendo, quæ videri posset in fugam illam cadere, nisi rursus illi non obsequentes monachi sic nimis imp udentes depingerentur.

(5) Ubinam, aut quod fuerint monasteria illa a S. Mercurio appellata, invenire distincte non potui. Marafiotus Chronici Calabriæ lib. I. cap. 35, tradit, monasterium S. Mercurii a S. Fantino ibidem quondam abbate nominari, nec longe a Palma castro ad oram maris Tyrrheni Regium inter et Nicoteram sito, distare. At quæ ibi scribit omnia fere confusa sunt, et credibile est, monasteria illa ab irrumpentibus X et XI sæculis Saracenis excisa et deleta fuisse. Agresta in Vita S. Basilii parte V, cap. 5, prope terram Parmensem seu Palmensem monasterium Majus S. Mercurii collocat, quod verisimiliter idem est a Marafioto D designatum.

(6) An tres viri hic cum laude nominati Fastis sacris inscripti sint, non videtur satis certo asseri posse : neque etiam satis certum est, an in eodem monasterio convixerint et abbates fuerint. Ughellus tom. IX novæ editionis, col. 174, omnes tres, inverso tamen ordine, catalogo sanctorum ordinis sancti Basilii inscriptos habet. Octavius Cajetanus catalogo, operi de Siculis sanctis præfixo, duos Joannes ordinis sancti Basilii monachos inscribit, alterique diem 5 Februarii, alteri 24 assignat. De postremo, qui Theristes cognominatur, egit Henschenius ad præfatum diem, neque de illo hic sermo esse potest, si quid gesta valent, quæ certe exarata sunt a biographo non parum posteriore. De primo, quem Cajetanus Juniorem ascetam cognominat et Ideæ Operis de sanctis Siculis pariter insertum habet, ad dictum diem in Prætermissis dixerunt Majores

ım Fantinum (7) et angelica puritate Zacha-
m (8), cæterosque omnes opere et sermone Dei
estantissimos, aspectu eorum humilique hab tu
ıpefactus lacrymas affatim profudit, divinoque
o vehementer accendebatur. Et ipsi contra,
ıileminjuvenilicorpore sensum intuiti,morum-
e stabilitatem et aptam ad bona quæque habi-
linem necnon lectionis suavitatem admirat;
ntisque perspicaciam, præsago cognoverun
ılo, multiplicandam in eo Spiritus gratiam,
ɔdque futurum esset, ut multi per eum fieren
redes regni cœlo um. Itaque illum et benedi-
ɔnibus cumularunt et piis precationibus mu-
ırunt. Non multum interfluxit temporis et ecce
i terroris et minarum plenæ perferuntur ad
ınasteria litteræ a prætore totius provinciæ,
si quis imponere manus auderet tali clerico,
ınus ei præciderentur, ejusque monasterium
:o addiceretur (9). Quib us perterriti monaste-
rum præfecti, consilio inito, cogitarunt, illum
ınsmittere in locum extranei principatus, ut
sacro indueretur ille habitu, et ipsi se libe-
'ent a principum indignatione.

5. Considera mihi tunc luctam inter angelum et
tanam ; illius quidem, ut hunc virum eriperet
urbulenta ac tenebricosa hac vita eductumque
terram promissionis, hoc est, ad institutum
rum qui propter Dominum asperitate vitæ se
ercent, ut proprium Deo dicaret, alterumque
ıceret Moysem ; hujus vero omnem machinam,
ınem moventis lapidem, ut hujusmodi bonum
ıpediret; quod fieri non potuisse, re ipsa proba-
m est. Neque enim poterant universa terræ
gna collatis viribus Nili animum a proposito
terrere. Cogitat ergo vir Dei migrare in monas-
rium S. Nazarii (10) vocatum, ibique perficere
ıod optabat.Quod ubi cognovit omnium bonorum

A θεασάμενος τοὺς οὐρανίους ἐκείνους καὶ θαυμασίους
ἄνδρας· λέγω δὴ Ἰωάννην τὸν μέγαν. καὶ Φαντῖνον τὸν
περιβόητον. Ζαχαρίαν τὸν ἰσάγγελον, καὶ τοὺς λοιποὺς
ἅπαντας πράξει καὶ λόγῳ θειότατα διαπρέποντας· καὶ
καταπλαγεὶς ἐπί τε τῇ θεωρίᾳ αὐτῶν, καὶ τῷ ταπεινῷ
σχήματι, πλήρης δακρύων ἐγένετο, καὶ πρὸς ἔνθεον
ζῆλον σφοδρῶς ἀνεφλέγετο. Καὶ αὐτοὶ δὲ θεασάμενοι
παλαιὸν φρόνημα ἐν νεαρῷ σώματι, ἦθους τε πῆξιν, καὶ
κατάστασιν εὔχρηστον· καὶ ἀγασθέντες ἐπὶ τῇ γλυκύτητι
τῆς αὐτοῦ ἀναγνώσεως, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ νοὸς ὀξύτητι,
ἔγνωσαν προορατικῷ ὄμματι τὴν ἐπ' αὐτῷ μέλλουσαν
πολυπλασιάζεσθαι χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ ὡς πολλοὶ
66. Verba hæc mellis et picis plena cum audisset illa discretionis lucerna, non fuit illectus tam amplis promissis, sed manum quiete ad sinum admovens, ut semper illi moris erat, et signo crucis sese consignans, respondit cubiculario: Tuæ quidem pietatis prudentiæque intentio præclara Deoque pergrata est: ad hanc enim nos invitans Salvator, aiebat per parabolam: « Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo abscondit et præ gaudio vadit et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum [50]. » Sed mihi non est utile relinquere solitudinem et pauperes, qui mecum asperam degunt vitam, et vagari per urbes et curas negotiorum suscipere. An forte Constantinopoli desunt monachi et hegumeni, ut a me tondeantur, qui ibi mundo renuntiant? Quod si omnino tenuitatem meam præfers, confer te in secessum, in quo sedes nostra est et arctam confice nobiscum viam, non enim poteris fieri pauper spiritu, ni prius omnino fias pauper corpore: quod sciens angelorum nunc contubernalis Arsenius egregie præstitit. Tua vero omnia relinque potestati ejus, qui dixit: « Meum est argentum, et meum est aurum [51], » et: « Si quis non renuntiat omnibus quæ possidet, non

C

D

[49] Matth. v, 34 37. [50] Matth. XIII, 44. [51] Agg. II, 9.

Joannis Clei notæ.

(52) Sciommarius Nota 12 ad Vitam B. Bartholomæi pluribus exemplis demonstrat, vulgare fuisse inter Græcos, habitum monachalem *angelicum* appellare.

potest meus esse discipulus [52]. » Ad hæc non acquiescente cubiculario, sed fieri, quod ipse volebat adnitente, reliquit eum beatus Pater et abiit.

« Ἐμόν ἐστι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον · » καί · « Ὅστις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Παὸς ταῦτα τοῦ κοιτωνίτου ἐνισταμένου, καὶ τὸ ἴδιον θέλημα γενέσθαι φιλονεικοῦντος, καταλιπὼν αὐτὸν ὁ μακάριος ἐξῆλθεν.

CAPUT X.

Insidias a dæmone structas S. Nilus et episcopatum Rossanensem sibi destinatum fuga declinat : archiepiscopo consilio suo acquiescere nolenti mortem funestam prædicit : a dynasta Sarracenorum sua epistola famaque moto abductos tres monachos liberos cum variis insuper donis recipit.

67. Euntiigitur cum Davide propheta et ad suum revertenti monasterium, dum versiculum illum recitaret : « In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi [53], » obviam fit ei puella quædam sola (53-54) in media via, quæ præcurrens ante ipsum projecit se transrersam, cum defiectere alio non liceret beato Patri. Tunc beatus vir spiritalem assumens fortitudinem et Satanæ dolum agnoscens, percutit quidem ipsam baculo, quem in manu habebat, acriter minatus : resiliit vero velociter nulla interposita mora, juxta proverbium, et abiit. Et ex eo tempore statutum habuit, ut nec sibi, nec fratrum cuipiam solis ire permitteret. Melius enim est, innuit, duos esse, quam unum : et : « Væ soli, quia cum ceciderit, non habet snblevantem se [54]. » In his omnibus contra adversarium beatus Pater noster Nilus cum se victorem per Deum, qui dilexit illum, et probatum pugilem præbuisset et in ferenda fame et in tentatione mutandorum lapidum in panes, necnon spernenda totius mundi gloria et pecunia, per quæ, qui labitur, tentatorem adorat, victorque non semel extitisset, sed sæpe et in aliis plurimis tentationibus quas multifariam multisque modis passus est, oportebat sane illum in pinnaculo quoque templi postremo probari, si in eo se vellet deorsum mittere. In quo vide, quam bene Dominum acmagistrum sit imitatus. Per illud tempus defuncto Rossani præsule (55), quærebatur, qui ad succedendum idoneus esset, Ergo omnes, a parvo usque ad magnum, uno consensu conspirarunt, ut beatum Patrem, nihil tale opinantem, tenerent et per vim ecclesiastica in sede collocarent, quippe qui vitam ageret, quam sermo exprimere non valeat, et sermonem haberet vitæ respondentem. Cum hoc cepissent consilii, primoresque populi et clerici digniores tenderent, ut exsecutioni mandarent, quod statuerant, præcurrit quidam, remque Patri denuntiat : putabat enim, se illi gratum

ξζ. Καὶ δὴ πορευομένῳ σὺν Δαβὶδ τῷ προφήτῃ, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ὑποστρέφοντι μοναστήριον, ἐν τῷ λέγειν αὐτόν · « Ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι · » ὑπαντᾷ αὐτῷ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν μία κόρη μοναχὴ ἥτις προσδραμοῦσα ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἔῤῥιψεν ἑαυτὴν ἐν στενῇ διαβάσει, ἐν ᾗ οὐκ ἦν ἄλλοθεν διέρχεσθαι τὸν μακάριον. Τότε ὁ θεῖος ἀνὴρ πνευματικὴν ἀνδρίαν ἀναλαβών, καὶ τὸν δόλον τοῦ Σατανᾶ ἐπιγνούς, τύπτει μὲν αὐτὴν τῇ βακτηρίᾳ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἐμῤῥιμησάμενος, ἀπεπήδησε δὲ ταχέως, μὴ ἐγχρονίσας κατὰ τὴν παροιμίαν, καὶ ᾤχετο. Ἐκτοτε τοίνυν συνεῖδεν, μήτε ἑαυτῷ, μήτε οἱῳδήποτε τῶν ἀδελφῶν κατὰ μόνας ἐπιτρέπειν πορεύεσθαι. Ἀγαθοὶ γὰρ, φησὶν, οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα · καὶ, « Οὐαὶ τῷ ἑνὶ, ὅτι ἐὰν πέσῃ, οὐκ ἔστιν ὁ ἐγείρων αὐτόν. » Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικήσας ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τὸν ἀντικείμενον διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος αὐτὸν Θεοῦ, καὶ δόκιμος παλαιστὴς ἀναδειχθεὶς ἔν τε τῇ τῆς πείνης ὑπομονῇ, καὶ τῇ τῆς ἐκ λίθων ἀρτοποιήσεως προσβολῇ · πρὸς τούτοις τῇ τοῦ παντὸς κόσμου δόξῃ, καὶ τῇ τῶν χρημάτων ἀποστροφῇ, δι' ὧν τις πίπτων τῷ πειραστῇ προσκυνεῖ · καὶ ταῦτα οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις · καὶ ἐν ἑτέροις πλείστοις πειρασθεὶς καὶ νικήσας πολυμερῶς τε καὶ πολυτρόπως · ἔδει δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τῷ πτερυγίῳ τοῦ ἱεροῦ ἀκολούθως δοκιμασθῆναι, εἴγε καταδέξοιτο διὰ τούτου καταβληθῆναι · ὅρα πῶς μιμητὴς ἀνεδείχθη κἀν τούτῳ τοῦ δεσπότου καὶ διδασκάλου. Ἐν ἐκείναις γὰρ ταῖς ἡμέραις τελευτήσαντος τοῦ ἀρχιερατεύοντος ἐν τῇ Ῥυσιάνῳ, ἑτέρου δὲ ζητουμένου τοῦ δυναμένου τὸν τόπον ἀναπληρῶσαι, μιᾶς γνώμης γεγόνασι πάντες, μικροί τε καὶ μεγάλοι, τοῦ ἁπροσδοκήτως περικρατεῖς γενέσθαι τοῦ θεσπεσίου Πατρὸς, καὶ βίᾳ τοῦτον τῷ θρόνῳ τῆς ἐκκλησίας ἐγκαθιδρῦσαι, ὡς ἅτε βίον ἔχοντα ὑπὲρ λόγον, καὶ τὸν λόγον ἐφαμιλλον κεκτημένον τῷ βίῳ. Τούτῳ τοίνυν βουλευσαμένων, καὶ ὁρμησάντων ἀρχόντων τε καὶ τῶν ἐξόχων τοῦ κλήρου πρὸς τὸ πληρῶσαι τὸ δόξαν, προλαμβάνει τις, καὶ τῷ Πατρὶ ἀναγγέλλει τὸ

[52] Luc. XIV, 33. [53] Psal. CXLI, 4. [54] Eccl. IV, 10.

Joannis Clei notæ.

(53-54) Sirleti versio habet *puella monacha* : μοναχὴ per *solam* tantum expressit Caryophilus ; non recte, ut videtur ; quippe quod hic *monacham* seu *solitariam* significat.

(55) Sirletus ἀρχιερατεύοντος interpretetur *archiepiscopo*, sed perperam ; etenim vox Græca passim pro primariis in sacerdotali ordine et episcopis sumitur, superiusque evidens est, tum temporis archiepiscopalem nondum fuisse sedem Rossanensem. Videri possunt, quæ circa hac observavi ad Acta SS. Cypriani et Justinæ Comment. prævii § 6, num. 76.

πρᾶγμα, προσδοκῶν ἐν τούτῳ αὐτῷ προσαρέσκειν, καὶ τὰ μέγιστα χαρίσεσθαι, ὡς τοιούτῳ αὐτῷ πράγματος ἀγγέλου γεγενημένου.

fore et acceptissimum, si tantæ rei existeret nuntius.

ξη'. Καὶ μέντοιγε τοῦ σκοποῦ οὐ διήμαρτεν· ἐπευχαριστήσας γὰρ αὐτῷ ὁ μέγας καὶ τότε καὶ ὕστερον, ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ, κελεύσας αὐτῷ δοθῆναι καί τινα εὐλογίαν. Αὐτὸς δὲ μελετήσας τὸ ἐμφερόμενον ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ τό· « Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσι βασιλέα, ἀνεχώρησε μόνος εἰς τὸ ὄρος· » ἀναχωρεῖ γοῦν καὶ οὗτος ἐπὶ τὸ ἐνδότερον ὄρος μετὰ ἑνὸς ἀδελφοῦ καὶ μόνου, ἀποκρυβόμενος μικρὸν ὅσον, ἕως ἂν παρέλθῃ ἡ βουλὴ ἐκείνη. Καταλαβόντες δὲ τὸ μοναστήριον οἱ ἱερεῖς σὺν τοῖς ἄρχουσι, καὶ πολλὰ ζητήσαντες καὶ ζητήσαντες, τὰ μέγιστα ἔστενον ἀποχήσαντες τοῦ βουλεύματος. Ὡς δ' ἐπὶ πλεῖον ἐξερήσαντες οὐδὲν ἦνυον· εὐκοπώτερον γὰρ μονοκέρωτος ἢ ἐκείνου περιγενέσθαι· ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, ἑτέρῳ τὴν προστασίαν ἐγχειρισάμενοι. Ὁ δὲ ὅσιος ἀγαλλόμενος ἐπὶ τῷ Κυρίῳ σὺν τῷ προφήτῃ ἐμέλπεν· « Ἐκράτησας, λέγων, Κύριε τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, καὶ μετὰ δόξης προσελάβου μου. Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ πλήν σου τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; Ἐναντίον σου γὰρ πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου, Κύριε· καὶ σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα. » Τῷ τοιούτῳ γοῦν φρονήματι ὁ μακάριος παρεῖδε τὸ μικρὸν τοῦ βίου τούτου δοξάριον, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην τιμὴν ἐδδελύξατο· νυνὶ δὲ κατέστησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐπάνω δέκα πόλεων, ὡς ἀψευδῶς ἀπηγγέλκτο. Οὐδὲ γὰρ διότι τὴν ἱερωσύνην οὐ κατ' εὐξίκτο, τὸ τάλαντον οὐκ ἐπολυπλασίασεν· πλείω γάρ εἰσιν οἱ σωθέντες διὰ τῆς διδασκαλίας τοῦ στόματος αὐτοῦ ἔν τε τῷ κοινοβίῳ, καὶ ἐν τῷ μοναδικῷ, ἢ οὕσπερ ἐκεῖνο τὸ ἄστυ συγκλείει οἰκήτορας. Ἐρχόμενός ποτε ὁ μητροπολίτης Βλάττων ἀπό Ἀφρικῆς μετὰ πολλῶν αἰχμαλώτων, διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτῷ ἔως καιροῦ τὸν τῶν Σαρρακηνῶν βασιλέα, ἐν προφάσει τοῦ ἀδελφὴν αὐτοῦ εἶναι τὴν γαμετὴν ἐκείνου, ὅπερ οὐκ ἦν· παρέβαλε τῷ αἰγιαλῷ Ῥωσιάνου, καὶ ὑποπτικῶς τὸν μακάριον μετεπέμψατο, ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ τὰ δέοντα, καὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ καρπώσασθαι.

68. Nec certe illum fefellit opinio : gratiis enim illi magnus Pater actis et tunc et postea, dimisit in pace, jussitque illi dari quoddam munusculum. Ipse vero in mentem revocans, quod in sacro legitur Evangelio : « Cum cognovisset Jesus, quia venturi essent, ut raperent eum et facerent regem, fugit solus in montem [55-56] : » secedit pariter in interiorem montem cum uno tantum fratre, subtrahens se tantisper, dum laberetur illud consilium. At sacerdotes et viri nobiles profecti in monasterium, studiose perquirebant, et irritum vidente consilium, vale gemebant. Ut vero diutius exspectantes nihil agebant, facilius enim erat unicornem, quam illum prebendere : reversi sunt domum et alium sibi præsulem elegerunt. At sanctus Pater exultans in Domino, cum Propheta canebat : » Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in cœlo, et præter te quid volui super terram [58] ? nam ante te est omne desiderium meum, Domine, » et : « Tu scis, quia diem hominis non desideravi [59]. » Hoc sensu vir beatus contempsit parvam hujus vitæ gloriam et honorem humanum abominatus est, nunc autem constituit eum Deus super decem civitates, ut veraciter promisit. Neque enim, quia non suscepit sacerdotium, non multiplicavit talentum : nam plures sunt, qui per doctrinam oris ejus in cœnobio et solitaria vita salutem consecuti sunt, quam cives, quos oppidum illud habet. Vlatto metropolita olim ex Africa veniens cum multis captivis, eo quod amicus illi esset quodam tempore Sarracenorum rex, prætextu quod regis uxor esset metropolitæ soror, licet revera non esset (56), appulit ad littus Rossani, et precibus egit, ut vocatus ad eum beatus Pater accederet ; cupiebat enim audire ab eo, quæ opus erant, et orationum ejus fructum percipere.

ξθ'. Μετὰ δὲ τὸ θαρρῆσαι αὐτῷ τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἅπαντα τὰ αὐτοῦ ἐγκάρδια καὶ διαβούλια, λέγει εὐλαβῶ ὁ μακάριος· Ἄκουσόν μου, δέσποτα, τῆς συμβουλίας, καὶ μηκέτι ὑποστρέψῃς πρὸς τὰ τῶν ἐχιδνῶν τρυφήματα. Μετὰ γὰρ τὸ λίαν κολακεῦσαί σε, τὸ

69. Ubi ergo archiepiscopus aperuisset ei cuncta sui cordis consilia, dixit ad eum Pater : Audi, reverendissime, consilium meum, nec amplius revertere ad viperarum genimina : nam post multas blanditias et honores tuum ebibent sanguinem,

[55-56] Joan. VI, 15. [57] Psal. LXII, 23,24. [58] Psal. XXXVII, 10. [59] Jerem. XVII, 16.

Joannis Clei notæ.

(56) Diversa est hic versio apud Martenium, ubi sic legitur : « Blatton quandoque ab Africa revertens cum multis captivis, propterea quod ad tempus Sarracenorum rex illi adversatus fuerat, excusatione eo quod ejus soror illi nupserat ; quod nequaquam verum erat, applicuitque ad littora Rossa i, » etc. At hæc neque textum Græcum exprimunt, neque sensum reddunt, qui intelligi possit. Vlatto porro is sive Blatto, sedis in Calabria archipræsul fuit ; sed cujus ? An Cusentinæ, an Reghiensis, an S. Severinæ ? Nulla apud Ughellum in ecclesiarum illarum serie est ejus mentio : verum aliunde nihil obest, quominus illi alterive, catalogo sub finem x sæculi, ad quem vacui satis sunt, inseratur.

gladio te perimentes. De pace autem Calabriæ A ne labores, nec preces effundas, hoc enim universorum Domino non placet. Tunc fratris metropolitæ filius: Vides, inquit, sancte Pater, quot animas reverendissimus liberavit? Respondit sanctus: Nos animas, sed corpora liberavit. Prodest autem pluribus et corporum afflictio, quibus libertas multorum malorum fit ansa, quemadmodum furentibus prodest, quod medici illos occludant et fame crucient. Quod si hæc, quæ molesta videntur, ad multorum salutem nihil conferrent, certe a Deo non permitterentur. Oportet tamen a potentibus auxilium eis impedi, quoad ejus fieri possit. Metropolita cum hæc audisset et consilio Patris non paruisset, vaticinium in se adimplevit. At sanctus Pater noster Nilus tum nimio austerioris vitæ labore, tum ingravescente jam ætate, nam fere sexagesimum agebat annum, deficientibus viribus, non valebat amplius longis itineribus pedester se committere sine periculo: itaque utebatur equo ad subsidium magnæ imbecillitatis: nam majorem itineris partem studio servandæ continentiæ, qua virtutes continentur, equum trahens ipse ibat. Quem, dum sanctus Pater cum archiepiscopo sermonem conferret, suggerente diabolo, furatus est quidam et abiit. Cum vero, eunte illo, coortus esset turbo, ex equo descendens sub quadam arbore stabat, exspectans serenitatem aeris, et fulgur e cœlo lapsum percussit miserum et orco transmisit, quod non andiverit dicentem: « Damnum inferre justo non est bonum [60]; » et: « Qui furabatur, jam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti [61]. » Et ille quidem infelix peccavit, frustra operatus iniquitatem: postridie vero quidam illac transeuntes agnoverunt equum, qui ibi pascebatur, et in monasterium dedoxerunt, viroque justo quod suum erat reddiderent.

70. Alio quoque temporemiles quidam profectus est animo furandi equum e monasterio, et cum sol fere jam occideret et ille e regione monasterii staret, illudque oculis prospiceret, noctem exspectans, ut nocturno tempore tenebrarum opus efficeret. Cum vero tota illa nocte perambulasset, nunquam potuit monasterio propinquare, sed incidens in prærupta et rupes inaccessas, satis pœnarum et laboris passus est: ubi vero illuxit, monasterium ante se vidit. Itaque vehementer obstupefactus miraculo, addit pœnitentiam agens et palam enuntians sui consilii pravitatem. Per illud tempus impiorum Agarenoyum incursione devastante Calabriam et omnia deprædante, sanctus Pater Nilus in arcem se contulit cum fratribus ibique tuto morabatur; tres vero segregati ab illis manserunt in monasterio. captique sunt a Sarracenis et abducti in Siciliam. Quos tamen beatus

αἱμά σου πίονται μαχαίρᾳ σε θανατώσαντες. Καὶ περὶ τῆς εἰρήνης τῆς Καλαβρίας μὴ κοπιῶ, μηδὲ ἀξίου, οὐ γὰρ εὐδοκεῖ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης ἐν τούτῳ. Λέγει δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἀνεψιὸς τοῦ μητροπολίτου· Ὁρᾷς, Πάτερ ἅγιε, πόσας ὁ δεσπότης ψυχὰς ἠλευθέρωσεν; Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ ὅσιος· Οὐ ψυχὰς ἠλευθέρωσεν, ἀλλὰ σώματα. Λυσιτελεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ ἡ τῶν σωμάτων κάκωσις, ὅσοις τὸ ἐλευθεριάζειν πολλῶν κακῶν αἴτιον γίνεται. Ὥσπερ αἱ παρὰ τῶν ἰατρῶν τοῖς μαινομένοις συγκλείσεις τε καὶ λιμαγχονίαι. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα δοκοῦντα λυπηρὰ τῇ τῶν πολλῶν σωτηρίᾳ κωνέβαλεν, οὐκ ἂν πρὸς τοῦ Θεοῦ συνεχωρήθησαν γίνεσθαι. Δεῖ δὲ ὅμως τοὺς δυναμένους βοηθεῖν τοῖς τοιούτοις, ὅσον ἐκδέχεται. Ταῦτα ὁ μητροπολίτης ἀκούσας, καὶ τῇ τε Πατρὸς συμβουλίᾳ μὴ ὑπακούσας, τὸ προφητευθὲν αὐτῷ ἐπ' αὐτὸν ἐτελέσθη. Ὁ δὲ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τὸ μὲν ἐκ τοῦ πολλοῦ τῆς ἀσκήσεως πόνου, τὸ δὲ ἐκ τῶν χρόνων ἱκανῆς περιόδου· περὶ γὰρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη ὑπῆρχεν· ἀδυνατήσας λοιπὸν, καὶ μηκέτι ἰσχύων τὰς μακρὰς ὁδοὺς ἀκινδύνως πεζοπορεῖν, ἐχρῆτο ἵππῳ πρὸς θεραπειαν τῆς πολλῆς ἀτονίας· ἐν γὰρ τῷ πλείονι τῆς ὁδοῦ μέρει, λόγῳ τῆς περιεκτικῆς ἐγκρατείας ἐπισύρων αὐτὸν ἐπορεύετο. Τοῦτον τὸν ἵππον ἐν τῷ τὸν ὅσιον τυγχάνειν μετὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὑποβληθείς τις ὑπὸ τοῦ διαβόλου, κλέψας ἀνεχώρησεν. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν χειμῶνος αὐτῷ ἐπελθόντος, ἀποβὰς τοῦ ἵππου ἵστατο ὑφ' ἑνὶ τῶν δένδρων ἐνδεχόμενος παρελθεῖν τὴν σφοδρότητα τοῦ ἀέρος. Βροντὴ δὲ οὐρανόθεν ἐλθοῦσα ἐπάταξε τὸν ταλαίπωρον, καὶ τῷ ᾅδῃ παρέπεμψε, μὴ πεισθέντα τῷ λέγοντι· « Σημιοῦν ἄνδρα, οὐ καλόν. » Καί· « Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, ἀλλὰ κοπιάτω ἐργαζόμενος ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ἵν' ἔχῃ μεταδοῦναι τῷ χρείαν ἔχοντι. » Καὶ ὁ μὲν ἄθλιος ἐκεῖνος ἥμαρτεν ἀνομήσας διακενῆς· τινὲς δὲ τῇ ἐπαύριον τὴν ὁδὸν διερχόμενοι, καὶ τὸν ἵππον γνωρίσαντες ἐπὶ τοῦ τόπου νεμόμενον, πρὸς τὸ μοναστήριον διεσώσαντο καὶ ἀπέδοντο τῷ δικαίῳ τὸ ἴδιον.

Ο'. Ἄλλοτε πάλιν τῶν στρατιωτῶν τις ὁρμήσας πρὸς τὸ τὸν ἵππον ἀπο τοῦ μοναστηρίου συλῆσαι, καὶ περὶ δυσμὰς ἡλίου ἐλθὼν τῆς μονῆς ἐξ ἐναντίας, ὥστε καὶ ὀφθαλμοφανῶς αὐτὸ βλέπειν, ποριέμενε τὴν νύκτα, ἵνα ἐν σκότει ποιήσῃ τὸ ἔργον τοῦ σκότους. Περιπατήσας δὲ πᾶσαν τὴν νύκτα ἐκείνην οὐδόλως ἴσχυσε τῇ μονῇ προσεγγίσαι, ἀλλὰ φάραγξι καὶ χρημνοῖς ἐντυχὼν ἀβάτοις, ἀρκούντως ἐταριχεύθη. Ἡμέρας δὲ γενομένης ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸ μοναστήριον εἶδεν· καὶ τῷ θαύματι σφόδρα καταπλαγεὶς, εἰσῆλθε μετανοῶν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐξομολογούμενος κακοβουλίαν. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπιδραμόντων τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν τῷ θέματι τῆς Καλαβρίας, καὶ πάντα λεϊζομένων, ὁ μὲν ὅσιος Πατὴρ τὸ φρούριον καταλαβὼν σὺν τοῖς ἀδελφοῖς διεσώζετο· τρεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδιορρύθμως προσκαρτερήσαντες τῷ μοναστηρίῳ ὑπὸ τῶν Σαρρακηνῶν ἐκρατήθησαν, καὶ ἐν Σικελίᾳ ἀπήχθησαν. Ἐκρινε γοῦν ὁ μακάριος μὴ

[60] Prov. xvii, 26. [61] Ephes. iv. 28.

παραπεσθῆναι τούτους, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα μέλη ζητη- A Pater non negligendos existimavit, sed requiren-
θῆναι, καὶ εἰς ἴδιον τόπον ἀποκατασταθῆναι. Ἐπισυν-
ἐξας γοῦν ἀπό τε σίτου καὶ οἴνου καὶ καρπου ἑτέρου
μέχρι τῶν ἑκατὸν χρυσίνων, καὶ βορδόνιον, ὃ ἦν
αὐτῷ δεδωκὼς βασίλειος ὁ στρατηγὸς Καλαβρίας,
καὶ δοὺς αὐτὰ τινι τῶν ἀδελφῶν λίαν δοκιμωτάτῳ,
ἐπέστειλεν αὐτὸν ἐν Πανόρμῳ, γράψας ἐπιστολὴν πρὸς
τὸν νοτάριον τοῦ ἐκεῖσε φυλάρχου Χριστιανώτατον καὶ
φιλευσεβῆ τυγχάνοντα.

οα'. Ὅστις νοτάριος, ὑποδείξας τῷ λεγομένῳ
Ἀμιρᾷ τὰ παρὰ τοῦ ὁσίου σταλέντα, ἑρμηνεύσας δὲ
αὐτῷ καὶ τὴν θαυμάσιαν ἐκείνην ἐπιστολὴν, κατ-
ελάγη ἐπὶ τῇ σοφίᾳ τε καὶ συνέσει τοῦ μακαρι-
τάτου, ἐπιγνοὺς αὐτὸν φίλον τοῦ Θεοῦ ὄντα, καὶ B
ἀνάπλεων πάσης ἀγαθωσύνης. Ἐπειδὴ τοίνυν οἶδεν
ἐστὶ καὶ παρὰ πολεμίοις, ἀγαγὼν τοὺς
μοναχοὺς καὶ φιλοφρονησάμενος πρεπόντως, κατα-
ηὼν τε δι' ὑπόμνησιν καὶ κύχημα τὸ βορδόνιον,
ἐξέπεμψεν αὐτοὺς σὺν τοῖς ταρίοις· προσθεὶς καὶ
κενὰ δέρματα ἐλάφων, καὶ μηνύσας τῷ Πατρὶ
κεῖθεν· Σὸν τὸ πταῖσμα ἐστὶν ὑπὲρ τοῦ κολασθῆναι
τοὺς σοὺς μοναχοὺς, ἐπειδὴ οὐκ ἐγνώρισάς μοι ἐν
πρώτοις σεαυτόν· εἰ γὰρ τοῦτο ἐγίνετο ἀπέστελλον
ἂν σοι τὸ σημεῖον τὸ ἐμὸν, ὅπερ εἰ ἐκρέμνας ἔξω ἐν
τῇ πλατείᾳ, οὐκ εἶχες ἀνάγκην οὐδεμίαν τοῦ σκευ-
θῆναι ἀπὸ τῆς μονῆς σου, οὐδὲ ποσῶς ταραχθῆναι·
εἰ δὲ καὶ ἠξίους πρός με παραγενέσθαι, εἶχες ἂν
ἐξουσίαν ἐν πάσῃ μου τῇ περιχώρῳ κατασκηνῶσαι.
καὶ πολλῆς ἀπῄλαυες τῆς παρ' ἡμῶν τιμῆς τε καὶ
φιλοξενίας. Ταῦτα ἀκούσας ὁ θεσπέσιος Νεῖλος, καὶ C
θαυμάσας τὴν ἐπ' αὐτῷ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, τὸ τοῦ
Σιμῶνος ἐφθέγξατο πρόκλημα· Ὅτι ὄντως νῦν ἀπὸ
ἰχθύοντος ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἀπὸ μισανθρώπου
φιλανθρωπία· προσθεὶς καὶ τοῦτο πρὸς τὰς τοῦ
ἐμοῦ ἀπαγγελίας, ὅτι. « Ταῦτα πάντα σοι δώσω,
ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. » Ὁ δὲ συνετώτατος καὶ
ἐσφραγισμένος τῷ νοὶ Βασίλειος ὁ στρατηγὸς, ὃς τοσ-
αύτην πίστιν καὶ ἀγάπην ἔδειξε πρὸς τὸν Πατέρα,
ὅσην ὁ ἑκατόνταρχος πρὸς τὸν Σωτῆρα· προσήνεγκεν
αὐτῷ μέχρι τῶν πεντακοσίων χρυσίνων, ὀμνύων
καὶ λέγων, ὅτι, Οὐκ εἰσί μου ταῦτα ἐξ ἀδικίας,
ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ σπαθίου. Ἡνίκα γὰρ ἐγκρατῆ σα-
μεν τῆς Κρήτης μετὰ τοῦ μακαριωτάτου Νικηφόρου D
ἀμὴν οὐκ ὄντος βασιλέως, εὑρήκαμεν παρά τινι
πρεσβυτέρῳ ἐπ' ἀληθείας τὸ ἔνδυμα τοῦ Προδρόμου,
ἐκ τριχῶν καμήλου τυγχάνον, καὶ περὶ τὸν τράχη-
λον ἠμαγμένον· ὅπερ λαβὼν ὁ μακάριος ἐκεῖνος,
ἔσχεν τὸ χρύσιον ἐμοὶ παρεχώρησεν. Ἐξ αὐτῶν
οὖν τυγχάνοντα ταῦτα δέξαι διὰ τὸν Κύριον, καὶ εὔξαι
μοι.

dos ut propria membra et suo loco restituendos. Collectos igitur ex frumento, vino et aliis frugibus nummos aureos usque ad centum, dedit cuidam fratri probatissimæ fidei cum jumento, quod acceperat a Basilio Calabriæ stratego, misitque Panormum cum epistola ad notarium dynastæ ibi morantis Christianissimum et maxime pium.

71. Is vero legit epistolam dynastæ, quem vocant Amiram (57), et cum interpretationem quoque addidisset admirabilis epistolæ, obstupuit ille beatissimi viri sapientiam et prudentiam. agnovit enim illum Dei amicum et omnis probitatis plenum. Quoniam igitur virtus etiam apud ipsos hostes venerationi est, produxit monachos et honorifice tractavit; jumentum tamen retinuit ad rei memoriam, de qua posset gloriari, dimisitque eos cum pecunia insuper largitus multas cervinas pelles, addensque epistolam ejusmodi ad Patrem. Quod monachi tui male habiti fuerint, erratum est tuum, cum tu mihi ab initio non innotueris; quod si fecisses, ego tibi meam tessaram misissem, quam si foris appendisses in platea, nulla tibi fuisset necessitas recedendi e tuo monasterio, aut quamvis minimam pati turbationem. Quod si etiam non dedignareris ad me venire, posses libere in provincia mihi subjecta habitare, multoque apud nos honore et veneratione fruereris. His auditis, beatus Nilus Dei providentiam de se admiratus problema Sampsonis commemoravit. Revera nunc de comedente exivit cibus et ab inhumano humanitas. Addidit etiam ad Sarraceni promissa illud: « Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me [62]. » At vero prudentis menteque acerrima præditus Basilius strategus, tanta fide et amore affectus erga Patrem, quanta centurio prosequebatur Salvatorem, obtulit illi usque ad quingentos nummos aureos, jurans dicensque: Hæc ego injuste non possideo, sed meo sum adeptus gladio. Nam quando obtinuimus Cretam cum beatissimæ memoriæ Nicephoro (58), tunc temporis nondum ad imperium evecto, apud quemdam presbyterum invenimus ipsum verum Præcursoris operimentum, e pilis cameli confectum et circa cervicem cruentatum. Quod ille beatæ memoriæ sibi sumens, totum aurum mihi concessit. Inde igitur cum hæc mihi sint, accipe propter Dominum, et pro me ora.

[62] Matt. IV, 9.

Joannis Clei notæ.

(57) **Amira non videtur proprium viri nomen, sed muneris esse. Ortum habet ab *amir*, quod Arabibus *dominum* significat, a quibus ad Saracenos et Turcas transiit, apud quos urbium provinciarumque præfecti sic appellati fuerunt. Hinc Anastasius bibliothecarius ad synod. VIII, actione 1: « Hamiram Græci vocant principem Saracenorum. Interpretatur autem, ut ferunt, lingua eorum præpositus. »**

(58) De Nicephoro Phoca viro fortissimo, qui per plures victorias ad imperii solium sibi viam fecit, hic agitur. Expeditionem ejus contra Cretam a Sarracenis occupatam, habes narratam a Cedreno ad annum mundi 6468, hujusque ad annum Christi 961 in Annalibus suis meminit Baronius.

72. Cæterum terrenorum revera contemptor sanctus Pater noster Nilus ne respicere quidem illa dignum arbitratus, respondit, quasi mortem timens, in hunc modum : Vis, ut ob hæc stercora insidietur mihi quispiam et interficiat, et amicum tu perdas? Et ille; Sine me sanctuarium ornare pretiosis velamentis. Et magnus Pater ad eum : Vade et da cathedrali ecclesiæ oppidi, ubi asservabuntur, nec erit, qui inde illa furetur. Et ille: Permitte, inquit, ut oratorium construam maximum et pulcherrimum ; neque enim æquo animo fero videns illud e luto factum. Et Pater : Jam, inquit, nec me videre poteris, quoniam de luto compactus sum. De oratorio vero laborem noli suscipere, futurum quippe est, ut illud impii Agareni demoliantur. quin et universa Calabria manibus illorum tradetur. Hoc videns beatus Pater noster Nilus præsago suo oculo, voleusque iræ Dei cedere, noluit abire in Orientis partes, veritus opinionem, quam apud Orientales habebat (nam et ad ipsos etiam Dei amantes nostros imperatores (59) de virtute ejus fama pervenerat) fugiensque honorem, in quo apud illos fuisset : sed maluit degere inter Latinos, quippe ut illis ignotus et nequaquam apud eos in honore habitus. Verum quo majore ipse studio devitabat honores, eo celebrior et ornatior cœlesti favore fiebat et ab omnibus tanquam unus e numero apostolorum suscipiebatur et reverentia illi pariter exhibebatur. Nam cum venisset Capuam, ut retroacta omittam, quia permulta sunt, acceptusque esset honorifice a Pandulfo (60) tunc temporis principe et nobilibus viris, ita ut de eo in episcopum sibi eligendo cepissent consilium, quod etiam successisset, nisi princeps morte præventus esset : tunc vocato illi ad sese S. Benedicti præposito montis Cassini (sanctissimus hic erat Haligernus [61]) injunxerunt, ut beato viro concederet monasterium, quodcumque ipse vellet, e monasteriolis sancti Patris nostri Benedicti.

οβ'. Ὁ δὲ ὄντως ὑ ερύπτης τῶν ἐπιγείων Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος μὴ κατα δεχόμενος πρὸς αὐτὰ ἐπιβλέψαι, λέγει πρὸς αὐτὸν. ὡς ἐν προφάσει δῆθεν τοῦ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον · Θέλεις, ἵνα διὰ τὰ σκύβαλα ταῦτα ἐνεδρεύσας τις ἀποκτείνῃ με, καὶ ἀπολέσῃς τὸν φίλον σου ; Ὁ δὲ πάλιν εἶπεν · Ἄφες με ἁμφιάσαι τὸ θυσιαστήριον ἐνδύμασι πολυτίμοις. Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας · Ἀπελθὼν βάλε αὐτὰ ἐν τῇ καθολικῇ τοῦ κάστρου, ὅπου φυλάττονται, ἐπεὶ ἐκεῖθεν οὐ κλέπτονται. Καὶ ἔασόν με, φησὶν, οἰκοδομῆσαι τὸ εὐκτήριον μέγιστον καὶ τερπνότατον · οὐ γὰρ ἀνέχομαι πήλινον θεωρεῖν αὐτό. Καὶ ὁ Πατήρ · Ὥρα σοι, φησὶ, μηδὲ ἐμὲ ἀνέχεσθαι θεωρεῖν, ὅτι ἐκ πηλοῦ τὴν ὑπόστασιν κέκτημαι. Περὶ δὲ τοῦ εὐκτηρίου μηδὲν κοπιάσῃς, ὑπὸ γὰρ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἀφανισθήσεται · καὶ πᾶσα δὲ ἡ Καλαβρία ταῖς χερσὶν αὐτῶν παραδοθήσεται. Τοῦτο δὴ γνοὺς ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τῷ προορατικῷ αὐτοῦ ὄμματι, καὶ βουληθεὶς τόπον δοῦναι νῇ ὀργῇ τῇ θείᾳ, οὐκ εὐδόκησεν ἀπελθεῖν πρὸς τὰ ἑῷα μέρη τὴν ὑπόληψιν ὑφορώμενος τὴν περὶ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖσε · καὶ μέχρι γὰρ αὐτῶν τῶν φιλοχαίστων ἡμῶν βασιλέων ἡ ἐνάρετος αὐτοῦ φήμη διῆλθε · καὶ τὴν τιμὴν τὴν παρ' αὐτῶν ἀποφεύγων · ἐξελέξατο δὲ τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἀναστροφὴν, ὡς ἄγνωστος ὢν παρ' αὐτοῖς, καὶ μηδαμῶς παρ' αὐτῶν τιμώμενος. Ὅσον δὲ αὐτὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν ἀποδιδράσκειν ἐσπούδαζεν, τοσοῦτον ἡ οὐράνιος εὔκλεια αὐτὸν περιέστειλεν · καὶ πάντες ὡς ἕνα τῶν ἀποστόλων αὐτὸν ὑπεδέχοντο, καὶ τὸ σέβας ὁμοίως ἀπένεμον. Ἐλθὼν γὰρ ἐν Καπούῃ, ὅσα τὰ ὄπισθεν ἐάσω διὰ τὸ πλῆθος, καὶ τιμῆς μεγίστης τυχὼν παρά τε τοῦ πρίγκιποῦ Πανδόλφου καὶ τῶν ἀρχόντων, ὥστε βουλεύσασθαι αὐτοὺς ἐπίσκοπον αὐτὸν ἑαυτοῖς καταστῆσαι · καὶ προεχώρησεν ἄν, εἰ μὴ ὁ θάνατος τὸν πρίγκιπα περιέκοψεν. Τότε δὲ καλέσαντες τὸν τοῦ ἁγίου Βενεδίκτου ἡγούμενον τοῦ ὄρους Κασσίνου · Ἀλιγέρνος οὗτος ἦν ὁ ὁσιώτατος · παρήγγειλαν αὐτῷ τῷ δοῦναι τῷ μακαρίτῃ μοναστήριον, οἷον ἂν θέλῃ ἐκ τῶν ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βενεδίκτου μετοχίων.

CAPUT XI.

Ad monasterium Casinense, Sarracenorum incursiones declinans, profectus, festive ob abbate Aligerno excipitur, monachosque ibidem animæ et corporis infirmitatibus liberat, et piis doctisque exhortationibus imbuit.

73. Cum vero profectus esset sanctus Pater ad visendum inclytum illud monasterium, processit illi obviam usque ad radices montis tota monachorum caterva, sacerdotibus et diaconis eorum sacro habitu indutis, ut fit diebus festis, cereos et thuribula manu ferentibus : et hujusmodi pompa

ογ'. Πορευθεὶς δὲ ὁ ὅσιος Πατὴρ πρὸς τὸ θεάσασθαι τὸ λεχθὲν περίδοξον μοναστήριον, ὑπήντησεν αὐτῷ ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μοναχῶν ἕως τῶν θεμελίων τοῦ ὄρους, οἵ τε ἱερεῖς αὐτῶν καὶ διάκονοι τὰς ἱερὰς στολὰς ὡς ἐν ἑορτῇ περιβεβλημένοι, κηρούς τε καὶ θυμιατήρια μετὰ χεῖρας φέροντες οὕτω τὸν

Joannis Clei notæ.

(59) Imperarunt una in Oriente ab anno 976 usque 1024 Basilius et Constantinus fratres, de quibus hic sermo est.

(60) Pandulfus is obiit anno 981, circa quem proinde hæc contigerunt. Irruptio autem Sarracenorum, de qua paulo supra, anno 986 figitur, ad quem in Chronico Lupus Protospatha: « Comprehenderunt Sarraceni sanctam Chiriaci civitatem, et dissipaverunt Calabriam totam. »

(61) Haligerno seu Aligerno, ut venerabili, locum dedit Mabillonius in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti sæculo 5. parte 1, pag. 645 et seqq., ubi etiam non pauca ex Vita S. Nili huc spectantia habes excerpta. Initia abbatiæ Aligerni anno 949, obitum vero 986, affigit Mabillonius.

μακάριον εἰς τὸ μοναστήριον ἀνήγαγον· οὐδὲν ἄλλο ἑαυτοὺς ἀκούειν καὶ βλέπειν, ἢ ὅτι ὁ μέγας Ἀντώνιος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πρὸς αὐτοὺς παρεγένετο, ἢ ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη ὁ μέγας Βενέδικτος, ὁ θεῖος νομοθέτης αὐτῶν καὶ διδάσκαλος. Καί γε ὀρθῶς ἐλογίζοντο, καὶ τοῦ σκοποῦ οὐ διήμαρτον. Ἅπαντες γὰρ αὐτῶν οἵ τε σωματικοῖς, οἵ τε ψυχικοῖς συνεχόμενοι πάθεσιν ἐθεραπεύθησαν, καὶ πάντες τὰ πρόσφορα παρ' αὐτοῦ ἐκομίζοντο· οἱ ἐν λόγῳ τὴν ἐδασκαλίαν, οἱ ἐν ἔργῳ τὴν ποδηγίαν, οἱ ἐν ἁμαρτίαις τὴν διόρθωσιν, οἱ ἐν ἀρεταῖς τὴν παράκλησιν, οἱ ἐν ὑγείᾳ τὴν ἐγκράτειαν, οἱ ἐν ἀῤῥωστίᾳ τὴν ἴασιν. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὥσπερ ποτὲ τοῖς Ἰσραηλίταις τὸ μάννα ἑκάστῳ πρὸς τὴν χρᾶσιν καὶ τὴν ὄρεξιν μετεβάλλετο, διὸ καὶ οὐκ ἦν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν, οὕτω κἀν τούτοις ὁ θαυμάστὸς ἐγήγνετο. Ἀποθεραπεύσας τοίνυν αὐτοὺς τῇ θεοπρεπεῖ αὐτοῦ παρουσίᾳ, καὶ πληρώσας εὐφροσύνης πνευματικῆς, πάνυ δὲ καὶ αὐτὸς ἀγασθεὶς ἐπὶ τῇ ὑπερφυᾶ καὶ πεπαιδευμένῃ καταστάσει αὐτῶν, καὶ ἐκπλήξας τὰ αὐτῶν ὑπὲρ τὰ ἡμῶν, προεπέμπετο πάλιν ὑπό τε τοῦ ἀββᾶ καὶ τῶν ἐν ἐξοχῇ ἀδελφῶν εἰς τὸ μοναστήριον, ὅπου ἔδει σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ ἐκθεσθῆναι. Ὁ Ἀρχιστράτηγος δὲ τοῦτο ἦν τὸ καλούμενον Βαλλελούκιον. Παρεκάλεσαν δὲ αὐτὸν ὅ τε ἡγούμενος καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ σὺν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτὸν ἀδελφότητι ἐλθεῖν ἐν τῷ μεγίστῳ μοναστηρίῳ, καὶ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ ἐν τῇ αὐτῶν ἐκκλησίᾳ τὸν κανόνα πληρῶσαι, ἵνα γένηται, φησὶν ὁ Θεὸς, τὰ πάντα ἐν πᾶσιν· ὅπερ καὶ ὁ προφήτης προαναφωνῶν ἔλεγεν· Ὅτι λέων καὶ βοῦς ἅμα βοσκηθήσονται καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται. »

οδ'. Ὁ δὲ θεσπέσιος Νεῖλος τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἐκίνουν ἀπὸ ταπεινοφροσύνης λέγων· « Πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, » οἱ σήμερον ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ὑπάρχοντες; Ὅμως διὰ τὸ συμπαρακληθῆναι ἐν τῇ ἀλλήλων πίστει, καὶ τὸ μέγα ὄνομα τοῦ Χριστοῦ δοξασθῆναι, κατεδέξατο αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. Καὶ πηγὰς ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτοῦ ὑμνῳδίαν πρὸς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Βενέδικτον, περιέχουσαν πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ τεράστια γεγραμμένα· παραλαβών τε πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα ὄντας, ἀνῆλθεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ Κασσίνου, καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐτέλεσε πανάρμονίως. Εἶχε γὰρ ἀδελφοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνετοὺς, καὶ ἱκανοὺς ἔν τε ἀναγνώσει καὶ ψαλμῳδίᾳ, οὓς αὐτὸς κατ' ἀμφότερα ἐξεπαίδευσεν. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ κανόνος ἐνῆλθον πρὸς αὐτὸν ἅπαντες οἱ μοναχοὶ μετὰ παρακλήσεως τοῦ ἀββᾶ αὐτῶν· καὶ γὰρ μέχρι τούτου τὴν εὐταξίαν φυλάττουσι· καὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τῇ αἴγλη

A beatum virum ad monasterium deduxerunt, nihil aliud se putantes audire et videre, quam advenientem Alexandria magnum Antonium, vel excitatum a mortuis magnum Patrem Benedictum, sacrum legislatorem et magistrum eorum. Et sane recte judicabant, nec fefellit eos opinio. Nam quotquot inter ipsos aut corporis aut animi morbo labarabant, omnes curati sunt et congruentia omnes accipiebant ab eo: studiosi doctrinam, actuosi ducatum peccatores emendationem, virtute præditi adhortationem, incolumes continentiam, ægrotantes medelam, atque, ut uno verbo dicam, sicut olim manna Israelitis ad corporis cujusque habitudinem et appetitum transmutabatur, quapropter in eorum tribulus non erat infirmus, ita his etiam vir admirabilis se accommodabat. Itaque illis a Deo missa B sua præsentia perfecte sanatis, spiritalique lætitia repletis, cum et ipse vicissim admiratus esset egregiam illorum disciplinam et bene ordinatam vivendi normam, collaudasetque instituta eorum plusquam nostra, deducebatur rursus ab abbate præcipuisque fratribus ad monasterium, in quo cum suis filiis ipse commemoraturus erat. Sancti Michaelis (62) id erat, nomine Vallelucium. Tum præpositus et fratres rogarunt, ut una cum suis fratribus universis ascenderet in maximum monasterium et Græco sermone officium caneret in ecclesia eorum, ut fiat, inquit, Deus omnia in omnibus [63]. De quo etiam Propheta vaticinatus erat, « Leo et bos simul pascentur et catuli eorum C simul erunt [64]. »

74. At venerabilis Nilus primo quidem abnuere præ humilitate, dicens: « Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena [65], » qui nunc humiles sumus in unuversa terra propter peccata nostra? Ut simul tamen consolatio susciperetur per eam, quæ communis est, fidem et magnum Christi nomen glorificaretur, tandem assensus est, et compositis hymnis de fructu labiorum suorum in Sanctum Patrem nostrum Benedictum, quibus cuncta vitæ ejus admiranda opera comprehendebantur (63), et convocatis universis fratribus, (erant autem supra sexaginta), in monasterium Cassini ascendit et pernoctavit egregie modu'ando, habebat enim apud se fratres acris ingenii, apte D legentes et canentes, quos ad utrumque ipse satis instruxerat. Peracto officio, convenerunt ad ipsum omnes monachi, abbato suo permittente, non ad hoc usque disciplinam servant: et admirantes fulgorem spiritus de vultu ejus emicantem, cupie-

[63] I Cor xv, 28. [64] Isa. lxx. 25. [65] Psal. xxxvi, 24.

Joannis Clei notæ.

(62) Ἀρχιστράτηγος vertit Caryophilus S. Michaelis, et recte, ut liquet apud Cangium in Glossario Græco-barbaro, ubi exempla profert probatque, voce illa sanctum archangelum illum sæpius designari: tacite præteriit Sirletus. Monasterium porro illud modo Vallem-Lucii, modo Vallilucium appellat Mabillonius.

(63) Hymnum illum seu canonem cum Latina interpretatione ad Calcem Vitæ B. Bartholomæi excudit Sciommarius, apud quem illum, si lubet, vide. Unicus superest ex pluribus, quos Sanctus composuit, estque compendium Vitæ S. Benedicti a Gregorio scriptæ.

bant verba quoque audire de ore ejus. Exinde illi quæsita hujusmodi continuata serie proponebant. Dicito nobis, Pater sancte, quod est opus monachi et quomodo misericordiam consequemur? Aperiens autem Beatus Pater os suum. Latine dixit: Monachus est angelus, opus autem ejus est misericordia, pax, sacrificium laudis. Nam quemadmodum sancti angeli Deo quidem perpetuum offerunt sacrificium laudis, iuter se vero mutua charitatis pace conjuncti sunt et miserantur homines, opemque illis ferunt quasi minoribus fratribus, ita et verus monachus debet in minores et advenas fratres esse misericors, amare æquales in pace proficientibus non invidere, fidemque minime fictam et spem habere in Deum et in spiritalem Patrem. Hæc tria qui possidet, vitam agit in terris angelicam: contraria qui habet, hoc est incredulitatem, odium et inhumanitatem, omnium malorum fit habitaculum et plane in dæmonem transit.

73. Nam ubi quis monachi habitum induerit, non amplius in eo est, ut sit homo, sed duorum alterum, aut angelus, aut dæmon videbitur. De vobis autem, fratres, confido meliora et viciniora saluti. Hæc et alia quæ scriptis mandare nimium esset, cum vir sanctus disseruisset, compuncti sunt corde. Respondens autem quidam ex iis: Cur, inquit, dictum a Davide est: Cum sancto sanctus eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris [66]? » Et magnus Pater: Hoc dixit Propheta cum Deo loquens, non cum homine: nam quod sequitur, Deo convenit, non homini: « Quoniam tu populum humilem salvum facies et oculos superborum humiliabis [67]. » Audiverat enim David dicentem Deum: « Vivo ego Dominus, si recte mecum ambulaveris, et ego recte ambulabo tecum [68]. » Et rursus scriptum est ad obliquos (perinde enim est ac dicere perversos): « Obliquas vias mittet Dominus, et non homo. » Cæterum hominibus præceptum est, ut inimicos diligant; benefaciant iis qui oderunt eos, et malum pro malo non reddant. Deinde interrogavit alius: Quid sibi velint illa Habacuc prophetæ verba: « Requiescam in die tribulationis meæ, ut ascendam ad populum peregrinationis meæ [69]. » Respondit vir sanctus: Cum Apostolus dicat, « Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram [70]: » ergo totam Scripturam in me ipsum interpretor. Audiens quippe Adam et Cain et Lamech, et omnes, qui peccando Deum offenderunt, existimo illum me esse, et non alium. Hoc igitur prophetæ dictum viro cordato congruit sedenti in his inferioribus, in sæculi fæce, secumque cogitanti, ac dicenti: « Quousque Deum oro, nec intelligo, quæ loquor? » Tumque infert: « Observavi et conturbatum est cor meum [71], » hoc est,

τοῦ πνεύματος ἐκπειμπομένη ἀπὸ τῆς ἰδέας αὐτοῦ, ἐγλίχοντο καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐνωτίζεσθαι. Διὸ καὶ προβλήματα συνεχῆ προσῆγον αὐτῷ λέγοντες. Εἰπὲ ἡμῖν, ἅγιε Πάτερ, τί ἐστι τὸ ἔργον τοῦ μοναχοῦ, καὶ πῶς εὕρωμεν ἔλεος; Ὁ δὲ μακάριος ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ τῇ ῥωμαϊκῇ γλώσσῃ ἔφη· Μοναχός ἐστιν ἄγγελος· τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ ἐστιν ἔλεος, εἰρήνη, θυσία αἰνέσεως. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι τῷ μὲν Θεῷ ἀδιαλείπτως θυσίαν αἰνέσεως προσφέρουσιν, ἐν ἀλλήλοις δὲ εἰρήνην ἀγαπητικῶς κέκτηνται, ἐλεοῦσι δὲ καὶ ἀντιλαμβάνονται τῶν ἀνθρώπων ὡς μικροτέρων ἀδελφῶν, οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἀληθῆ μοναχὸν ἔλεος μὲν ἐπιδείκνυσθαι πρὸς τοὺς ἐλαχιστοτέρους καὶ ξένους τῶν ἀδελφῶν, ἀγαπᾷν δὲ ἐν εἰρήνῃ τοὺς ἰσοτίμους, τοῖς δὲ προκόπτουσι μὴ φθονεῖν· πίστιν δὲ ἄδολον καὶ ἐλπίδα ἔχειν πρός τε τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἐν πνεύματι Πατέρα. Ὁ κεκτημένος τὰ τρία ταῦτα ἀγγελικὸν βίον ἐπὶ γῆς διάγει· ὁ δὲ τἀναντία, τουτέστιν ἀπιστίαν, καὶ μῖσος, καὶ ἀσπλαγχνίαν, παντὸς κακοῦ ταταγώγιον γίνεται, καὶ δαίμων προφανῶς ἀναδείκνυται.

οε'. Ἀφ' οὗ γὰρ τις μονάσῃ, οὐκέτι διαμένει τοῦ εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐκ τῶν δύο ἓν, ἢ ἄγγελος, ἢ δαίμων φανήσεται. Πέπεισμαι δὲ περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας. Ταῦτα καὶ ἕτερα ὑπὲρ συγγραφὴν διαγορεύσαντος τοῦ ἁγίου, κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν· καὶ ἀποκριθείς τις ἐξ αὐτῶν εἶπε· Διατί λέγει ὁ Δαβίδ· Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις; Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· Τοῦτο πρὸς τὸν Θεὸν ἐλάλησεν ὁ προφήτης, οὐ πρὸς ἄνθρωπον, καὶ γὰρ Θεῷ πρέπει τὸ ἀκόλουθον, οὐκ ἀνθρώπῳ, τό· « Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων ταπεινώσεις. » Ἤκουσε γὰρ ὁ Δαβὶδ τοῦ Θεοῦ λέγοντος, ὅτι, « Σῶ ἐγὼ Κύριος, ἐὰν ὀρθῶς πορεύσῃ μετ' ἐμοῦ, ὀρθῶς πορεύσομαι κἀγὼ μετὰ σοῦ. » Καὶ πάλιν γέγραπται πρὸς τοὺς σκολιοὺς, ταὐτὸν δέ ἐστι καὶ ὁ στρεβλός· « Σκολιὰς ὁδοὺς ἀποστελεῖ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. » Ἀνθρώποις δὲ νενομοθέτηται τὸ ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς, τὸ καλῶς ποιεῖν τοῖς μισοῦσι καὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι μὴ ἀποδοῦναι. Πάλιν ἠρώτησεν ἕτερος· Τί ἐστιν ὃ λέγει Ἀββακοὺμ ὁ προφήτης· « Ἀναπαύσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, τοῦ ἀναβῆναί με εἰς λαὸν παροικίας μου; » Ὁ δὲ ὅσιος ἀπεκρίθη· Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι « Ταῦτα πάντα τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς τὴν ἡμῶν νουθεσίαν· » ἐγὼ πᾶσαν τὴν Γραφὴν εἰς ἐμαυτὸν ἑρμηνεύω. Τὸν γὰρ Ἀδὰμ ἀκούων, καὶ τὸν Κάϊν, καὶ τὸν Λάμεχ, καὶ πάντας τοὺς τῷ Θεῷ ἐπταικότας, ἐνθυμοῦμαι, ὅτι κἀγώ εἰμι ὁ τοιοῦτος, καὶ οὐχὶ ἄλλος. Τοῦτο τοίνυν τὸ ῥητὸν τοῦ προφήτου ἀνθρώπῳ πρέπει συνετῷ, καθημένῳ κάτω εἰς τὴν ὕλην τοῦ κόσμου, λογιζομένῳ τε καθ' ἑαυτὸν καὶ λέγοντι· « Ἕως πότε προσεύχομαι, καὶ ἃ λέγω οὐ νοῶ; » Τότε ἐπάγει λέγων· « Ἐφυλαξάμην, » τουτέστιν ἐσκόπησα, καὶ ἐσκεψάμην τὴν προσευχὴν τῶν χειλέων μου· εὔχομαι δὲ, ὅτι Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς

[66] Psal. xvii, 27. [67] Ibid. 28. [68] Levit. xxvi, 3, 12. [69] Habac. iii, 16. [70] I Cor. x, 11. [71] Habac. iii, 16.

ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, » πείσομαι τόδε καὶ τόδε. Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν ἀκακίαν μου, ὁ Θεός. » Καὶ ὅτι Ἐμφανῶς ὁ Θεὸς ἥξει · » καί · « Οὐ παρασιωπήσεται · πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. »

A consideravi et meditatus sum orationem labiorum meorum. Oro autem hoc pacto : « Si reddidi retribuentibus mihi mala [72], » hæc et hæc patiar: et : « Judica me, Domine, secundum justitiam meam et secundum innocentiam meam, Deus [73] : » et : « Deus manifeste veniet et non silebit ; ignis in conspectu ejus exardescet et inflammabit in circuitu inimicos ejus [74]. »

ος'. Ταῦτα καὶ τὰ ὅμοια τούτοις ἐννοήσας ἐξεργόμενά μου τῶν χειλέων, κατανοήσας δὲ ἐμαυτὸν τὰ ἐναντία πράττοντα τούτων, ἐφοβήθη μου ἡ καρδία, καὶ ἐτρόμαξεν τὰ ὀστᾶ μου, ἡ δὲ ἰσχὺς τῶν γονάτων μου ὑπεκάτω μου ἐταράχθη, ὥστε στῆναι μὴ δύνασθαι. Ἐν ταύτῃ τοίνυν τῇ τῆς θλίψεώς μου ἡμέρᾳ οὐκ ἄλλως ἔγνων ἀναπαῆναι καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ πόνου τε καὶ τοῦ φόβου, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀναβῆναι με ἐκεῖ ὁ λαὸς τῆς ξενιτείας μου · ὅπου εἰσὶ πάντες ξένοι καὶ παρεπίδημοι, καὶ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ἔχοντες · οἱ μηδὲν ἔχοντες ἴδιον, καὶ πάντα κατέχοντες · διότι ἡ συκῆ μου, καὶ ἡ ἐλαία μου, καὶ ἡ ἄμπελος, καὶ τὰ κτήνη μου οὐδέν με ὠφελήσουσιν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, οὐδὲ μετὰ θάνατόν μοι καρποφορήσουσι. Εἰ δὲ ποιήσω ὃ ἐβουλευσάμην, ἀγαλλιάσομαι καὶ ἐν τῷ Κυρίῳ, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ Θεῷ Σωτῆρί μου. Τούτου δὲ οὕτως ἑρμηνευθέντος κατὰ τὴν τοῦ ἡθικοῦ προπολογίαν, λέγει πρὸς τὸν ὅσιον ἄλλος · Ἰδοὺ, τίμιε Πάτερ, ἀποστέλλομαι παρὰ τοῦ ἀββᾶ εἰς διακονίαν, ἐξ ἧς οὐ μικρὰν βλάβην ὑπομένω · ὁ δὲ πατὴρ παραγγέλλει ὑπακοὴν ἀδιάκριτον ἔχειν. Τί ὧν προτιμῆσαι τῶν ἀμφοτέρων οὐκ οἶδα. Ὁ δὲ πατὴρ ἔφη · Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε, αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, φησὶν ὁ Ἀποστόλος. Ἰδοὺ ἡμεῖς πάντα τὰ τῆς καρδίας ὑμῶν τῷ ἀββᾷ ἐξομολογησάμενοι, τῷ κρίματι αὐτοῦ τὸ πᾶν καταλείψομεν. Πάλιν οὖν ἕτερος εἶπεν · Ἐὰν ἅπαξ τοῦ ἔτους συγκατάβω τῷ σώματί μου καὶ κρεωφαγήσω, μή τί ποτε ἐστίν ; Ὁ ὅσιος ἀπεκρίθη · Καὶ εἰ πάντα τὸν χρόνον ὑγιαίνων, ἐν μιᾷ ὥρᾳ κρημνισθεὶς κατάξῃς τὸ σκέλος, τί κακόν ἐστιν ; Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων ἀπὸ Γραφῶν προβάλοντες, ἠρώτησαν καὶ περὶ τῆς τοῦ Σαββάτου νηστείας. Ὁ δὲ σύντομον ἐπάρκειν δεδοκὼς αὐτοῖς, ἀπαλλάγη εἰπών · « Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω, ὁ Θεὸς γὰρ ἀμφοτέρους προσελάβετο. » Σὺ δὲ διατί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου ; Εἴτε οὖν ἐσθίομεν ἡμεῖς, εἴτε ὑμεῖς νηστεύετε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιοῦμεν.

76. Hæc et similia dum proferri per os meum considero, et a me fieri contraria video timuit cor meum et contremuerunt ossa mea et robur genuum meorum subter conturbatum est, ita ut stare non queam. In hac igitur afflictionis meæ die video, non alia ratione me posse quiescere, tremoreque ac timore liberari, nisi ascendendo illuc, ubi est B populus peregrinationis meæ, ubi sunt omnes advenæ et peregrini, quorum conversatio in cœlis est, qui proprii nihil habent et omnia possident. Nam ficus mea et olea mea, et vinea et jumenta mea nihil mihi proderunt in die afflictionis, neque post mortem mihi fructum afferent. Porro si faciam, quod cogitavi, tunc in Domino gaudebo et exsultabo in Deo salutari meo. Hac morali et tropologica explanatione data (64), sanctum virum interrogavit alius : Si me mittat, venerande Pater, abbas ad ministerium, ex quo non mediocri læsione afficior, jubente regula, parendum esse nihil dijudicando, nescio, utrum mihi præferendum sit. Respondit Pater : « Obedite, inquit Apostolus, C præpositis vestris, et subjacete eis, ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri [75]. » Vos igitur, ubi vestro abbati aperueritis omnia cordis vestri arcana, judicio ejus totum permittatis. Post hæc alius dixit : Si semel per totum anni curriculum indulsero corpori meo, et carnem comedero, quid tandem hoc erit ? Et sanctus Pater : Et si per totum tempus bona utens valetudine, una hora præceps cadas et crus frangas, quid mali erit ? Hæc et plura de Scripturis cum quæsivissent, interrogarunt etiam de jejunio Sabbati (65). Ille vero brevi respon-ione contentus, hoc modo se expedivit. « Qui manducat, non manducantem non spernat ; et qui non manducat, manducantem non judicet ; Deus enim utrosque assumpsit [76]. » Tu autem quare judicas fratrem tuum ? Sive igitur comedimus nos sive jejunatis vos, omnia in Dei gloriam agimus.

ος'. Εἰ δέ τι ἐπιλαμβάνεσθε ἡμῶν, διότι τὸ Σάββατον οὐ νηστεύομεν, βλέπετε μή πως εὑρεθῆτε τοῖς

77. Quod si adhuc reprehenditis, quod Sabbato non jejunamus, cavete, ne sanctis Patribus adver-

[72] Psal. VII, 5. [73] Ibid 9. [74] Psal. XLIX, 3. [75] Hebr, XIII, 17. [76] Rom. XIV, 3.

Joannis Clei notæ.

(64) **Tropologica illa interpretatio est sane paulo longius accersita.**

(65) **Antiqua admodum est in Ecclesia de jejunio Sabbati inter Orientales et Occidentales controversia contrariaque in diversis ecclesiis observantia, ut ex SS. Ambrosii et Augustini variis locis liquet. Vigebat in Ecclesia Romana consuetudo die illo jejunandi jam a S. Ambrosii tempore, quo non erat observata in Mediolanensi, ut testatur S. Augustinus epist. 118 ad Januarium. Videre ad hæc possunt, quibus opus est, quæ disputat Quesnellus Dissertatione VI ad Opera S. Leonis Magni.**

iri videamini Ecclesiæ columnis Athanasio, Basilio, Gregorio et Joanni Chrysostomo, aliisque numeris et sacris conciliis, a quibus, quod non bservatum, nec etiam lege cautum est. Quin iam Ambrosio doctori vestro, de quo legitur in us Vita, tota hebdomada jejunare solitum excesse Sabbatum ac diem Dominicum. Ego vero ec ipsum sanctum Silvestrum arbitror jejunium oc sanxisse præter consuetudinem sanctorum itrum, nec enim potestis de hoc proferre ratiom, aut canonem nisi tantum ejus Vitæ scriptom, cui facile nemo crediderit, quia nihil affert, ide demonstret (66). At nos omissa verbositate, junare enim malum non est, dicamus illud apolicum : « Quod esca nos Deo non commendat[77], » quæ sequuntur. Utinam vero miseri quoque dæi crucifixum Dominum adorarent et vel ipsis ebus Dominicis jejunarent, nihil mihi curæ de ic esset. Dixerunt illi : Et die Dominico jejunare n est peccatum ? Respondit : Et si peccatum t, quomodo sanctus Benedictus diebus quoque ominicis et festis jejunans, ignorabat etiam, quo e Pascha esset ? Unde pro certo habem, omne, quod fit propter Deum, bonum esse non improbandum, nec ipsam occisionem minis (67), ut Phinees et Samuel ostendent.

78. Et nos igitur bene facimus Sabbato non jeiantes in detestationem abominabilium Manicorum eo die lugentium et calumniantium vetus stamentum, quasi a Deo non datum ; non tamen stinemus ab operibus, ne fiamus similes Dei erfectoribus impiis Judæis. Et vos necessario unetis, præpurgantes vos ad sanctum Resurreonis diem. His et pluribus aliis monachi utilitan et voluptatem capientes, omnes stupebant et rabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ejus, ac dicebant : Nunquam vidimus hominem cipturas perinde explicantem. Et profecto verum inabantur et rectissime loquebantur. Cum enim peret ille mentem devictis cunctis affectibus gatissimam et cœlesti lumine illustratam, sernem quoque fundebat lepidum semper et sale iditum, qui segnioribus et infirmis calcar esset auxilium ; audacibus vero et temere prosilienus frenum et retinaculum, iis vero, qui extrema aque declinarent, apteque et juste incederent, ra perfecta et accomodata vivendi regula. ines, qui ad ipsum pergebant, longe prospiciens, elligebat, prædicebatque causam adventus eon, rerumque exitus ratam ostendebat prædinem.

ἁγίοις Πατράσιν ἐναντιούμενοι, τοῖς στύλοις τῆς Ἐκκλησίας Ἀθανασίῳ, Βασιλείῳ, καὶ Γρηγορίῳ, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ, καὶ ἄλλοις μυρίοις, καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις, οἵτινες οὐ τοῦτο ἐποίησαν, οὐδὲ ἐνομοθέτησαν · οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Ἀμβροσίῳ τῷ ὑμῶν διδασκάλῳ, περὶ οὗ γέγραπται ἐν τῷ αὐτοῦ Βίῳ, ὅτι πᾶσαν τὴν ἑβδομάδα ἐνήστευεν ἐκτὸς Σαββάτου καὶ Κυριακῆς. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸν τὸ ἅγιον Σιλβέστρον εἶναι ἐναντιούμενον τοῖς ἁγίοις Πατράσι ταύτην τὴν νηστείαν νομοθετῆσαι · οὐδὲ γὰρ δύνασθε ἀποδεῖξαι λόγον ἢ κανόνα περὶ τούτου, εἰ μὴ μόνον τὸν συγγραψάμενον τὸν ἐκείνου Βίον, ᾧ οὐδεὶς εὐχερῶς πιστεύει διὰ τὸ ἀναπόδεικτον. Ὅμως ἡμεῖς ἐάσαντες τὰς λογολεσχίας· οὐδὲν γὰρ κακὸν ἡ νηστεία· εἴπωμεν τὸ τοῦ Ἀποστόλου · « Ὅτι βρῶμα ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἴθε δὲ καὶ οἱ ταπεινοὶ Ἰουδαῖοι προσεκύνουν τὸν ἐσταυρωμένον Δεσπότην · καὶ εἰ ἐνήστευον καὶ αὐτὰς τὰς Κυριακάς, οὐδέν μοι ἔμελεν περὶ τούτου. Λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖνοι · Καὶ οὐκ ἔστιν ἁμαρτία τὸ τὴν ἁγίαν Κυριακὴν νηστεῦσαι ; Ἀπεκρίθη · Καὶ εἰ ἁμαρτία ἐστὶ, πῶς ὁ ἅγιος Βενέδικτος τὰς Κυριακὰς καὶ τὰς ἑορτὰς νηστεύων οὐδ' αὐτὸ τὸ Πάσχα ἠπίστατο πότε ἐστιν ; Ὅθεν γνωστέον, ὅτι πᾶν πρᾶγμα διὰ Θεὸν γινόμενον, καλὸν καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, οὐδ' αὐτὸ τὸ φονεῦσαι, ὡς ὁ Φινεὲς καὶ ὁ Σαμουὴλ ἔδειξαν.

οη'. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν καλῶς ποιοῦμεν τὸ Σάββατον μὴ νηστεύοντες, ἐναντιούμενοι τοῖς βδελυκτοῖς Μανιχαίοις, πενθοῦσιν ἐν τούτῳ, καὶ διαβάλλουσι τὴν παλαιὰν Διαθήκην, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ μὴ δοθεῖσαν · οὐ σχολάζομεν δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν ἔργων, ἵνα μὴ ἐξομοιωθῶμεν τοῖς θεοκτόνοις καὶ ἀσεβέσιν Ἰουδαίοις · καὶ ὑμεῖς ἀναγκαίως νηστεύετε, προκαθαίροντες ἑαυτοὺς τῇ ἀναστασίμῳ καὶ ἁγίᾳ ἡμέρᾳ. Ἐν τούτοις καὶ πλείοσιν ἄλλοις οἱ μοναχοὶ ὠφεληθέντες καὶ ἡδυνθέντες, ἐξίσταντο πάντες καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον · Ὅτι Οὐδέποτε εἴδομεν ἄνθρωπον τὰς Γραφὰς ἑρμηνεύοντα ὡς τοῦτον τὸν ὅσιον. Καίγε ἀληθῶς ὑπελάμβανον, καὶ ὀρθότατα ἔλεγον. Πάντων γὰρ τῶν παθῶν τὸν νοῦν καθαρώτατον κεκτημένος, καὶ τῷ οὐρανίῳ φωτὶ λελαμπρυσμένον, ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος · τοῖς μὲν βαθύμοις καὶ ἀσθενέσι κέντρον καὶ βοηθὸς χρηματίζων, τοῖς δὲ θρασέσι καὶ ὑπεραλλομένοις, χαλινὸς καὶ φορβέα · τοῖς δ' ἀμφοτέρωθεν ἀποκλινομένοις, εὐρύθμως τε βαδίζουσι καὶ δικαίως, ζυγὸς ἀγαθὸς, καὶ εὔχρηστος ὁδηγία. Ἅπαντας τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους βλέπων μακρόθεν, ἐνενεύει καὶ προὔλεγε τὴν αἰτίαν τῆς τούτων ἀφίξεως · καὶ ἡ ἔκβασις τῶν πραγμάτων ἐβεβαίου τὴν πρόρρησιν.

[77] I Cor. VIII, 8.

Joannis Clei notæ.

(66) Antiquitas hujus consuetudinis ab Apostoli traditione jam olim repetita fuit, ut testantur Augustinus et Joannes Cassianus apud Quesnelli laudati, ubi etiam discussa habes, quæ de institutione per S. Silvestrum a Petro Damiano aliisque tradita fuere.

(67) Quando scilicet manifesta et indubitata sunt, Dei, supremi vitæ Domini, jubentis mandata.

CAPUT XII.

Abarae Pandulphi ducis Capuani viduae, impositam pro machinato homicidio pœnam implere recusanti, filii mortem ducatusque amissionem vaticinatur: nepotem suum, qui erga rem sacram irreverentem se præbuerat, videre usque ad mortem renuit; malum bono remunerat; dissolutæ vitæ monachis imminentes pœnas minatur.

Ἀπὸ δὲ τῆς βαπτίσεως τοῦ Χριστοῦ δι' ἡμερῶν τεσσάρων ἀπέρχεται εἰς τὴν πόλιν Τιβεριάδος εἰς τὸν αἰγιαλὸν τῆς λίμνης, ὅθεν ἐξέρχεται Ἰορδάνης, ἔνθα καὶ οἱ ἀπόστολοι ἁλίευσαν. Ἀπὸ δὲ τῆς Τιβεριάδος ἕως τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐστιν διάστημα ἡμέρας μιᾶς. Ἐστι δὲ τὸ ἀνάβα τοῦ ὄρους σκαλία τετρακισχίλια τριακόσια τεσσαράκοντα. Ἐστι δὲ λαύρα, ἀββάδες δώδεκα. Καὶ ἀπὸ τὸ Θαβὼρ, ἐστιν ὁδὸς ἡμέρας μιᾶς ἕως τῆς πόλεως τῆς μεγάλης τῆς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, ἐν ᾗ γέγονεν ὁ γάμος, ἔνθα ἐποίησεν ὁ Χριστὸς τὸ ὕδωρ οἶνον. Ἔστι δὲ μοναστήριον, ἐν ᾧ τὸ θαῦμα ἐγένετο.

Deinde ad Occidentem Galilææ usque ad horam
xtam pervenis ad pratum, ubi recubuit populus,
Christus quinque panes distribuit. Præterea
atum ad meditullium situm est paludis Genesareth
maris Tiberiadis. Ad occasum autem ipsius
ati, monasterium est eo loci, ubi Christus allo-
tus est Samaritanam : et ad ipsum mare prope
tus, est ecclesia, ubi stat Christus, ubi focus et
sciculus : eodemque in loco Petrus mare pedibus
lcavit, eoque calcato perrexit ad Christum.

Καὶ πρὸς δύσιν τῆς Γαλιλαίας μέχρις ὥρας ἕκτης ἀπέρχῃ εἰς τὸ λιβάδιον, ἔνθα ἀνεκλίθη ὁ λαὸς, καὶ δέδωκεν ὁ Χριστὸς τοὺς πέντε ἄρτους. Ἔστι δὲ τὸ λιβάδιον ἀναμέσον τῆς λίμνης Γενησαρὲτ, καὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος. Καὶ πρὸς δύσιν τοῦ αὐτοῦ λιβαδίου ἐστὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ τόπῳ ἐλάλησεν ὁ Χριστὸς τῇ Σαμαρείτιδι· καὶ εἰς τὴν αὐτὴν θάλασσαν εἰς τὸν αἰγιαλόν ἐστιν ἐκκλησία, ἔνθα ἵσταται ὁ Χριστὸς, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀνθρακιὰ, καὶ τὸ ὀψάριον. Εἰς δὲ τὸν αὐτὸν τόπον πεζεύσας ὁ Πέτρος
C ἐν θαλάσσῃ ἦλθε πρὸς τὸν Χριστόν.

Deinde ad occidentem, circiter unius diei iti-
re, est Nazareth : Deinceps a Cana Galilææ pro-
isceris ad sanctam urbem Alexandriam, et ingres-
s navigium, Dei ope abis ad Romaniam, cum
e et alacritate multa. Cæterum ii, quorum in
inus veniet scriptum hoc minimi monachi Epi-
anii, orent pro me per Dominum : nam ex rei
ritate certa scripsi, juxta loca quæ peragravi, et
li oculis meis. Qui vero aliter enarrat, seipsum
cipit, veritatem non percipiens. Gratiam Domino
o habeo, qui corroboravit servos suos ad ejus-
di iter aggrediendum et spectacula intuendum :
oniam ipsum D. N. decet gloria cum Patre,
ncipio carente, et vivificante sancto Spiritu,
nor et adoratio nunc et semper et in omne D
um. Amen.

Καὶ πρὸς δύσιν αὐτοῦ ὡς ἡμέρας μιᾶς ὁδόν ἐστιν ἡ Ναζαρέτ. Ἀπὸ δὲ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας κατέρχῃ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ εἰσερχόμενος εἰς πλοῖον τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ ἐξέρχῃ εἰς Ῥωμανίαν μετὰ πίστεως καὶ προθυμίας πολλῆς. Ὁ δὲ ἐντυγχάνοντες τῇδέ μου τῇ γραφῇ τοῦ ἐλαχίστου Ἐπιφανίου μοναχοῦ, εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ διὰ τὸν Κύριον· τὴν γὰρ πᾶσαν ἀλήθειαν ἔγραψα, καθὼς περιεπόλευσα, καὶ εἶδον οἰκείοις ὀφθαλμοῖς. Ὁ δὲ ἄλλως διηγούμενος ἑαυτὸν φρεναπατᾷ, μὴ συνιεὶς τὴν ἀλήθειαν. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ ἐνδυναμώσαντι τοὺς αὐτοῦ δούλους πρὸς τὴν τοιαύτην ὁδὸν καὶ θεωρίαν, ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

DE RELIGIONE CHRISTIANA LIBELLUS

Ex Epiphanio in Latinum a Petro de Monte traductus.

(Latine tantum apud D. Emman. a Schelestrate in actis Orientalis Ecclesiæ, p. 52. Romæ 1739 fol.)

Christiane religionis veram sanctam puramque esse doctrinam, quam plurima nobis documenta sunt, quæ si recte, si pie considerare voluerimus, intelligimus profecto omnes alias religiones falsas, fictas, inanes ac superstitiosas, hanc vero unicam veritatis indagatricem, inventricemque fuisse : reliquas, quæ terrena, temporalia atque fragilia sunt, suis observatoribus polliceri : hanc cœlestibus æternis ac incommutabilibus bonis, perpetua denique felicitate cultores suos ornatissime decorare. Verum ad hujus nostræ religionis veritatem pertingere cupienti, pernecessarium est animam vitiis exuere, vestire virtutibus, et sancte, juste atque innocenter vitam ducere. Sicut enim lingua febrium ardoribus præpedita vini dulcedinem gustare non potest ; aut oculus malis quibusdam humoribus occupatus claritatem luminis nequit intueri ; sic animus peccatorum tenebris offuscatus, et vitiorum mole oppressus ad contemplanda divina mysteria pertingere nullatenus potest. Propterea labia Isaiæ prophetæ calculo de altari sumpto mundantur, et sic ad prædicandum idoneus redditur. Hinc factum esse existimamus, ut religionis nostræ traditiones plerisque deliramenta videantur, qui cum aditem vitiis patefecerint, virtutibus præcluserint, stultam putant esse doctrinam, quæ arcet voluptates, cohibet illecebras, incontinentiam damnat, luxuriam prohibet, et sensus nostros ratione, virtute ac sanctimonia regendos esse testatur. Cum enim hominibus veritas divino munere innotescat, et omnis veritas a Spiritu sancto sit : mali autem et vitiis dediti Spiritus sancti gratiam habere non possint, dicente Domino : *Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem et quietum ac trementem verba mea*[1] ? Quid mirum, si peccator indignus est, cui religionis Christianæ sublimitas aperiatur ? Nam qui se totum in cœno voluptatum mundanarum, velut sus in luto involverit ac demerserit ; quomodo poterit tam profundam veritatem tam alta, tamque secreta mysteria speculari ? Quæ si plerumque minus homines intelligant quem vellent, non tam illorum profunditati, quæ tamen maxima est, quam nostræ infirmitati ascribendum est, quæ cum ex peccatis præcipue proveniat, non profecto redditi ad hanc sublimem veritatem considerandam inferiores. Quisquis igitur vult Christianæ religionis dignitatem atque excellentiam apprime intelligere, ejusque reconditos thesauros intueri, prius studeat suam purgare conscientiam ; et latebras animæ suæ diligenter inquirens, si quid invenerit, quod Deum merito possit offendere, id procul abjiciat, seque mundum ac purum receptaculum Deo præparet. Et quanquam nos velut homines peccatis obnoxii (nemo enim, ut inquit Scriptura [2], gloriari potest mundum se habere cor), curamus tamen quam maxime atque ad id omnem impendimus operam ut in semita divinorum mandatorum ambulantes, devotam saltem et humilem voluntatem Domino exhibeamus. Ac propterea de ipsius bonitate misericordiaque confisi, qui in se sperantium preces exaudit, et pro viribus bene agere conantes, non despicit ; aliquid de nostra fidei excellentia scribere præsumpsimus, quo infideles si fieri potest erudiantur, eruditique fideles vero fortiores robustioresque efficiantur.

Dignitatem Christianæ religionis ex ipso primum Institutore atque Auctore licet intueri, et cum ore divino instituta sit, solumque Deum habeat auctorem : quid mirum si omnes alias doctrinas, disciplinas et religiones longe antecedit ? Quod enim a digniori, sapientiori atque excellentiori institutum est ; iis, quæ ad inferioribus constituta sunt, debet jure anteferri. Sic regum scita ducum atque comitum sanctionibus præferuntur ; et quæ a majoribus excellentioribusque magistratibus præcipiuntur, veluti digniora majori sunt observantia exsequenda. Quid autem dignius ? quid majus ? quid excellentius, quam professionis suæ summum illum ac sapientissimum rerum omnium opificem Deum habere auctorem ? Accedit huic rei amplior dignitas ; quia non eam nobis Deus per angelos, non per homines, non per legatos, aut nuntios, sed per proprium Filium sibi coæternum, et consubstantialem tradere dignatus est, quem ex sinu suo misit in uterum Virginis, ut

[1] Isa. LXVI, 2. [2] Prov. XX, 9.

Spiritu sancto nascens homo, et inter homines A dignas esse judicavit. Hinc simulacra et simula-
ıversans, humano generi maximorum plurimo- crorum vani et stultissimi cultus ab hominum
nque errorum tenebris circumfusa hac veritatis erroribus adinventi ; qui cum hominem quem-
uberrima lege lata mirifice subveniret Quo piam plusquam Deum diligerent, eum et vi-
id potest esse præclarius ? quid præstantius ? Si ventem et mortuum colebant, honorabant, vene-
is regum ac principum civitati ut populo sibi rabantur, eique in signum præcipuæ dilectionis
ɔjecto munus aliquod magnum atque utile mit- divina sacrificia exhibebant, erectumque ejus si-
et. idque nemine poscente, sed ex sui animi mulacrum pro Deo adorabant, dedicabant ædes,
eralitate faceret : deberet id quidem propter templa ædificabant, et vota velut Deo offerebant.
ttentis amplitudinem excellens judicari. Quod si Cresceutibus vero in dies illecebris, demer-isque
ıtum splendoris et ornamenti illi dono addere- magis ac magis hominibus in cœno voluptatum,
, ut qui illud deferret, principis filius esset, et quid fieri necesse erat ? Postquam autem a veri
idem primogenitus : quid tali munere posset Dei cognitione semetipsos alienaverunt, hæc im-
i dignius ? quid majus ? quid pretiosius ? In hoc pietas quam maxime aucta est, dicente Scriptura :
tur longe excellentior est hæc nostra religio B *Dum venerit impius in profundum malorum, con-*
e illa veteri, quæ Hebræorum populo data est. *temnit* [4]. In tantum itaque lapsa est humana fatui-
m etsi illa, et hæc nostra Deum auctorem ha- tas, ut nedum homines, sed lapides, et ligna, et
erit, non tamen per unigenitum Dei Filium ho- reptilia tam aquatilia, quam terrestria, necnon
nibus tradita est, sed per Moysem primum, immanissima quædam bruta, sed et monstra quæ-
ɔsque deinde ab ipso Domino electos nuntios ac dam teterrima ornatissima illa Dei appellatione
ɔphetas ; qui cum puri homines essent, et com- nominare non formidaverit. Sed nec hucusque
ıni infirmitatis humanæ legi subjecti, nullum stultorum perstitit audacia. Alii enim voluptatem
eorum persona splendorem illi, quam prædica- ac libidinem, turpissima vitia consecrarunt : sicut
ıt, doctrinæ afferre potuerunt. Sed et vetus illa apud Lybicos Cupidinem, et in Papho Venerem
i tantum populo, uni genti data est : hæc autem illam impudicissimam mulierem veneratam esse,
ınes omnino homines complectitur, omnibus poetæ nobis tradiderunt. Hinc nefandi sacrificii
ɔvidet : cunctis rectum iter veritatis ostendit, ritus, hinc obsceni cultus. et ludi turpissimi, qui-
minem excipit, nullam neque ætatis, neque bus humana stultitia deos suos placandos esse edi-
ıditionis differentiam faciens, sed omnes ad cto constituebant, quorum fœtorem ac spurcitiam
ɛrnam beatitudinem per virtutum semitam be- C et obscenitatem quisquis legerit, colere profecto
ɲne ac misericorditer invitans. Cum enim omnes, atque ita venerari veritatem debet, a qua homines
inquit Apostolus [3], a veritate declinassent, et recedentes in tantam devenerunt amentiam, ut qui
ultu et cognitione veri Dei aberrasseni, morbus- honoris indignus bonis hominibus videretur, eum,
e iste omnes teneret obnoxios ; omnibus neces- veluti ex religione, suis diis pro majori sacrificio
ɨa fuit salutaris medicina. Homines namque exhiberent. Longum profecto nimis esset, atque a
n per peccatum a Dei contemplatione procul nostro prorsus instituto alienum, omnes illos er-
cessissent, neque posset mens nostra otio tor- rores recensere, in quos lapsi sunt homines, qui
ɔcere, ad considerationem terrenorum et corpo- a veri Dei cognitione atque dilectione se averte-
ium se convertit : sicque paulatim oblivione runt. Cum enim ipse Deus testante Scriptura sit
um divinarum corporeis illecebris alligata, via, veritas et vita [5] : quid mirum, si hi, qui a
esentia solummodo et corporalia intuens existi- recta via aberrarunt, in varios anfractus errores-
re cœpit, nihil plus esse, quam intueretur : que deciderunt ? Iter enim rectum unum est, a quo
inimo hæc humana et corporea sola esse bona ; si quis deflexerit, necesse est hunc etiam nolen-
itaque prorsus se ad imaginem veri Dei consti- D tem magnis defatigari laboribus, et per devia quæ-
am, haud amplius in Deum ipsum, a quo creata que vagantem multipliciter errare.
ıt, se intuendo aut speculando convertit. Solis His tot tantisque errorum ac delictorum tenebris,
ıur sensibilibus circumsepta, ac vanis sæculi quibus totum humanum genus detinebatur, tan-
inita illecebris Deum in corporeis sensibus fin- dem compassus miserotor et misericors Dominus,
ıs, rebus mundanis ac corporalibus Dei nomen eo tempore, quo ipsius inscrutabilis sapientia dis-
ɨuit, atque ea sola colere cœpit, in quibus errore posuit, nobis tandem succurrere ac subvenire
lucta veram putavit esse felicitatem. Hinc ıera et aera, quæque in eis sunt, elementa dignatus est. Et ut eo dignior atque excellentior
ɔque et qualitates rerum corporalium, calidita- esset subventionis modus, quo per digniorem
ı scilicet et frigiditatem humiditatem ac siccita- Mediatorem fieret, non angelum, non hominem, ut
ɔ deos appellavit ; ac paulatim ex erroribus diximus, ad nos misit, ut his nos erroribus libera-
ores invenien homi.ım imagines partim vi- ret, sed Filium suum unigenitum, quem ut nobis-
ıtium, pa. .mjı m defunctorum divinis honoribus cum esset, ut nobiscum viveret, nobis loqueretur,
et hanc sanctissimam legem et doctrinam veritatis

[3] Rom. I, 25 seqq. [4] Prov. XVIII, 3. [5] Joan. XIV, 6.

traderet, eamque verbo et exemplo confirmaret, A carne induit humana in utero virginali, ut sic novus, et miraculose, ac præter ordinem naturæ natus, non homo tantum, nec Deus tantum, sed Deus et homo, novam hanc, miram, et quasi supernaturalem legem omnibus hominibus prædicaret, illuminaretque mortalium mentes, eosque doceret, et relictis errorum tenebris ac peccatorum illecebris falsisque blandimentis, virtutes amplecterentur, et deducerentur quoque ad veri Dei cognitionem, a quo, et cujus causa conditi essent; quem tandem cognitum toto corde, tota mente diligerent, et sancto ac devoto sacrificio honorarent; ei demum jugiter servientes, ambulantes quoque in semitis mandatorum ejus, ad æternam illam beatitudinem, B cœlestium quoque spirituum consortium dignissime vocarentur: ubi secundum Apostolum[6] non per speculum in ænigmate, veluti in hoc sæculo, sed revelata facie divinam illam majestatem contemplabimur; in quo summam esse hominis felicitatem immensamque voluptatem, nemo nisi maxime demens inficiabitur. Hæc est hujus nostræ evangelicæ traditionis summa; in hoc sola ipsius vis pendent; ad hoc ejus sunt tam præcepta, quam consilia instituta: hic piissimi et clementissimi legislatoris nostri finis; hæc intentio; hoc ipse a nobis per Unigenitum suum, quem ad ferendam hanc legem misit, instanter monet, hortatur, postulat et requirit; ut qui creando cuncta ex nihilo suam maxime omnipotentiam ostendit, sapientiam C vero creata tanto ordine regendo atque gubernando; nos tandem a peccatis et erroribus hoc mirabili modo liberando infinitam suam clementiam atque misericordiam demonstraret.

Nihil igitur hac nostra Christiana professione potest reperiri dignius, nihil præclarius, nihil fructuosius; sive legislatoris dignitatem, sive institutionem, ipsarum et traditionum sanctimoniam, sive æternæ felicitatis gloriam, ad quam vocamur, diligenter animadvertere voluerimus. Ut autem nihil, quod ad salutem nostram pertinere posset, sapientissimus legislator prætermitteret, sacratissima quædam sacramenta instituit nostræ fragilitatis remedia saluberrima, quibus veluti quibusdam D medicamentis, nostris posset infirmitatibus subvenire. Sicut enim non sufficit medico depulsa adversa valetudine bonam inducere, nisi remedia quoque illa adhibeat, quibus et valetudo bona conservetur, et si quando morbus inciderit, adversus illum debitis medicamentis provideatur: sic summus ille et omnipotens Deus, neque infinitæ sapientiæ suæ, neque saluti nostræ abunde satisfactum esse existimavit, si nos tantum per gratiam suam a vitiis ad virtutem, ab erroribus ad viam veritatis vocasset, nisi et remedia invenisset, quibus veluti quibusdam adminiculis hanc suam in nobis gratiam servaremus: et quasi, quando illam præ fragilitate nostra, et humanæ naturæ corrupiela amitteremus, in nostra esset potestate illam per hæc salutaria adjumenta recuperare. Ea autem sunt hæc: baptismus, pœnitentia, confirmatio, eucharistia, matrimonium, ordo, et extrema unctio. Horum tanta est vis, tanta potestas, ut si rite ac legitime administrentur, ab omni nos valeant quamvis lethali vulnere ac pernicioso morbo curare, et pulcherrimæ valetudini restituere. Hæc autem omnia consideranti mihi, ac persæpe pie atque religiose animo revolventi, nullum videtur majus, nullum mirabilius, quam corporis et sanguinis Domini sacramentum, quod eucharistiam vocamus: cujus speculationi quoties intendo, toties mirum in modum obstupesco, atque præ tantæ rei suavitate, animum extra se ferri cognosco: quod cuicunque attente consideranti evenire posse non dubito. Quis enim non summe admirabitur, cum audit substantiam corruptibilem panis et vini in verum Domini nostri Jesu Christi corpus, et sanguinem sacerdotis ministerio transmutari? cum lectio illa evangelica suis auribus intonat: *Nisi comederitis carnem Filii hominis et sanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis*[7]. Et alibi: *Caro*, inquit, *mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus; qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo*[8]. Stupet profecto humanus animus, atque ad tales sermones totus contremiscit, tantæque rei admiratione plerumque extra se fertur. Cumque tam mirabilis sacramenti cognitione intellectus profunditatem eorum, quæ in eo latent, mysteriorum scrutari avide cupit, tantorum arcanorum magnitudine pressus in ipso conatu succumbens, quod minus perfecte intelligit, quam maxime admiratur, dicens cum Propheta: *Memoriam fecit mirabilium suorum miserator et misericors Dominus escam dedit timentibus se*[9]. Et profecto omnem admirationem excedit, omnia mirabilia superat, quia sub modici panis et vini specie, verum Christi corpus et sanguis a fidelibus communicando sumitur. Unde cum divinorum operum magnitudinem considero, hoc summe admirandum, venerandum, atque magno cum tremore tractandum censeo. Admirabile siquidem et præclarum fuit hanc mundi machinam tot cœlorum elementorumque sphæris, tot diversarum rerum varietate ornatum creare, non solum diei, lunam ac stellas nocti præficere, distinguere tempora, cœlorum ac siderum cursus motusque disponere, innumerabilia deinde avium, piscium, terrestriumque animalium, arborum quoque ac fructuum, cæterarumque rerum genera ad hominum usum, hunc in mundum producere, hominem ipsum demum a cæteris animantibus rationis et sermonis dignitate secernere. Sed cum me ad hujus corporis et sanguinis sacramentum converto, nihil mihi videtur mirabilius,

[6] I Cor. XIII, 12; II Cor, III, 18. [7] Joan. VI, 54. [8] Ibid. 56, 57. [9] Psal. CX, 4.

iil veneratione dignius, nihil sanctius atque de-
ius pertractandum, in quo Creator creaturæ
ijungitur, corruptibilis substantia in incorrupti-
em transfunditur, et sub parva panis et vini
ɔcie rerum omnium Conditor mira verborum
)la'ione supponitur. In hoc siquidem sacramento
ac potentia naturæ superatur, communis lex
icitur, divina maxime virtus ostenditur, et aliud
isu percipimus, aliud fide credere compellimur.
id enim, quæso, tam naturæ contrarium, quam
:identia per seipsa sine subjecto illa sustentante
iistere? Cum enim naturæ accidentium | ro-
um sit, ut alteri insint, nec per se pos-int ulla
ione subsistere ; quis hoc præcipuum singula-
ue miraculum non admirabitur, ubi post sacer-
is consecrationem est quantitas nihil extendens,
unditas nihil circulare faciens, albedo nihil
nino albificans? Transsubstantiata enim mini-
rio sacerdotis panis et vini substantia in Christi
pus et sanguinem, ut nostræ religionis vera
ue illibata fides· prædicat et affirmat ; quid
ierest, quod quantitatem aut qualitatem, quas
isibus percipimus, in se valeat suscipere ac
tinere? Sed et sub qualibet tanti sacramenti
ticula integer, et totus est Christus : ille,
uam, et non alius, qui in utero natus est
ginali, qui inter homines visus et conversatus
, qui in cruce pependit, qui demum ad cœlos
riosus ascendit, ille, inquam, ad sacerdotis vocem
ris dexteram non deserens, sub panis tamen,
vini specie continetur. Hæc tam alta tamque
ina mysteria, quæ omnem naturæ vim superant,
nem humani ingenii potentiam excedunt : cum
ı nisi pia et religiosa mens a terrenis affectibus
urgata possit comprehendere, dignatus est
rumque benignus et misericors Dominus omni
o et omni tempore nostræ infirmitati subveniens
ibilibus quibusdam miraculis dignitatem tanti
ramenti ostendere, et quod solo intellectu ac
ɔ percipitur, id exterioribus ac sensibilibus
us patefacere, et per hæc quæ sensu cognosci-
s, quasi baculo quodam iter ostendente ad
ensibilium notitiam facilius perducamur. Ex
ltis autem miraculis, quæ ad relationem hujus
ramenti ubique operatus est Dominus, unum
um inferre institui, quod sanctorum virorum
eli relatione verum esse cognovi.

Est apud Hierosolymam locus quidam, quem fide-
magna devotione ac frequentia visitant, ubi
um Redemptoris nostri corpus ex Virgine
umptum post plurimas injurias, acerbas contu-
lias, crudelia vulnera, crucis patibulo pro no-
a redemptione suffixum, ac mortuum Joseph
nibus sepultum esse, evangelica nobis tradit
toria. Hoc in loco Christiano more constructa
ecclesia, in qua a nostræ religionis professori-
ɔ divina celebrantur officia, qui sepulcrum illud

A Domini visitantes cœlesti pabulo recreati fideliores devotioresque revertuntur. Ad hanc ecclesiam nonnulli Christianorum persecutores accedebant, nostra sacrificia irridentes, aut Christianos ibidem orationi intentos perturbantes, quos inde abstractos magnis aliquando injuriis persequebantur. Contigit autem, inter cæteros ducem quemdam ac principem infidelium Christiani nominis acerrimum impugnatorem hunc in locum divertere, ut omnia nostræ legis sacrificia ac cæremonias exploraret ; quod cum alias sæpe, tum eo maxime die, quem ob Salvatoris nostri sacratissimam cum discipulis suis cœnam colit et veneratur Ecclesia, in cujus memoriam verum ejus corpus
B sanguinemque suscipimus, ab ipso edocti, qui cum in cœna esset, omnesque discipulos corporis et sanguinis sui communione participasset, illico subjunxit dicens: *Hoc facite in meam commemorationem* [10]. Astabat ante aram sacerdos singulos monens, ut de peccatis pœnitentiam agant, eaque fletu, dolore atque gemitu redimant, et ad tanti sacramenti susceptionem seipsos devotissime præparent, memoresque sint verborum Apostoli, qui ad Corinthios scribens, cum excitare vellet hominum corda ut tam admirabile sacramentum digne susciperent: *Probet autem*, inquit, *seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat ; qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini* [11]. Audie-
C bantur interea innumeræ orantium voces, pectorum verbera, planctus ac fletus gemitusque permaximi, qui non mediocrem delictorum dolorem, veramque cordis contritionem præseferre videbantur. Is enim, quem peccati pœnitet, declarat profecto, maluisse se non peccare, quam pœnitere. Hoc cum infidelis ille attente conspiceret, ac diligenter animadverteret, in magnam incidit tantorum fletuum tamque devotissimam actuum admirationem, omniaque secum repetens cœpit judicare, harum rerum institutionem non tam ab hominibus, quam ab ipso Deo prodisse, qui maxime gaudet, cum homines sibi puro corde, et munda mente devotum exhibent famulatum. Postquam vero sacerdos
D circumstantes ad compunctionem cordis, dolorem-que, ac pœnitentiam de peccatis, ut dixi mus, monuit, conversus ad altare reliqua rite prosecutus est, ac sub panis et vini specie sacrum Christi corpus et sanguinem verborum ministerio consecravit. Quo peracto id ipsum fidelibus, qui illuc ejus rei causa convenerant, distribuere tremens ac gemens quam devotissime cœpit. Cum autem ipsum sacramentum sacerdotis manibus attrectaretur, omniaque infidelis illi accurate animadverteret, sicut Conditori omnium placuit: visus est ei videre agniculum quemdam nive candidiorem in altari exsistere. Quæ res eum supra quam dici aut condi posset, in stuporem convertit: ex quo

[10] Luc. xxii, 19. [11] I Cor. xi, 28, 29.

cœpit tam admirandæ rei finem multo avidius exspectare. Cum autem pro more omnes flexis genibus ante altare consisterent, cœpisseque sacerdos singulis hoc sacramentum distribuere : ecce priori miraculo aliud non minus adjungitur. Intuenti enim infideli, quid a sacerdote fieret, visum est, quosdam eorum qui hujus sacramenti suscipiendi causa convenerant, quoniam neque vere purgati, neque perfecte mundati accesserunt, non sub specie panis et vini, sed sub aliarum rerum variis horrendisque speciebus illud accipere. Unus itaque visus est ei corticem assumere, quia is fortisan, quantum humano ingenio interpretari possumus, non tam medullæ ac sensui, quam cortici et verbis Scripturarum divinarum inhæserat, neque tam esse, quam videri et judicari bonus curaverat. Alius pilos ac capillos dentibus conterere videbatur, quia sæculi hujus illecebris ac voluptatibus, superfluaque cupiditate detentus ad tam divinæ rei communionem indignus accesserat. Ut enim ex superfluis humani corporis humoribus capillos natura producit ac pilos : sic ex nimia rerum voluptatumque mundanarum appetentia in diversas vitiorum sordes maximasque divinorum mandatorum transgressiones mens nostra prolabitur, dicente ipso Domino : *Non potestis servire Deo et mammonæ*[12]. Videbatur præterea tertius quidam nigerrimos carbones accipere, quasi is animam delictorum tenebris denigratam, vero ac salutifero pœnitentiæ remedio neque albam neque mundam facere curasset. Sicut enim sancti et justi in luce, sic peccatores et impii in tenebris ambulare dicuntur. Virtuti siquidem ac veritatis proprium est, se sequentibus lumen ostendere : e contra vero vitiorum atque errorum homines tenebris circumfundere ; cum Dominus dicat : *Ego sum lux mundi ; qui sequitur me non ambulat in tenebris*[13]. Ignem ex his alter ore assumebat, quasi illico per totum ejus corpus diffundi videbatur. Hic forsitan carnis molliore ac turpissimo luxuriæ vitio non solum animam, verum etiam corpus dehonestaverat, cum atrocissimi criminis causa venit, ut inquit Apostolus : *Ira Dei in filios diffidentiæ*[14] ; et ut sacræ lectionis nos monet historia, septem illæ civitates de cœlo misso exsecrabili incendio perierunt. Inter hos exstitit quidam, qui cineres ore suscipere videbatur : hunc corporis segnitie mentisque desidia occupatum, bonis virtuosisque operibus haudquaquam vacasse, possumus interpretari. Sexum carnem et quidem immundam deglutisse accepimus, utpote qui illicitis feminarum voluptatibus demersus, nunquam per abstinentiam et continentiam salubremque de commissis pœnitentiam sibi prospexerat : sicque immunda mente ac polluto ore ad tam mundissimi sacramenti participationem accedere præsumpserat. Post hos fuit et alius, qui aurum impurissimis faucibus gustate videbatur : erat siquidem auri cupiditate, atque immoderato pecuniæ amore ita alligatus, ut nihil præter aurum sitiret ac desideraret, quod vitii genus idololatriam non immerito dicere possumus, Apostoli testimonio confirmati, *qui avaritiam idolorum servitutem*[15] appellet Postremus vero ille fuit, qui sacram eucharistiam a sacerdote recipiens magno lucis splendore toto corpore illustrari videbatur : ex quo intelligere possumus, hunc purgatis animæ suæ latebris ac mundata conscientia dignum se reddidisse, qui verum Christi corpus et sanguinem sumeret ; cæteros autem ad suarum animarum judicium et condemnationem tam excellentissimi sacramenti susceptioni se immiscuisse. O rem stupore atque admiratione dignissimam ! Contremisco ipso non parum, cum divinam potentiam animadverto, quæ omnem naturæ vim ac potestatem in hisce mirabilibus rebus excedit, sensus superat et sensibilium rerum similitudines immutat Hæc et his similia quoties audiunt, qui gentilium philosophiam sectantur, eamque solam cunctis præferunt disciplinis, nos irrident, damnant, et maledictis atque opprobriis insectantur, nostrosque sermones veluti deliramenta quædam atque inania ludicra contemnunt, ac parvi pendunt ; quoniam præter naturalem potentiam nihil alius, nihil majus, aut excellentius considerantes, immensam Dei potentiam, quæ naturam ipsam naturaliaque omnia creavit ex nihilo, nequaquam animadvertunt. Nos vero qui Christi doctrinam sequimur, qui fide vivimus et evangelicas traditiones toto corde amplectimur, nihil Deo impossibile judicamus : quin imo et his majora, pia fide et puro cordis affectu confitemur et credimus. Quoties enim mentis nostræ aciem ad divinæ illius potentiæ abyssum erigimus, toties omnia, quæcunque illi placuerunt, fieri posse constanter asserimus. Discant igitur fideles cuncti, hoc tam celebri miraculo admoniti, non temere neque inconsulte ad tam purissimi sacramenti communionem accedere, sed quisque prius seipsum dijudicet, et secreta cordis sui diligenter inquirat : quæ cum salutari pœnitentiæ remedio purgaverit, magna cum humilitate et reverentia Dominum interioris cordis hospitio timens tremensque suscipiat ; de ipsius gratia et bonitate confisus, qui solus ex peccatoribus sanctos facit et justos, et per prophetam peccatores consolatus est dicens : *In quacunque hora conversus ingemuerit peccator, omnium iniquitatum ejus non recordabor*[16]. Summa igitur mentis et corporis puritate atque munditia sumendum est hoc sacramentum, cum illum eumdemque Dominum assumamus, qui pro nostra salute ex Virgine nasci, versarique inter homines, qui cæcis visum, claudis gressum, auditum surdis, loquelam mutis, debilibus robur, infirmis valetudinem, mortuis

[12] Matth. VI, 24. [13] Joan. VIII, 12. [14] Ephes. V, 6. [15] Ephes. V, 5. [16] Ezech. XXXIII, 12.

m animamque restituit ; qui in crucis patibulo ra peccata purgavit, qui ab inferis antiquorum um animas eduxit, qui tertia die a mortuis rrexit, ut morte se verum hominem, resur- ione vero se verum Deum ostenderet : qui s suo pretioso sanguine januam regni cœlestis uit, qui deinde ad cœlos ascendit, et tandem universæ carnis resurrectionem tum severo, benigno vultu malos ac bonos judicaturus ad- et. Quis quæso non formidet? quis non pa- ? quis non contremiscat, cum secum consi- t, se verum omnium Creatorem, Regem cœli rræ, tot tantorumque mirabilium Patratorem, cem denique vivorum et mortuorum sub spe- anis et viri miro quodam modo recipere ? est tam impius, tam sacrilegus, tamque salu- iæ immemor, qui se non præparet, non dispo- non abjiciat sordes, non deponat maculas, se que totum ab omni inquinamento non expur- ut talem ac tantum hospitem suo digne reci- habitaculo ? Si quis principem suum aut n superiorem in domum suam venturam præ- it, nonne domum ornat, mundat, curaque n sedulo, ne quid in ea sit turpe, immundum, nestum ac sordidum, quod advenientis hospi- culos aut animum ulla ratione possit offen- ? Quod si homo terrenum ac mortalem homi- suscepturus eam diligentiam adhibet, quam latem, quam munditiam, quem nitorem atque tum adhibere debet mens humana, summum e omnipotentem Deum, qui omnium secreto- est cognitor, intra pectoris sui arcana me- susceptura ? Sed jam unde paulisper digressi is, ad historiæ ordinem redeamus.

e divina completa, sacrisque illis omnibus rite ctis, cum omnes qui aderant ab Ecclesia discess- nt, infidelis ille tantarum rerum admiratione ratus, sacerdotem convenit, eumque amice ac enter alloquitur, et omnia, quæ illi tempore ficii apparuerant, suo ordine exponit ; cupie- nim velut divinæ potentiæ prorsus ignarus ime intelligere, quid tot distinctarum rerum ies in eodem sibi vellent sacramento, quamque e ferrent significationem. Tum sacerdos divi- manum huic rei affuisse cognoscens, videns- hujus infidelis mentem timore simul atque iratione concussam, cœpit illi ex sacris Litte- ivinam in primis potentiam ostendere, ac de per singula discurrens, quantum temporis stia patiebatur, Christum illi evangelizavit. cum ille attente simul ac devote audiisset, setque gratia Domini, qui, ut inquit Scri- [17], solus potest cor lapideum facere cor eum, et ex lapidibus suscitare filios Abrahæ : Christianæ doctrinæ credidit, seque bapti- atque relictis idolis et erroribus inter fideles ti milites ascribi voluit. Sacri itaque bapti- A B C D smatis unda ministerio sacerdotis rite perfusus, cum supra caput ejus columba nive candidior astitisset, Pauli secundi ab ipso sacerdote illi nomen imponitur. Idque admodum convenienter. Ut enim Paulus apostolus post innumeras Christianæ legis cunctorumque in Christo credentium persecutiones, damna atque injurias, divina gratia perfunditur, fit ex Saulo Paulus, ex hoste amicus, ex impugnatore defensor, ex persecutore prædicator; fit religionis nostræ resonans tuba, fit vas electionis, et Christi apostolus, et tandem religionem nostram constantissime prædicans, et ubique intrepide defendens capitis martyrio migravit ad Dominum : sic Paulus iste secundus post innumeras divini nominis blasphemias, et Christianorum persecutiones, rapinas, injurias, cædes, divino munere ad fidem conversus multo in ea propaganda atque defendenda fuit ardentior quam fuit in impugnanda. Vitam summa integritate, continentia et severitate exegit; corpus jejuniis, vigiliis, et flagellis castigans, brevi docuit obedire spiritui. Carnis voluptates atque illecebras omnes contempsit : orationi et lectioni sacrarum Scripturarum semper intentus. Oculi somnum ac corporis requiem nisi ad naturæ ac virium sustentationem velut pestem aspernabatur, sciens hosce laqueos esse diaboli, quibus irretire et capere animas soleat. Summam omnibus in rebus gravitatem continentiamque servavit, Divitias, quas multas congregaverat, omnes in pauperes distribuit, ut nudus atque expeditus Christum nudum ac pauperem facilius sequeretur, ut de ipso propheticum illud non abs re dici possit : *Dispersit, dedit pauperibus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi* [18]. Pecuniæ cæterarumque rerum mundanarum cupiditates calcavit atque perdomuit. Totius denique vitæ partes mira quadam bonitate sanctimoniaque perfecit. Nihil in eo reprehensibile, non sermo, non incessus, non aspectus; nihil quod cujusque oculos in se posset offendere. Doctrinam vero evangelicam, quam ante irridebat, damnabat, insectabatur, populis ardentissime prædicavit, atque pro ejus veritate tuenda, seipsum martyrio sæpissime obtulit. Cum autem jam plures annos in hac tam sancta conversatione transegisset, omnibusque esset stupori et admirationi, hisque præsertim, qui ejus vitam ante conversionem cognoverant, placuit omnipotenti Deo militem suum ad se vocare, ut qui strenue ac viriliter dimicaverat, debita reciperet stipendia meritorum. Voce itaque angelica, qua sæpius consolari solebat, vitæ suæ finem instare illi nuntiatur, qua ex re de Domini bonitate misericordiaque confisus, qui nunquam deserit sperantes in se, incredibilem animo lætitiam cœpit, illud Apostoli sæpius repetens : *Cupio dissolvi, et esse cum Christo* [19] Intelligens autem nullum gratius acceptabiliusque offerri sacrificium,

Matth. III, 9. [18] Psal. CXI, 9. [19] Philipp. 23.

quam cor contritum et humiliatum, facta peccatorum confessione, peractaque pœnitentia, seipsum Deo humilians de admirando ac salutifero illo sacramento corporis et sanguinis Domini quod conversionis suæ causa fuerat, devotissime participavit. Deinde cum se orationi dedisset, corpore interram inclinato, anima ad gloriosam beatorum patriam comitantibus angelis mira celeritate advolavit. Aderant plerique sancti viri, qui referunt magnum quemdam splendorem per unius ferme horæ spatium corpus illud pretiosum circumfulsisse, sed et suavem odorem super aromata cuncta omnes in cubiculo sensisse. Qui vero sepeliendi curam habuerunt, in id censentiunt, nudato vestibus corpore, in ejus pectoris medio crucis cujusdam effigiem ex ipsius puro sanguine visam esse, quam hæ litteræ in modum coronæ seu circuli ambiebant : *Paulus secundus servus Jesu Christi.* Quæ res cum digna visa esset, quæ pro honore atque excellentia religionis nostræ ad multorum notitiam perveniret, effecit ut gloriosum illud corpus aliquot diebus inhumatum jaceret. Accessit autem ad id visendum magna hominum multitudo, qui rem tam stupendam intuentes summum atque omnipotentem Deum multis preconiis laudabant : *Qui facit mirabilia magna solus* [20]. Postquam vero tanti miraculi fama longe lateque diffusa est, pretiosum illud corpus Christiano more ecclesiasticæ sepulturæ tradiderunt Locus autem sepulcri paucis cognitus esse dicitur, idque ea factum esse ratione, ne infidelium furore atque impetu tam sanctum, tam præclarum, tamque insigne monile Ecclesia perderet. Longum nimis esset referre beneficia quæ benignus Dominus visitantibus illam sacram ædem sua bonitate largitur ; nam cæci vident, surdi audiunt, muti loquuntur, claudi ambulant, leprosi mundantur, et omnium morborum genera hujus sancti viri meritis et intercessione curari dicuntur.

Quanto igitur in honore habendam, quantis efferendam laudibus, quibus extollendam præconiis hanc nostram Christianam doctrinam arbitramur ! Quis de ipsius veritate, dignitate atque excellentia dubitavit, quæ cum summum Deum habuit auctorem, Unigenitum vero ipsius Filium mediatorem sanctis ac justis repleta sit documentis, et mortales ab erroribus trahat ad veritatem, eos demum consortes, regni cælestis participes faciat ? quis eam non amplectetur, ac sibi veluti ornatissimam quamdam sponsam indissolubili vinculo non copulabit ? Ipsum vero salutiferum corporis et sanguinis Domini sacramentum omnem supereminens naturalem potentiam quis non admirabitur, non venerabitur ac maxima cordis puritate suscipiendum non judicabit ? Quod divina potentia per sacerdotis confici ministerium sacrosancta tradit Ecclesia : in quo Dei Filius Dominus noster Jesus Christus se talem nobis manducandum præbet, qualem ex Virgine natum et confitemur et credimus, quod quisquis digne suscipiat, beatorum societati numerabitur ; qui vero indigne, æterno supplicio deputabitur. Deum itaque pium et misericordem orandum arbitror et sanctis operibus placandum, ut corda nostra suæ gratiæ splendore illuminet, actusque nostros in semita mandatorum suorum sic dirigat ac disponat, ut cum nobis e vita hac fragili migrandum fuerit, ita digne istud admirabile sacramentum suscipiamus, ut sanctissimo illi beatorum spirituum cœtui, ipso nos ad tam suaves epulas invitante aggregari mereamur.

[20] Psal. LXXI, 18.

ANNO DOMINI MXLIII

ALEXII PATRIARCHÆ CP.

CONSTITUTIONES SYNODALES

Vide hujusce Patrologiæ Gaæcæ tom. CXIX, in collectione sententiarum synodalium patriarcharum CP., col. 743 et 1009

ANNO DOMINI ML.

DEMETRII SYNCELLI

CYZICENI METROPOLITÆ

RESPONSIONES DE NUPTIIS PROHIBITIS

Vide Patrologiæ t. CXIX, col. 1098-1115

llum de hæresi Jacobitarum, seu de rebus Armeniæ, quem nonnulli Demetrio adjudicant, jam supra dedimus in Philippo Solitario. Vide t. CXXVII.

ANNO DOMINI ML.

SYMEON JUNIOR.

NOTITIA.

(Leo Allatius De Symeonum scriptis, p. 151.)

lius a Metaphraste est Symeon præfectus A asterii Sancti Mamantis in Xerocerco. Quid- illos confundant Josephus Methonensis et serus, ut supra indicavi. Cætera prætereo, pus, quo vixerit præfectus Sancti Mamantis, um examino. Sive enim floruerit anno ab orbe lito 6200, ut vertit Pontanus in ipsius Sy- nis orat. 13: *Diabolum esse nostrum hostem is jam plus sexies mille ducentis*, qui fuerit ræ salutis 692, sive anno 6600, Christi 1092, abent omnes codices Græci manuscripti in ɔm Oratione expresse: Αὐτὸς δὲ ἑξακισχιλίοις ξακοσίοις, καὶ ἐπέκεινα τούτων ἔτεσι διαμείνας πολέμιος τῶν ἀνθρώπων ἄδηλος καὶ κρύφιος· *ies mille sexcentis, et amplius annis semper per- ns hostis hominum ignotus atque occultus.* A eonis Metaphraste ætate abest quam longis- ɔ, qui circa tempora Leonis Basilii filii ætatem ɔat circa annum Domini 886. Et inania plane quæ afferuntur, Symeonem hunc ipsis Ico- ıachorum temporibus, vel certe post ipsa vi- e, sub Leone Isaurico et Copronymo: vel e sub Leone Armeno, Michaele Balbo, et Theo- o, qui omnes cum imaginibus bella gessere. ıiæ præterea sunt, quæ ad Symeonis proban- ı ætatem, ex Menologiis Græcorum die 20 . referunt, Gregorium Decapolitanum multa ab Iconoclastis perpessum venisse Constantino- polim: Καὶ Συμεῶνα τὸν ὁμολογητὴν καὶ θεοφόρον ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων εὑρεθ, ἐγκεκλεισμέ- νον· *Et Symeonem confessorem reperisse inclusum in carcere propter sacras imagines.* Nihilque vetare Symeonem istum a Gregorio aditum esse eum ipsum, quem quærimus, cum ipse in exsilium se projectum esse duobus locis testetur; uno in Orationibus, altero in Commentationibus, tametsi causam taceat. De martyrio quoque Stephani Junioris loqui tanquam de re plane suo ævo re- centi; licet enim qui sub Justitiano Rhinotmeto vivebat anno Domini 692, potuerit adhuc in vivis esse cum Leo Isaurus imperium occupavit, annos B post Rhinotmetum viginti quinque; et si diutur- niorem quoque vitam duxisset, Copronymum ipsum attingere annos post eumdem Rhinotmetum qua- draginta novem, certe sub Leone Armeno et Balbo, et Theophilo ipse ætatem protraxisse, nisi insanire velimus, non potuit annos post Rhi- notmetum 137 et Stephani Junioris ob defensionem sacrarum imaginum interfecti meminisse.

Quare exploso primo hoc numero ad illum quem codices Græci repræsentant, apertissime recurrendum est. Hunc nempe Symeonem anno mundi 6600, Christi 1052, infra etiam nonnullos alios, ne temere illud ἐπέκεινα projectum esse

asseramus, vixisse, Metaphraste recentiorem annos minimum 200 sub Alexio Comneno, qui post Nicephorum Botoniatem imperium occupaverat ante Joannem et Manuelem Comnenos. Verum si in hoc negotio aliquis conjecturæ locus dandus est, dixerim, hunc scriptorem his, quos ipse recenset, annis antiquiorem fuisse; numerum vero integrum usurpasse, quem postea adverbio illo ἐπέκεινα moderatus est, quod non tantum annos sequentes, sed præeuntes etiam sexcentis illis innuere valet: cum ex vi suæ significationis tam anteriores, quam subsequentes indicet, sensumque illorum verborum esse, diabolum clam semper et subdole adversatum esse hominibus ab orbe ipso condito ad annum fere sex millesimum sexcentesimum imminentem. Hinc ipse illius ætatem statuo an. 1051, vel circiter sub Isaacio Comneno et Ducis.

Illud mihi adhuc probandum maximo argumento sit Nicetas Stethatus, qui eum Michaele Cerulario patriarcha Constantinopolitano, imperante Constantino Monomacho, multis est in Latinos invectus. Ideoque volumen illius exustum anno 1054, in hujus Simeonis de divinis laudibus librum præfatur, refertque se illius discipulum fuisse: Ταῦτα καὶ ἡμεῖς ὡς αὐτῷ μαθητευθέντες, καὶ τὸ ὕψος, καὶ βάθος, καὶ πλάτος τῆς αὐτοῦ σοφίας εἰδότες διὰ τῶν εἰρημένων καὶ τοῦ παρόντος λόγου τῶν πάντη χονδρῶν καὶ ἀμύστων διαστέλλομεν, καὶ ἀνέκφορα τούτοις εἶναι βουλόμεθα. *Hæc nos tanquam ab eo edocti, et sublimitatem et profunditatem et latitudinem illis sapientiæ cognoscentes per hæc dicta, et præsentem sermonem ab idiotis omnino, et penitus harum rerum ignaris separamus, et occulta esse illius volumus.* Et infra: Ἐπεὶ δὲ πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἀνήχθη ἡ θεία τῷ ὄντι καὶ καθαρωτάτη ψυχὴ τοῦ καθηγεμόνος ἡμῶν, καὶ τοιούτων ἐμφάσεων ἠξιώθη. *Quandoquidem vero ad tantam sublimitatem vere divina et purissima anima præceptoris nostri evecta est, et similium illuminationum digna effecta.* Et, Ταῦτα τοίνυν διὰ τοὺς φθόνῳ πρὸς τὰ καλὰ καὶ ἀπιστίᾳ καὶ ἀγνωσίᾳ κεκρατημένους ἡμῖν προετέθη τῶν ἐρωτικῶν καὶ θείων ὕμνων τοῦ διδασκάλου. *Hæc igitur propter eos, qui adversus bona invidentia, incredulitate et ignorationedetinentur, ex divinis amoribus ac laudibus præceptoris a nobis præposita sunt.* Sic discipulis de præceptoris scriptis. Quare certo, certius concludendum videtur hunc Symeonem, vel iisdem cum Niceta temporibus, vel paulo ante scripsisse: ne cogamur dicere discipulum ætate antiquiorem magistro, ut plane cogeremur, si anni sexcenti integris perfectisque, tum cum illa scriberet Symeon, fuissent. alias affirmandum esset, Nicetam ἐσχατόγερον fuisse, cum Præfationem illam dictaret. Nam illum 1054 ætate provecta fuisse et scripta illius, et auctoritas, et judicium, in quo ipse condemnatus est, plane probant. Si sexcentesimum addas, addentur A vitæ Nicetæ anni 38, tum cum adhuc vivens, florensque scriberet Symeon, cujus ulterioris vitæ annos ad obitum ipsum, si reliquis connumeres, Nicetam centenario majorem cum præfaretur, habebimus; quod nisi aliunde probetur, ipse non ita facile credidero.

Dictus est Theologus Junior, ut notant Gretserus et Possevinus, ut a Gregorio Nazianzeno distingueretur. Sic Stephanus Junior martyr sub Copronymo ad distinctionem protomartyris Stephani, Theodosius Junior, Valentinianus Junior, respectu ad ejusdem nominis antecessores. De sancto Mamante, et Xerocerco, quod in Xylocercum immutant, deque Hegumeno in *principem* ab hæreticis mala fide verso, vide eosdem. Mihi singula B et minutissima quæque examinare operæ pretium non videtur.

Hujus orationes triginta tres de fide et moribus tum Christianis tum monasticis. Librum item divinorum amorum, sive laudum sacrarum, necnon capita moralia ducenta duodetriginta quæ Græce Πρακτικὰ et Θεολογικὰ sunt inscripta, e Bavarica et Augustana bibliothecis simul collata Jacobus Pontanus ex Græcis Latina fecit, et Ingolstadii cum aliis auctoribus ab se e Græco in-Latinum conversis edi curavit apud Adamum Sertorium anno 1603, Jacobus Gretserus addidit Notas, in iisque præfatus est. Accessit cujusdam scholastici Dialogus de Deo ad eumdem Symeonem.

Ut tamen lectori satisfaciam, apponam hic suo C ordine quæ ipse in variis manuscriptis codicibus observavi; edita Latine ab ineditis notans, ut quæ fuerit hujus auctoris in scribendo facilitas, alii quoque, me præeunte, sine labore internoscant. Sit igitur.

I. Περὶ ἀγάπης, καὶ ποταί εἰσι τῶν πνευματικῶν ἀνδρῶν αἱ ὁδοὶ καὶ αἱ πράξεις· καὶ μακαρισμὸς πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν ἀγάπην ἐγκάρδιον. P. Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, θέλω πρὸς ὑμᾶς λαλεῖν τὰ συντείνοντα πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς.

II. Περὶ τοῦ φεύγειν τοὺς λοιμοὺς καὶ φθοροποιοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀποπέμπεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς ἀναστῆναι. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ δεῖν σκοπεῖν, εἰ τὰ τῶν D μακαρισμῶν τοῦ Χριστοῦ ἐν αὐτοῖς ἔχομεν· καὶ περὶ δακρύων, καὶ κατανύξεως. P. Πᾶς ὅστις εὑρεῖν βούλεται τὸν Θεὸν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. Inter editas per Pontanum num. 28.

III. Περὶ τοῦ, ὅτι χρὴ καλῶς ὑποτάσσεσθαι, καὶ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν συνθηκῶν, ὧν πρὸς Θεὸν συνεθέμεθα· καὶ ὅτι οὐ δεῖ γογγύζειν ἐπὶ ταῖς πανυχέσιν ἀγρυπνίαις τῶν ὄρθρων. P. Ἀναμνησθέντες τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, οὕτω λεγόντων· Μὴ κρίνετε.

IV. Περὶ μετανοίας καὶ κατανύξεως, καὶ ἐκ ποίων ταύτην ἔργων κτήσασθαι δυνατὸν, καὶ ὅτι ἄνευ δακρύων ἀδύνατον εἰς καθαρότητα καὶ ἀπάθειαν ἐλάσαι τινά. P. Ἐπειδήπερ, Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ, τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στουδιώ-

του τῶν Θεσσαλούστων. **Habetur inter editas Latine per Pontanum, numero 22.**

V. Περὶ μετανοίας, καὶ ὅτι οὐκ ἀρκεῖ ἡμῖν ἡ τῶν ἐνόντων μόνον διάδοσις, καὶ ἡ ἀπογύμνωσις τῶν ὑπαρχόντων εἰς κάθαρσιν ψυχῆς, ἐὰν μὴ καὶ τὸ πένθος κτησώμεθα. Καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἐξορίας, καὶ ὅτι, εἰ μετενόησε παραβὰς, οὐκ ἂν τοῦ παραδείσου ἐξέπεσεν· καὶ οἷον ἀγαθὸν εἰργάσατο αὐτοῦ ἡ μετὰ τὴν ἔκπτωσιν μετάνοια. Καὶ περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Κυρίου παρουσίας, καὶ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν κατακρίσεως. Καὶ πρὸς τῷ τέλει ἔλεγχος τῶν ἐν κακίᾳ καὶ ὑποκρίσει ζώντων. P. Καλὸν ἡ μετάνοια, καὶ ἡ ἐξ αὐτῆς γενομένη ὠφέλεια. **Habetur in editis num. 33.**

VI. Περὶ ἐργασίας πνευματικῆς, καὶ τίς ἦν ἡ ἐργασία τῶν παλαιῶν ἁγίων· καὶ πῶς ταύτην κατερθῶσαι δυνάμεθα, ἵνα καὶ μέτοχοι ὥσπερ ἐκεῖνοι τοῦ παναγίου γενώμεθα Πνεύματος. P. Ἐπειδὴ περ μεγάλα τινὲς οἰόμενοι περὶ ἑαυτῶν ὡς οὐκ ὤφελον. **In editis est, num. 8.**

VII. Περὶ προσπαθείας τῆς εἰς τοὺς συγγενεῖς, καὶ τίς ἡ ἀπάτη αὐτῆς· καὶ εἰς οἷον βόθρον καὶ δεσμὸν κατάγει τοὺς κρατουμένους ὑπ' αὐτῆς· καὶ περὶ ἀπογνώσεως, καὶ τῆς ἐν ταύτῃ διαφορᾶς· τί ἐστι τὸ, Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. P. Ὡς ὤφελόν γε ἂν σιωπᾷν ἠδυνήμην, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ κακὰ ἀποκλαίεσθαι.

VIII. Περὶ τελείας ἀγάπης, καὶ τίς ἡ ταύτης ἐνέργεια· καὶ ὅτι, ἐὰν μὴ διὰ σπουδῆς ἐντεῦθεν ἤδη τῆς τοῦ Πνεύματος μεθέξεως γενώμεθα μέτοχοι, οὐδὲ πιστοὶ καὶ Χριστιανοὶ δυνάμεθα εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ υἱοὶ καὶ τέκνα Θεοῦ χρηματίσομεν. P. Εἰ ὁ τὴν ἀρετὴν ὑποκρινόμενος πρὸς ἀπάτην πολλῶν.

IX. Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ τίς ἐστιν ὁ πεινῶντα τὸν Θεὸν τρέφων, καὶ διψῶντα ποτίζων, καὶ καθεξῆς, καὶ πῶς τοῦτό τινι κατορθωθήσεται· καὶ ὅτι, εἰ μή τις καὶ ἐν αὐτῷ ταῦτα πάντα ποιήσας καὶ θρέψει, καὶ ποτίσει Χριστὸν, οὐδὲν ὠφεληθήσεται ἐκ τοῦ ταῦτα μόνον ποιεῖν εἰς τοὺς πένητας, ἑαυτὸν δὲ ἄτροφον καὶ γυμνὸν παρορᾷν τῆς δικαιοσύνης τοῦ Χριστοῦ. P. Ἔδει μὲν μὴ τολμᾷν με πρὸς ὑμᾶς ὅλως φθέγγεσθαι.

X. Περὶ μετοχῆς Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἁγιωσύνης, καὶ τελείας ἀπαθείας· καὶ ὅτι ὁ ἀγαπῶν τὴν ἐξ ἀνθρώπων δόξαν οὐδὲν ἐκ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ὠφελεῖται, κἂν πάσας κατώρθωκεν. P. Οὐχ ὁρᾶτε πῶς οἱ τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ παριστάμενοι, αὐτοί τε δόξαν ἡγοῦνται.

XI. Ὅτι οὐ χρὴ τὸ τῆς νηστείας ὠφέλιμον ἐν τῇ πρώτῃ καὶ μόνῃ τῶν νηστειῶν ἑβδομάδι σπουδαίως τηρεῖν, καὶ ἀσπάζεσθαι· ἀλλὰ τὴν ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν σπουδὴν ἐν πᾶσι ταῖς ἑβδομάσι τῶν νηστειῶν ἀναγκαῖον τοῖς σπουδαίοις διατηρεῖν. P. Ἔδει μὲν ἡμᾶς τῇ παρελθούσῃ Κυριακῇ τὰ νῦν μέλλοντα ῥηθήσεσθαι.

XII. Περὶ ἐγκρατείας καὶ ὑπομονῆς εἰς τὴν ἐργασίαν τῶν ἀρετῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς νηστείας· καὶ περὶ σιωπῆς, καὶ ὅπως δεῖ ἐν πάσῃ τῇ νηστείᾳ διάγειν τοὺς ἀγωνιζομένους ἐν ἀληθείᾳ. P. Ἐγὼ μὲν καὶ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι ἐκ πλημμελοῦς καὶ ῥᾳθύμου προαιρέσεώς τε καὶ διαθέσως.

XIII. Περὶ τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, καὶ ὁποιά τίς ἐστιν, ἢ πῶς ἐν ἡμῖν γίνεται ἡ ἀνάστασις τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν αὐτῇ ἡ ἀνάστασις τῆς ψυχῆς· καὶ τί τὸ μυστήριον ταύτης τῆς ἀναστάσεως. P. Ἤδη τὸ Πάσχα ἡ χαρμόσυνος ἡμέρα, ἡ πάσης εὐφροσύνης καὶ θυμηδίας.

XIV. Περὶ μετανοίας καὶ ἀρχῆς βίου μοναδικοῦ, καὶ πῶς τις ὁδῷ καὶ τάξει προσκίνων εἰς ἀρετὴν ἐν τῇ τῶν ἐντολῶν ἐργασίᾳ εἰς τελειότητα ἔρχεται. P. Ἄνθρωπος ὁ πάντων καταφρονήσας τῶν ὁρωμένων καὶ αὐτῆς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. **Inter editas num. 26.**

XV. Περὶ ἐμπαθοῦς καὶ ἀπίστου καὶ πονηρᾶς διαθέσεως· καὶ τίς ἡ ἕνωσις τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτός· καὶ τίνα τρόπον ἐν αὐτοῖς αὐτὴ γίνεται· καὶ πρὸς τὸ τέλος καταδρομὴ τῶν ἀναξίως κατατολμώντων τῆς ἀρχιερωσύνης. P. Ἀεὶ μὲν ἀλλήλοις ἀντίκεινται τῷ φωτὶ τὸ σκότος, τῇ πίστει ἡ ἀπιστία. **Est in editis num. 27.**

XVI. Περὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τίς ἡ θεωρία τῶν μυστηρίων αὐτοῦ, καὶ ὅπως τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ ἀποκαλύπτονται· καὶ διήγησις ἐκ προοιμίων ἐπωφελὴς περί τινος ὑποτακτικοῦ λαβόντος Πνεῦμα ἅγιον ταῖς εὐχαῖς τοῦ πνευματικοῦ αὐτοῦ Πατρός. P. Νεώτερός τις διηγήσατό μοι λέγων, ὅτι ὑποτακτικὸς τυχχάνων Πατρὸς τιμίου.

Cum turbæ non quiescerent Symeon in judicium icatus, et in sententia persistens condemnatur in rcerem, non propter fidem et ob defensas imanes, quas tum nullus oppugnabat, et ardentem us zelum, quo effervescens solutos imperatoris ores licentiamque liberius accusarit quod sane nquam ipse, cum carceris meminerit, tacuisset od ad gloriam ipsius et universæ Ecclesiæ vertetur. Theodorus Studita sua exilia, supplicia, rceresque commemorans, causam ob quam simi- subiit, non reticuit: ne quid dicam de Athasio, Chrysostomo, Joanne Vecco et aliis. Fater carceres, causam tacet in tanto scriptorum mero, non laudabilis causa est. Suspectus ipse scelere est. Quem finem carceres habuerint, hi non liquet; subsequentium nihilominus scrpum silentium indicio est, illius opiniones conmnatas, in obscuro ac latebris neglectas jaisse. Sed novo nova semper audentium fastu e iebris erutæ, inter Montis Athi monachos auctoatem obtinuerunt, donec Barlaamus, ut narrat ntacuzenus, Histor. lib II, e Calabria Monachus, ito vir ingenio et perspicaci, et lingua disertus, extera philosophorum, nostraque sanctorum trum doctrina imbutus, Thessalonicam adveins, et multa in religionis negotio adversus La- A tinos edens, ab imperatore et magno Domestico ampliter accipitur, carus illis ac intimus. Hic ad quemdam ex iis, qui Hesychastæ dicuntur, profectus modum vitæ solitariæ, ac præcepta obedientiæ audivit: tum quo pacto proficiscentes solitarii paulatim et tranquille precationibus intenti, exsultatione animi, et divina quadam inexplicabilique voluptate perfundantur, et oculis corporeis lumen se circumfulgens aspiciant. Id audiens Barlaamus statim solitarios insectari; impostores, Massalianos, Omphalopsychos, germanorum Ecclesiæ dogmatum corruptores, et similibus aliis notis nuncupare, eorumque consuetudinem, tanquam qui seducerent et seducerentur, fugiendum esse publice disseminare: animas enim sibi ob pictatem, quam B præ se ferebant concreditas, maxima religionis clade, perdebant. His commoti Thessalonicenses solitarii, intermissis amicis rogabant ut talia loqui adversus Hesychastas desisteret; nec unius male sani instructione projecte sanctam quietem invaderet, et maledictis proscinderet. Hoc lumine multos persecutionis temporibus; sanctum quoque Antonium contra dæmones in acie stantem, convestitos fuisse: posse fieri in oculis corporeis quispiam divinum et increatum Lumen contempletur. In monte Thabore homines et adhuc imperfecti, circumfulgens ipsos, ac increatum Lumen videre potuerunt: non esse mirum, si nunc sancti superne a Deo collustrati dicantur hoc Lumen cernere. Dictis Barlaamus se continere non potuit, C sed exclamavit: Si Lumen illud neque res condita, neque Dei natura est, Deum enim nemo vidit unquam, vos duobus diis servitis, uni quidem omnium fabricatori, quem et inaspectabilem omnes confitentur, alteri sub aspectum cadenti, et increato Lumini. Nihil se a divina essentia diversum, ac discrepans increatum arbitrari, quare ipsis διθεΐαν, *duorum deorum cultum* crimini dabat. Sic Byzantium navigans, fisusque suæ causæ, synodum congregari instat: Monachi Thessalonicenses ad judicium accersuntur: et cum imperator lites componere niteretur, et altercationibus modum fieri D hortaretur, Barlaamo haud quiescente, synodo negotium committitur. Præsidentibus itaque imperatore et patriarcha necnon reliquis episcopis, proceribus et senatoribus assidentibus in templo divinæ Sapientiæ synodus cogitur. Barlaamo veluti actori primus dicendi locus datus est, qui libellum de iis rebus Patribus porrigit, ad rem propositam verba adjecit, tandem monachos criminatus est, quod neque precationem quam se celebrare diceret, absque defectu et convenienter proferrent; sed egentem additamento, idque ipse adjiciebat, ut quod deesset, suppleret. Pro monachis respondit Palamas, et sanctorum, et theologiæ peritorum hominum effatis contrarium astruebat. Docebatque lumen in Thabor, quo discipuli illustrati sunt, esse gloriam Dei principio carentem et majestatem ejus, et lumen Divinitatis et Deitatem, et naturale æter-

numque Dei lumen, et quæcumque alia a theologis de illo dicuntur ; deinceps concludebat æternum et naturale Dei non esse conditum, nec ejus gloriam et majestatem, nec quidquid illud lumen a theologis esse prædicatur ; tum Tomum a monachis in Atho habitantibus compositum promens, se cum sanctis consentire, dicta vero Barlaami perversa dogmata esse monstrabat. Cum post longam disputationem victoria ad Gregorium et monachos inclinaret, Barlaamus videns, non effugiturum se, quin maledicentiam suam et scurrilitatem lueret, ad magnum domesticum accedit ab eo flagitans auxilium et consilium, quo imminentem pœnam evaderet. Magnus domesticus officia sua promisit, hortaturque ne exspectaret atrum calculum, sed potius priorem ipse inscitiam, et agnitam veritatem palam fateretur, assentiretur cum sanctis, et inimicitias cum monachis poneret, sic innocuus vitam ageret, monachis amicus, qui non conviciis in se effusis, sed perversitati doctrinæ ecclesiasticæ resisterent. Affirmabat Barlaamus optimum sibi id videri consilium : timere tamen, ne post confessionem aliqua multaretur ignominia, cum probatis et receptis dogmatibus se opposuerit ; proinde si talia passurus esset, melius silentio tulisse judicium, ut et in posterum sibi factam injuriam et judicium possit revocare. Cum magnus domesticus moneret, ne quid ejusmodi se præsente metueret, ille medius stans præteritam ignorantiam confitetur, ob stulte dicta veniam petit, se, cum alios errare opinaretur, ad eorum errorem emendandum diligentiam adhibuisse : nunc nihil ab iis dissidere, et in Thabore lumen gloriam Dei principii expertem, et æternum esse lumen credere se, atque confiteri. Nunc Gregorius cum cœtu suo Barlaamum complexi veniam præteritis dederunt, Deoque pacis et concordiæ gratias egerunt. Et hac ratione synodus dimissa est. Barlaamus non diu post, imperatore defuncto, denuo litem novit, et judicium valde claudicasse clamitans in Italiam aufugit. Gregorius postea cognomento Acyndynus, Barlaami longo temporis spatio discipulus, eadem conatus, in plena synodo in eodem templo coacta ab omnibus condemnatur, et contra Barlaamum ejusque sectatores, ut hæreticos nisi resipiscerent, lata est sententia, et ab orthodoxorum communione uterque segregatus, et si quis alius de cætero talia auderet et Palamæ, aliisque, quasi male de religione sentientibus crimen inferret, et Tomum pro veteri synodorum more compositum cui subscripserat Joannes patriarcha et tum præsentes episcopi, alii postea multi prioribus assensi subscripserunt, Palamæ et consortibus ejus, quo se defenderent, tradiderunt. Et hæc quidem Cantacuzenus prolixius, quæ magis succincte repetit in Proœmio quod præponit suis contradictionibus adversus Hieromonachum Prochorum Cydonium, Demetrii fratrem, de lumine Thaborio.

Gregoras, lib. II. refert in ea synodo nihil actum esse de dogmate ob præsentiam imperitæ multitudinis, tum ne theologiæ mysteria profanis vulgi auribus ingererentur, tum ne Palamas contra disputante Barlaamo blasphemiæ doctrinæ convinceretur : et Barlaamum condemnatum non quod non sentiret ea quæ Palamas, sed ex aliis ipsius scriptis malevolentiæ et pertinaciæ, et in primis gloriæ cupiditatis, convictus. Audiatur : Τοῦτο δὲ καὶ ἵνα μὴ δίκας ἀτόπου γλώττης καὶ γνώμης διδόντος τοῦ Βαρλαὰμ, δίκας βλασφήμου τε καὶ ἀκαίρου θεολογίας ὄφλων φανῇ καὶ ὁ Παλαμᾶς, κἀντεῦθεν ἀντὶ τῆς ἀρμοττούσης τοῖς πράγμασιν εἰρήνης καὶ εὐταξίας, θόρυβος γένηται καὶ ἀτέκμαρτος σύγχυσις · ὅθεν τὰ τῆς εὐχῆς εἰς μέσον ἐτίθετο · τὰ δὲ τῆς τῶν Μασσαλιανῶν αἱρέσεως ἐπὶ τούτοις ἐγκλήματα, ὅσα κατὰ τοῦ Παλαμᾶ προὐτείνετο, ὑπέρθεσιν εἰς βραχείας ἔσχον ἡμέρας · καὶ εἰ μὴ ὁ τοῦ βασιλέως ἔπετο κατόπιν αἰφνίδιος θάνατος, ταχὺ τὸ πέρας ἐλάμβανον ἂν αἱ αὐτοῦ σφοδραὶ κατὰ τῆς αἱρέσεως τῆς Παλαμικῆς ἐπαγγελίαι. Λέγο δὴ τὴν ἐκτομὴν αὐτῆς, μελλούσης ἔτι φύεσθαι. Καὶ ἵνα τὰν μέσῳ συντέμω, μὴ συγχορηθεὶς ὁ Βαρλαὰμ ἀποδεῖξαι τὰ προτεινόμενά οἱ τῶν θεολογικῶν ἐγκλημάτων, δι' ἅσπερ ἔφθημεν εἰρηκότες αἰτίας, ἐξ ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων ἡττήθη, καὶ ἀπηλέγχθη κακογνωμοσύνῃ καὶ αὐθαδίᾳ σύνοικος ὤν, καὶ δόξης ὀημώδους ἐς τὰ μάλιστα ἐραστής· *Tum ne cum Barlaamus ineptæ loquacitatis et mentis pœnas lueret, Palamas blasphemæ et importunæ theologiæ reus esse videretur : atque inde loco pacis, quam res flagitabant atque boni ordinis, tumultus et ingens confusio oriretur. Primum itaque crimina precationis proponebantur. Quæ vero ad Massulianam hæresim, et quæ alia contra Palamam afferebantur, pertinebant, in paucos dies dilata sunt ; et nisi mox imperatori mors consecuta fuisset, celeriter vehementes in Palamicam hæresim velitationes absolutæ essent : hoc est, ea quæ futurum erat ut augeretur, exstirpata tum fuisset. Et ut ea quæ intercesserunt, omittam, cum Barlaamo non concederetur, quas ob causas diximus, theologica crimina demonstrare, ex aliis ejus scriptis compertus est, et malevolentiæ et pertinaciæ, et in primis popularis gloriæ cupiditate damnatus* Causa ergo Barlaami fuit maledicentia, et procax in monachos aggressio; Palamæ, blasphema et importuna theologia Vera porro narrare nobis Gregoram habeo ex Tomo Joannis patriarchæ, qui synodo interfuit agente de alio Tomo, quem nos Græce et Latine edidimus, *De consensione Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis.* lib. II, cap. 17 : Ἔστι μὲν ἀπὸ τοῦ Τόμου καταφανὲς, τῷ μὴ πρὸς ἀπέχθειαν κρίνειν ἐθέλοντι, ὡς ἐπὶ μόνοις τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις ἐγένετο ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀπόφασις, τῷ περὶ τοῦ ἐν τῷ Θαβωρίῳ λέγω θείου φωτὸς, καὶ τῷ περὶ τῆς εὐχῆς, ὡς ὀηλώσομεν προϊόντες · καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις κατεδικάσθη, καὶ ἀπεπέμφθη ὁ Βαρλαὰμ, καὶ τὸ ἐν τῷ Τόμῳ τεθὲν τοῦ ἐπιτιμίου Βάρος ἐπὶ δεφενδεύσει τῶν δύο ταύτων ἕνεκα μόνων κεφαλαίων ἐτέθη. *Palam est ex ipso Tomo, nisi quis ex invidia atque*

) res dijudicare velit, de duobus tantum capi-
s judicium factum esse et determinationem, de
no lumine in monte Thaborio, et de oratione,
nfra exponemus : et pro duobus hisce capitibus
demnatum ejectumque Barlaamum, pœnasque
Tomo appositas, ad defensionem monachorum,
æc duo solummodo capita indictas esse. Εἰ, Καὶ
έτη ὁ Τόμος ἀρχὴν καὶ τέλος οὐδὲν ἄλλο ποιούμενος,
ἢ μόνον τὰ ἐν αὐτῷ διαλαμβανόμενα δύο κεφάλαια,
θείου λέγω φωτὸς τῆς Μεταμορφώσεως, καὶ τῆς
ῆς · ὑπὲρ ὧν δὲ κεφαλαίων ὅλα τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων
ησαν. *Quare editus est Tomus, nullum aliud*
ue principium, neque finem habens, nisi
tum duo illa, quæ in eo continentur capita,
ini, inquam, Transfigurationis Luminis, et
ıtionis, de quibus capitibus et dicta Patrum
osita sunt. Εἰ, Εἴρηται ἡμῖν τοίνυν διὰ βραχέων
ὅλον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει τῆς ἀληθείας, ὅτι τε
μόνοις τοῖς διαληφθεῖσι δύο κεφαλαίοις, καὶ ἐπ'
νὶ ἑτέρῳ τὸ πέρας ἡ ἐξέτασις εἴληφεν ἡ συνοδική.
viter ergo nos exposuimus summam in hac
itatis causa de duobus solummodo capitibus,
de ullo alio synodale examen finitum.

Stant itaque crimina monachis opposita a Bar-
no, et dum ita vident lumen divinum, tenent-
quæ Palamas asserit, manifeste convincuntur
e Massaliani et Ompsolophychi, et rectorum
lesiæ dogmatum corruptores. Verumtamen si-
ium errorum, ac hæresum fons et origo fuit iste
neon, ex quo sua primum parum cauti hause-
t; postea metu infamiæ defendere totis viribus,
verbo et scripto nisi sunt. Namque orat. 3, de
tione, sive attentione, modum orandis suis, ut
ien Dei videant, eoque illustrentur, ita præscri-
: Πρὸ πάντων δὲ τρία πράγματα δεῖ σεαυτῷ πε-
ισήσασθαι, καὶ οὕτω τοῦ ζητουμένου ἀπάρχεσθαι,
ριμνίαν ἀλόγων καὶ εὐλόγων πραγμάτων, τουτ-
: τὴν ἐκ πάντων θνῆσιν συνείδησις καθαρὰν
άντειν ἑαυτῷ ἀκατάγνωστον τῇ ἰδίᾳ συνειδήσει,
ἀπροσπάθειαν, ἐν μηδενὶ ἐπιῤῥεπῶς ἔχων τοῦ
νος τούτου, οὔτε αὐτοῦ τοῦ σώματος. Εἶτα καθί-
ἐν κελλίῳ ἡσύχῳ καὶ ἐν μιᾷ κατὰ μόνας γωνίᾳ,
σελαι ποιῆσαι ὃ λέγω σοι. Κλεῖσον τὴν θύραν,
ἔπαρον τὸν νοῦν σου ἀπὸ παντὸς ματαίου, ἤγουν
σκαίρου. Εἶτα ἐρείσας τῷ στήθει σὺν πώγωνα,
ὺν τὸν αἰσθητὸν ἀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ τῷ νοῒ ἐν
ῇ κοιλίᾳ, ἤγουν ἐν τῷ ὀμφαλῷ. Ἄγξον οὖν καὶ
τῆς ῥινὸς τοῦ πνεύματος ὀλκὴν, τοῦ μὴ ἀδεῶς
πνεῖν, καὶ ἐρεύνησον νοητῶς ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκά-
; εὑρεῖν τὸν τόπον τῆς καρδίας, ἔνθα ἐμφιλοχω-
πεφύκασι πᾶσαι αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις. Καὶ πρῶ-
μὲν σκότος εὑρήσεις, καὶ πάχος ἀνένδοτον· ἐπι-
οντος δὲ σου, καὶ τούτου τοῦ ἔργου νυκτὸς καὶ ἡ-
ας ποιουμένου · εὑρήσεις, ὦ τοῦ θαύματος ! ἄλη-
ν εὐφροσύνην. Ἅμα γὰρ εὗροι ὁ νοῦς τὸν τόπον
καρδίας, βλέπει παρευθὺς ἃ οὐδέποτε ἠπίστατο ·
πει γὰρ τὸν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα, καὶ ἐκ-
φωτεινὸν ὅλον, καὶ διακρίσεως ἔμπλεων · καὶ
οτε ὅθεν ἀνακύψει λογισμὸς πρὸ τοῦ ἀπαρτισθῆναι

A ἢ εἰδωλοποιηθῆναι τῇ ἐπικλήσει Ἰησοῦ Χριστου, ἐκ-
διώκει τοῦτον καὶ ἀφανίζει. Ἐντεῦθεν ὁ νοῦς ανησικακῶν
δαίμοσιν ἐγείρει τὴν κατὰ φύσιν ὀργὴν, καὶ διώκων
βάλλει τοὺς νοητοὺς πολεμίους. Τἄλλα δὲ μαθήσει σὺν
Θεῷ ἐν τηρήσει νοὸς τὸν Ἰησοῦν ἐν καρδίᾳ κατέχων.
Καθέζου γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ κελλίῳ σου, καὶ ταῦτα πάντα
σὲ διδάξει. *Ante omnia, tria inquirenda tibi sunt,*
tum aggrediendum quod optas ; omnimodus rerum
tum rationabilium, tum irrationabilium neglectus;
hoc est, in omnibus mortificatio, conscientiæ puræ
conservatio quæ a propria conscientia damnari
non possit, et affectuum vacuitas, quæ ad nullam
hujusce sæculi rem, neque ipsius corporis inclina-
verit. Tum sedens in cella quieta, solusque in uno
B *angulo, attende ut facias quod tibi dico. Clauso*
ostio eleva mentem tuam ab omni vanitate, tempo-
raria nempe re, tum figens pectori tuo mentum, mo-
vensque sensibilem oculum cum mente in medio
ventris, umbilico nempe ; suffoca et naris spiritus
attractionem, ne libere efflet, et perquire cum intel-
lectu in visceribus invenire locum cordis, ubi omnes
animæ facultates immorari solent ; et primum qui-
dem tenebras offendes, et crassitiem haud ita facile
cedentem. Verum ubi perseveraveris, et hoc opus
diu noctuque continuaveris, invenies rem miram.
Nunquam finientem consolationem : statim enim at-
que mens invenerit locum animæ, illico videt quæ
nunquam cognovit. Videt enim circa cor aerem, et
C *semetipsum totum luminosum, et plenum discretio-*
nis, ex eoque tempore cum emerserit cogitatio,
antequam robur accipiat aut figuram, invocatione
Jesu Christi fugabitur et evanescet. Hinc intellectus
indignatus dæmonibus, iracundiam, quæ secun-
dum naturam est, excitat ; et persequens fugat intel-
lectuales adversarios. Cætera disces cum Deo, con-
servatione mentis Christum in corde retinens. Sede
enim ait in cella tua, et hæc docebit te omnia. Vides
Ompholopsychorum originem, et dogma Massalia-
norum, hoc auctore inter istos Hesychastos concep-
tum et propagatum ? Imo omnes hæreses postea a
Palama, aliisque, non ab alio, quam hoc fonte enatæ
in Ecclesia Græcorum disseminatæ sunt. Nipho
Hieromonachus, sive Demetrius Cydonius, de
hæresibus Palamæ : Ἵνα δ' ὡς ἐν κεφαλαίῳ τὰ τοῦ
D Παλαμᾶ διεξέλθωμεν δόγματα, ἄνωθεν ἀρξάμενοι δείξομεν
συντόμως ὅτι τὴν μὲν ὅλην τῆς αἱρέσεως οὐχ ὑπε-
νόησε πρῶτος Παλαμᾶς, ἀλλὰ πρὸ πολλῶν χρόνων
παρὰ τοῖς λεγομένοις Ἡσυχασταῖς ὡς ἐν μυστερίῳ
τὰ τῆς αἱρέσεως ταύτης ὑπεψιθυρίζετο · καὶ δῆλον ἐξ
ὧν Συμεών τις τῆς Ξυλοκέρκου μονῆς ἐπιλεγομένης
ἡγούμενος, ὃν καὶ Θεολόγον Νέον ἐπέγραψαν οἱ τῶν
τοιούτων μύσται καὶ μυσταγωγοὶ, ἐν ἄλλοις μὲν
αὐτοῦ συγγράμμασι πολλὰ βέβηλα καὶ βλάσφημα
συνεγράψατο · ἰδίᾳ δὲ ἐν τῷ περὶ νήψεως καὶ προσοχῆς
τοιαῦτα διέξεισιν. Κάθισαι ἐν μιᾷ γωνίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς ·
Ut vero summatim Palamæ dogmata percurra-
mus, a superioribus temporibus initium sumentes
ostendemus argumenta propriæ hæresis non pri-
mum excogitasse Palamam, sed multos ante an-

nos apud eos, qui Hesychastæ dicebantur, veluti in arcanis hæresis insusurrabatur. Quod palam si' ex his quæ Symeon quidam monasterio Xerocerci præfectus, quem et theologum juniorem similium mystæ et mystagogi inscripserunt, in aliis scriptis, suis multa blasphema profanaque tradidit, sed potissimum in opere De sobrietate et attentione hæc habet : « *Sede in uno angulo,* » etc. Hinc Symeon iste singulis paginis sæpius et ad nauseam inculcat illuminationes divinas, lumen divinum, uniones divinas, uniones essentiales cum Deo, et sexcenta alia similia. Sed quis illa æquo animo ferat, ut reliqua silentio involvam, quæ habentur orat. 27 : Ὦ τοῦ θαύματος! ὅτι ἄνθρωπος ἑνοῦται πνευματικῶς καὶ σωματικῶς, εἴπερ οὐ χωρίζεται τοῦ νοῦ ἡ ψυχὴ, οὐδὲ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῇ οὐσιωδῶς ἑνώσει γίνεται τρισυπόστατος κατὰ χάριν καὶ ὁ ἄνθρωπος εἷς θέσει Θεὸς, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ οὕπερ μετείληφε θείου Πνεύματος, καὶ πληροῦται τηνικαῦτα τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου Δαυίδ, Ἐγὼ εἶπα Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· κατ' εἰκόνα δηλαδὴ, καὶ καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Ὑψίστου, γεννήματα θεῖα ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος· ***O mira res! homo Deo spiritualiter, corporaliterque unitur : siquidem anima non a mente, nec ab anima corpus sejungitur, et unione essentiali etiam homo per gratiam sit trium hyposiaseon unus per adoptionem Deus, ex corpore videlicet et anima, et, cujus factus est particeps, divino Spiritu constans, impleturque tum illud Davidis Prophetæ : « Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes*** ; » ***filii Excelsi secundum imaginem videlicet similitudinemque Altissimi divina progenies ex divino Spiritu.*** Hinc concludendum censeo caute scripta ejusmodi versanda esse, ne veneno, quod sub illis latet nocentissimo hausto, sub specie pietatis cultusque divini, in pessimas hæreses, et quæ difficulter ex animo avelli possunt, lectores prolabantur, quod temporibus Palamæ, maximo religionis suæ detrimento universa Græcorum Ecclesia experta est, non tantum quod similes hæreses inter eos potissimum, qui aliorum ductores erant ad pietatem, pedem fixerant, sed quo in partes ac factiones distracta in inanibus contentionibus, et plane nullis astu plusquam diabolico studia sua omnia conferens, veram et a Patribus acceptam de rebus divinis doctrinam perdiderat. Et mirum sane est inter tot dissidia, et mentium obstinatas agitationes, ita Symeonis hujus famæ provisum fuisse, ut videantur suæ sententiæ auctorem ignorasse, quem nunquam de nomine fere norunt. Et cum illius mentio necessario inculcanda est, tacito nomine, titulis aliis virum indicasse, καθάπερ τίς τῶν μεγάλων, *ut quidam ex viris magnis*, de eo sermonem habens dicit Palama in 2 orat. quas ipse inscripsit Πατέρες, *Patres*. Epistola ad Menam, οἱ μεμυημένοι *initiati*. alibi Θεολόγοι, *Theologi* Cantacuzenus, et similia Factum autem id existimo, ne nomine viri indicato, quibus intererat, homines libros illius conquirerent et examinarent, et cum non omnia, uti par erat, nuntiata ad normam veræ doctrinæ dictata reperirent, criminarentur, coacta etiam synodo, ut sueverat, condemnarent, qua postea condemnatione ipsi quoque in crimen adducerentur, tanquam qui alias per synodum condemnata tenerent ac defenderent.

JACOBI PONTANI PRÆFATIO

[Opp. Symeonis Junioris, Ingoldstad. 1603.]

Titulus orationum est iste : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Νέου Θεολόγου, **sive, ut habet inscriptio libro divinorum hymnorum præfixa,** Τοῦ νέου ἐν θεολόγοις πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μάμαντος τῆς Ξυλοκέρκου, ***Sancti Patris nostris Symeonis*** (vulgo Simeonis per ιωτα, non per ὑψιλόν) ***Junioris Theologi***, **sic appellatus videtur, ut secerneretur a Gregorio Nazianzeno, qui Theologi nomen apud Græcos obtinuit : quod quia et Simeoni nostro datum est, ideo vox** τῆς νέου **usitato Græcorum more adjicitur, ne quis, audito sine ulla adjectione Theologi nomine, Gregorium Nazianzenum animo conciperet; sic Stephanus** ὁ νέος, ***Junior***, **martyr sub Coepronymo, ad distinctionem protomartyris Stephani; sic Theodosius** ὁ νέος, **Valentinianus** ὁ νέος, **respectu ad ejusdem nominis antecessores : *Presbyteri et præpositi monasterii sancti et magni martyris Mamantis in Xylocerco.*** De sancto Mamante martyre agunt Latina Martyrologia 17 die Augusti, Græcorum Menologia 2 Septembris. Celeberrimus fuit apud Græcos, ut liquet cum aliunde, tum ex oratione qua martyrem hunc sanctus Basilius exornavit. De eodem non pauca sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. in Novam Dominicam. Meminit et Miscella historia aliquoties martyris Mamæ, in hunc enim modum inflectit auctor ille nomen hujus martyris. In cujus honorem templum et monasterium Constantinopoli condidit Pharasmanes (qui sub Justiniano imperialis cubiculi præfectus fuit, ut scribit Nicephorus, lib. XVIII, cap. 41, *prope murum cui Xylocercus nomen est.* Et hujus monasterii fuit hic noster Symeon antistes et presbyter. Nec murus tantum Ξυλόκερκος appellatus est; sed et ejus

i porta, ea de causa, ut notat auctor *Pandect.* rc. *Hist.*: *Quod artifices portam illam struen-, magna in fundamento aquæ reperta copia, nis plurimis ac palis in aqua defixis lapides ecerint, atque ita demum ædificii fundamentum num effecerint.* Hodie nominatur *Hagiobazari ta, per quam scilicet ingrediuntur urbem Hagio-zaritæ trans sinum habitantes e regione hujus tæ Nomen Hagiobazari significat vel sancti vel ictum emporium. Et Emporii voce Symeon quo-e Magister cum aliis Græcis utitur pro nullis uso portis, aut nullis cincto muris oppidulo. ncti potius existimem dicendum emporium, ut in-'igatur emporium Sancti Mamantis, quod olim nasterium insigne, palatium Augustale cele-rimum in historiis, pontem denique non minus bilem Sancti Mamantis appellatum, habuit. Hic im effundunt se in extremum Ceratimum sinum ebres illi priscis fluvioli Cydaris et Barbyses, nc Machlena et Charlaricon, qui, quidem ad nctum Mamantem ponte junguntur. Hagioba-riotarum vox denotat incolas emporii Sancti mantis.* Hæc ille.

Fuit insuper apud sanctum Mamantem celebris ppodromus, in quo Copronymus Andream Caly-en monachum occidit, ut libro XXII Miscellæ ditur. De ponte ad Sanctum Mamantem vide idam verbo μάμας, et *Origines Constantinopoli-nas* Cod. M. Scripta ejus nunc primum in lucem ɔferuntur, quorum meminit etiam epitome bi-othecæ Gesnerianæ. Sed male ex uno Symeone is nobis cudit. Nam Symeon presbyter, et Symeon nior, seu, ut Epitome loquitur, *Novus* Theologus, Symeon Xeroceri princeps, sunt unus et idem meon, nisi quod inepte vocat *Xerocerci prin-em*, qui vocandus erat antistes seu præsul Mamantis ad Xylocercum. Etsi enim noster am codex habet τῆς Ξηροκέρκου, non tamen bito, quin legendum sit Ξυλοκέρκου.

Porro præter monumenta illa Symeonis, quæ nc in lucem exeunt, commemorat Epitome sn. librum *De oratione, sive de tribus modis andi*, quem in Bavaricis codicibus non repe-nus. Ex capitibus practicis et theologicis ponit ntummodo centum, et ad hæc, alia viginti quin-e. Sed instructissima Boiorum principis Biblio-eca longe plura, ut vides, nobis suppeditavit: æ in codice 104 tribus titulis distinguuntur. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Νέου Θεολόγου ουμένου μονῆς τοῦ Ἁγίου Μάμαντος τῆς Ξηροκέρκου ράλαια πρακτικὰ καὶ θεολογικὰ ρα'. 2. Κεφάλαιά τοῦ τοῦ γνωστικὰ καὶ περὶ θεολογίας κε'. 3. Τοῦ αὐτοῦ ράλαια θεολογικὰ καὶ πρακτικὰ ρβ'.

De tempore quo Symeon iste floruit, meam non ıæ cert', sed quæ probabiliter comperta habeo. : in primis ne monendum quidem arbitror, hunc meonem nostrum diversum esse a Symeone Sty-a seniore; cujus vitam Theodoretus litteris man-vit; item a Symeone Stylita juniore, qui sub stino minore floruit: item a Symeone Stylite in A Cilicia, cujus meminit *Pratum spirituale*, cap. 57. Nam noster iste non fuit Stylites; et tres isti Simeones vixerunt ante tempora Iconomacha; noster vel in ipsis, vel certe post ipsa. Nam Stephani Junioris a Copronymo ob defensionem sanctarum imaginum interfecti, meminit. Quæ ergo ejus ætas? Equidem sub Iconoclastis imperatoribus vixisse eum arbitrari quis posset; sub Leone, inquam, Isaurico et Copronymo; vel certe sub Leone Armeno, Michaele Balbo et Theophilo, qui omnes cum imaginibus bella gesserunt. Hoc confirmare licet ipsius Symeonis testimonio, qui oratione XIII ait: *Diabolum esse nostrum hostem annis jam plus sexies mille ducentis*, supputatione videlicet Græcorum, ab orbe condito. Et ne quis mendum in numeros irrepsisse existimet, scire oportet, numerum hunc in Græco codice non notari notis numeralibus, sed integris verbis diserte perscribi.

Iniit autem Leo Isauricus imperium anno mundi conditi sexies millesimo ducentesimo nono, teste Cedreno. Deinde in Menologiis Græcorum die 20 Novembris refertur, Gregorium Decapolitanum multa ab Iconoclastis perpessum, venisse Constantinopolin. Καὶ Συμεῶνα τὸν ὁμολογητὴν καὶ θεοφόρον ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων εὑρεῖν ἐγκεκλεισμένον· *Et Symeonem confessorem reperisse inclusum in carcere propter sacras imagines.* Quid autem vetat Symeonem istum a Gregorio aditum esse eum ipsum, quem quærimus, cum ipse in exsilium se projectum esse duobus locis testetur, uno in orationibus; altero, in commentationibus: tametsi causam tacet. De martyrio quoque Stephani junioris loqui videtur, tanquam de re suo ævo plane recenti.

Hæc et id genus alia verisimilitudine non carerent; si in Græco codice διακοσίοις non ἑξακοσίοις expresse scriptum esset, αὐτὸς δὲ ἑξακισχιλίοις καὶ ἑξακοσίοις καὶ ἐπέκεινα τούτων ἔτεσι διαμείνας ἀεὶ πολέμιος τῶν ἀνθρώπων ἄδηλος καὶ πρύφιος, etc. *Sexies mille sexcentis, et eo amplius annis.* Longe ergo junior est iste Symeon; ætasque illius in imperium Joannis aut Manuelis Comneni incidit; cujus exstant aliquot novellæ, quarum una *De voluntariis homicidis*, edita et publicata est ab orbe condito sexies millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto, ut et alia ejusdem imperatoris Περὶ διαφόρων ὑποθέσεων, *De diversis causis ac negotiis.* Iniit autem Manuel imperium anno Christi 1143, si non fallit Onuphrius in Chronico; quod annos triginta octo administravit, tribus mensibus demptis, teste Niceta, lib. VII *De rebus Manuelis*, sub finem. Ergo Symeon iste Comnenorum imperio Joannis aut Manuelis floruit, hasque orationes conscripsit. Quare corrigenda sunt ea quæ in Adnotatione ad orationem tertiam de ætate Symeonis dicta sunt, convenienter primæ opinioni, quæ tamen ruit, si non διακοσίοις, sed ἑξακοσίοις cum Græco codice legamus, ut sane legere oportet; cum Scripturam hanc codex manifeste repræsen-

tet. Et quamvis jam tum schisma Crœcanicum exstitisset, omnia tamen loca qnibus Symeon processionis sancti Spiritu meminit, a bono lectore in bonum sensum accipi possunt, ut et alia pleraque, ad quorum nonnulla adnotatiunculas adjecimus; alia eruditi lectoris candori permisimus. Etenim non modo in hoc Symeone nostro, sed et in aliis non paucis monasticis et asceticis scriptoribus occurrunt quædam duriuscule dicta, quæ lima judicis egeant. Vera me loqui fatebitur, qui percurrere volet sermones asceticos Esaiæ abbatis, Joannis Climaci, Marci, Nili et aliorum. Tantum de Symeone habuimus: ad quem etiam scriptus est scholastici illius Dialogus, quem reperies post capita moralia, quæ nihil aliud sunt, quam aphorismi quidam, brevesque sententiæ ad vitam recte instituendam accommodatæ; cujusmodi capita ediderunt cum alii, tum Marcus Asceta et sanctus Nilus, quæ exstant.

SYMEONIS JUNIORIS

PRÆPOSITI MONASTERII SANCTI MAMANTIS AD XYLOCERCUM

ORATIONES XXXIII

ORATIO PRIMA

ARGUMENTUM.

Quemadmodum homo paradiso exturbatus, veritatem, quæ est verbum Dei, perdiderit. De peccato diaboli et Adami. Ab ipsa conceptione hominem quemlibet esse peccatorem: et quo pacto per baptismum in Spiritu sancto regeneretur. Quænam multi reges, et prophetæ ante Christi tempora concupiverint. Christianos nondum initiatos, dolentesque, et peccata sua confitentes, canonicis vinculis, ac pœnis minime subjici, sed fidei mysteriis erudiri, et ita demum initiari debere. Unumquemque Christianum divina immutatione indigere, in qua perfectio consistat.

Adamus postquam diabolo mentito fidem habuit, et cum ea fide de ligno scientiæ comedit, veritatem amisit; quam deinde natura humana diu multumque investigatam, invenire non potuit. Testimonio sunt omnes Græciæ sapientes, dum tantam humanarum opinionum diversitatem, per varias disciplinas via ac ratione traditas præcipueque per multas ac longas de virtute et vitio disputationes, quas reliquerunt, ad simplicitatem et rectitudinem redigere, congruenterque in unum coagmentare et constringere nequiverunt. Est autem veritas Verbum Dei, sive gratia Christi, quæ complures illas, et inter se pugnantes, atque implicitas, et tortuosas ex hominum cogitationibus, ratiocination busque profectas verborum dissertationes, una et directa simplicitate, velut naturali, pacifica et tranquilla conjunctione incomprehensa potentia sua composuit, reliquosque doctrinarum sermones ad unum omnes otiosos, irritos et inutiles demonstravit; cum more cæcorum palpando, veritatem, ab oculis nostris merito remotam, inquirentes, non valeant reperire. Simul ac enim homo mendacium sponte, ac nulla impulsus necessitate complexus est, in eam pœnam incurrit, ut veritatem scrutetur ille quidem, ejus tamen compos non evadat, persequatur, nec comprehendat. Etenim quæ fide mendacio adhibita oculis nostris erepta fuit, fide veritati commodata, rursum invenitur ac restituitur. Ille mendacio aperto manifestoque credidit: nos magnum ac manifestum mysterium [1], Deum videlicet humano corpore indutum, credimus. Illud propter Dei mandatum erat incredibile: hoc propter Deum nos alloquentem redditur credibile. Illud creditum deprehensum est falsum (credentem quippe in exitium ac mortem præcipitavit [2]), hoc creditum veritas comperitur, siquidem eum qui mendacio fidem commodaverat, ab exitio ac morte revocat, peccatum ejus tollens, eique ut bene ac beate sit largiens: et ex fine utrumque, mendacium puta veritasque, perspicitur. Unum igitur peccatum, et una justitia.

Vide quid diabolus, considera quid Adamus peccaverit, et non aliud, quam suimet admirationem superbiamque invenies. Verum illi ob excellentem gloriæ magnitudinem ita se gesserunt. Nec enim ex humilitate gloriam adepti se extulerunt: sed cum humilitatem necdum cognoscerent, et secuturam e casu ipsorum humiliationem ignominiamque ignorarent, idcirco nihil eam metuentes, eousque efferre se non dubitarunt. Animadverte contra, quomodo justificatus sit Jesus. Cum Deus esset, usque ad mortem voluntariam, et mortem crucis (quod erat sceleratorum supplicium) semetipsum humiliavit [3]. Unum ergo peccatum, inflata de se opinio, et una justitia, extrema humilitas. Nunc autem quis seipsum, nisi admodum fatuus exaltet? Nemo enim in hac vita vi divina præditus est, ut summam sibi gloriam comparet: nec ille,

[1] I Tim. III, 16. [2] Gen. III, 6. [3] Philipp. II, 7, 8.

tequam se humiliaret, gloriam consecutus est, A erat qui primus est conditus, in paradiso sub
d quicunque in hanc lucem editur, statim est intelligendiam cadente operetur, et custodem agat:
lorius, et gradatim quodammodo ad gloriam operetur quidem mandata Jesu Christi, a quo re-
idem progreditur. Qui igitur pristinam vilitatem novatus est, custodiat autem, quam divino tinctus
am recordatus, seipsum exaltat, quomodo stul- lavacro a Spiritu sancto gratiam accepit, confite-
s ac cæcus non sit? Nam quod dicitur, *Nemo* caturque et dicat, virtus ejus (gratiæ, inquam) quæ
ne peccato, nisi solus Deus, nec infans, cujus vita in me est, Christi præcepta mecum operatur[5].
ius diei est[4]; non de iis dicitur, qui peccave- Hæc enim est custodia. Sicut namque ædificium
nt: quo enim pacto infans unicum diem natus, stare, aut excitari absque fundamento nequit: ita
ccatum committat? sed hoc latet mysterii, natu- anima Christo credens, nisi gratiæ Spiritus sancti
n humanam ab ipso conceptu peccatricem esse. fundamentum collocaverit vitam et mores Deo
Deus quidem hominem non peccatorem, sed placitos suscipere neutiquam potest; ejusque je-
rum et sanctum finxit. Posteaquam vero proto- junia, pervigilationes, humi stratum cubile, alia
stus ille, sanctitatis stola solius superbiæ piaculo corporis afflictiones, paupertas, lacrymæ, preca-
bliatus, corruptioni, interituique factus est B tiones nullius momenti censenda sunt. Sic etenim
noxius, ex eo etiam satio, conceptio, ortus, et Christum negaverunt, qui post multos cruciatus
iqua deinceps omnia peccato subdita fuerunt. Et negaverunt: *Qui in me confessus fuerit*[6], inquit.
nimo, quisquis homo numeratur, quamvis non In ipso confitemur, in ipso adoramus, in ipso sal-
carit, nihilominus peccator est. Quocirca venit vamur. Spiritus sanctus siquidem animam reno-
a nascendi conditio, et altera formatio, qua vat, quemadmodum illa corpus.
idem homo e sacrosancto fonte baptismatis in Magnum mysterium, quod totus terrarum orbis
iritu sancto denuo generatur, iterumque cum jure veneretur. In eodem sacrificium laudis inest,
ina natura, sicut erat, quando illum divinæ ma- nimirum cor purum, quod est cor contritum et hu-
s effingebant, modo quodam miscetur, et tan- miliatum[7]. Novit enim se proprium nihil habere
am a primis elementis, ejus animæ vires uni- et quomodo elevabitur? Est porro ipsum sibi humi-
sæ informantur, atque in eum statum, in quo litatis argumentum et materia. Quod si veritas, non
ut et princeps generis nostri ante transgressio- ambitio sacrificium laudis est Deo, et apud illum
n versabatur, renovatæ restituuntur; et isto non peccator (quis enim caret peccato?) sed omnis
do ad regnum Dei instruitur ac præparatur, in elato corde immundus habetur, humilis corde justi-
od, qui salutari aqua purgatus nondum est, nec C ficatus, justus munere suo functus, seu, ut debuit,
redi, nec ipsum speculari, nec intelligere potest. conversatus est. Justificatio sancti Spiritus donum
ita quilibet baptizatus (1), talis jam, qualis ille est. Qui a Spiritu sancto gubernatur, glorificatus;

[4] Job XIV, 4, 5 sec. LXX. [5] Coloss. I, 29. [6] Luc. XII, 8. [7] Psal. L, 19.

1) Caute legendus est Simeon, quando et hic et bi sæpius baptismati nimis multum tribuere vi- ur, nempe, quod reddat homines *impeccabiles*. m asserit de professione vitæ religiosæ seu mo- sticæ. Verba Græca perioches, quæ orationi eponuntur, sunt ista: Τὸ ἅγιον βάπτισμα ἢ ἀκι- τους ἢ δυσκινήτους, πρὸς τὸ κακὸν διατίθησιν, περ καὶ τὸ δεύτερον βάπτισμα τὸ διὰ τοῦ θείου ἀγγελικοῦ σχήματος. *Sanctum baptisma aut im- biles, aut difficulter mobiles ad malum reddit, ut alterum baptisma, quod consistit in susceptione ini et angelici habitus*, hoc est, in ingressu in igiosum seu monasticum ordinem; hunc enim D erum baptisma nominat. In ipsa oratione sic eter cætera loquitur Simeon: Τὸ γὰρ θεῖον βά- σμα τοῦ Χριστοῦ τοὺς πρὶν ἀβάπτιστους, καὶ ς τὸ κακὸν εὐκινήτους, κραταιὰν ἔχει δύναμιν, σκευάζειν βαπτισθέντας, ἀκινήτους πρὸς τὸ ὸν, εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ τέως πρὸς τὸ παρὸν ἀκινήτους. æ omnia dura profecto sunt et animadversione na, et errorem Joviniani redolentia, qui, ut ibit sanctus Hieronymus, lib. II *contra Iovinia- m*, et sanctus Augustinus, lib. *De Hæresibus*, . 82, docuit hominem, vere baptizatum non se amplius peccare, et si forte peccat, non fuisse ctum nisi aqua. Ad quem errorem loquendique dum alludit Simeon, cum ait illis qui post ba- sma faciles seu flexibiles sunt ad malum, aquam erfusam esse ὡσεὶ νεκροῖς, *tanquam mortuis*. od itidem de altero baptismo, seu de ingressu religionem affirmat. Forte erit, qui Simeonem uset. Id vero nobis non modo non molestum sed et perquam jucundum erit; utinam non modo Simeon noster, sed et quivis alius ab omni errore sit immunis. Interim veritatis hæ sunt voces: Vero et legitime baptizatum denuo peccare posse, si velit. Ad baptizatum enim tendit illa cohortatio sancti Pauli Rom. II, 20: *Tu fide stas, noli altum sapere, sed time*. Et ad Hebr. VI, 4: *Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque sæculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam*, etc. Ubi manifeste indicat Apostolus eum qui vere baptizatus gratiæque divinæ particeps effectus est, in peccata denuo labi posse, atque adeo per baptismum *impeccabilem* non effici, quod multo magis ad religiosæ vitæ professionem accommodari debet. Quæ, ut et baptismus nec ἀκινήτους, nec δυσκινήτους ad peccandum reddit, et si baptizatus δυσκινήτος aliquo sensu dici potest, quia gratiam Dei per baptismum jam consecutus, multo habet majora et validoria præsidia vitiorum illecebras repudiandi, quam ante baptismi initiationem, dummodo illis legitime uti velit: nam si uti nolit, et per arbitrii libertatem rursus ad peccati sordes declinet, æque id potest ac antea: *Contingitque* ei, ut sanctus Petrus ait (II Petr. II, 22), *illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti*. Lector consulat cardinalem Bellarminum libro *De baptismo*, cap. 14, ubi copiose adversus hæreticos ostendit, homines per baptismum non fieri impeccabiles.

qui glorificatus, sanctificatus est ; sine sanctificatione Deum nemo videbit. *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini* [8]. Quis et impius ? Superbus utique, et tantum impius quantum superbus Quis humilis corde ? non prudens, non sapiens, non intelligens, non versipellis, non a semetipso doctus ac sciens ; sed cum Spiritu sancto communicans, in quo prudentia et sapientia, et intelligentia, eruditio ac scientia in ipso purgatæ, ac viventis, Deoque placentis animæ. Ob id enim Verbum ac Filius Dei hominem induit, ac mortem pertulit, seque ipsum pro toto genere humano liberando pretium dedit. Verum enimvero pro piis, qui antea obdormiverant, magnum et augustum, ac propterea repulsæ nescium sacrificium factus est, quando post Adami lapsum justorum nullus adipisci salutem potuit, omnibus peccato primi parentis, mortique ac perditioni subjectis : quod nemo exstaret, quem flammea illa romphæa paradisi custos, post ejectum inde protoplastum facile admitteret, quo in impolluta, et ab omni delicto munda, et sancta tabernacula intrare et in Sanctis sanctorum atriis permanere posset (quoniam, ut etiam Apostolus ait, *corruptio incorruptionem non hæreditabit*[9]) oportebatque incorruptibile Dei Verbum in carne sua mortali oblato sacrificio justos a corruptione eximere. Haud enim in illorum potestate erat, ad incorruptionem illam instaurari, in qua princeps homo effictus fuerat, et ex qua exciderat : sed ad magnam hanc, et in judicio ac justitia susceptam œconomiam spectabat. At vero pro iis qui postea vixerunt, tum sacrificium, tum communio appellatur ; quia scilicet per sumptionem se cum sumente commiscet, et illa commistione unioneque de integro eum format, unitumque inexplicabili virtute artificis divinitatis suæ ad semetipsum adducit, ut secum germane coalescat. Quemadmodum et ignis, tametsi a corporibus se durioribus susceptus, conjunctione ipsa ignem facit, nec eorum naturam evertit : nihilominus quandiu cum igne copulata sunt, etiam ipsa ignis sunt. Atque hoc est, quod olim multi prophetæ, reges et justi desiderarunt, cum eos prævideret [10], qui caro de carne Verbi Dei et os ex ossibus ejus futuri essent, seque a tanto bono sejunctos intelligerent.

Quapropter instructis, et eruditis, magnique mysterii Christianitatis cognitionem consecutis, initiatisque fidelibus, si postea pro humana imbecillitate, et quia adhuc pulvere circumdantur, in culpam inciderint, bona erit medicina spiritualis, si eam confitentibus injiciantur vincula canonica, quibus peccati nexibus exsolvantur, et pharmaca salutaria applicentur, quandoquidem quibus debent initiamentis exculti, virtutem Christi gustaverunt, cui fidere, et peccatum cavere oportebat, juxta illud Apostoli : *Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia Christi* [11]. Nisi enim rejecissent gratiam Christi, quam cognoverant, non eos illa peccare permisisset. Et ipsi semet reos fecerunt sanguinis Christi, *qui emundavit conscientiam illorum ab operibus mortuis, ad serviendum Deo vivo et vero* [12] ; denuoque per labores nempe, sudores, gemitus, lacrymas emundari debent, ut dicant Deo : *Vide humilitatem et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea* [13]. Remissio autem perfecta rursum gratiæ participatio est, non quod Deus defatigationibus ac laboribus pœnitentis indigeat : sed ne pœnitens divinæ gratiæ citra laborem reconciliatus, eam, uti prius, contemnat, tertiaque purgatione opus habens, reprobetur, et in ignem sempiternum purgandus conjiciatur, qui cum semper urat, purgare non potest quem urit.

Jam vero arcana Christianæ religionis ignorantibus (sunt enim, sunt, inquam, plures baptismo affecti quidem, et propterea indigitati Christiani : sed penitus nulla catechesi imbuti et indocti, et ut breviter dicam, profani, ac rudes hujus præclari mysterii) talibus, inquam, peccata sua, post sacrum baptismum perpetrata, confitentibus, nexus et auxilia medica nullam utilitatem afferunt. Quia enim mysterium Christi nescinnt, sed spiritualium vinculorum medicaminumque sensum et intelligentiam habere unquam poterunt. Et cum non intelligentes crediderint, sine intellectu peccaverunt : et quia sine ratione peccaverunt, spiritualem, et quæ animo cernitur, medicinam agnoscere non possunt. Quamobrem quomodo mysteria Christianismi scientibus, memoriaque tenentibus, pro mensura cognitionis, et errati vinculis, medicina, ustione, afflictione, et pœna ; sic eorum rudibus, nondumque institutis, institutione, fide, et initiatione, non vinculis opus est. Vincire enim et urere, quod sensu caret, absurdum ; et curationem adhibere mortuo, ineptum negotium ac fatuum est. Verum *quicunque in lege peccaverunt*, hoc est, cum cognitione, *per legem judicabuntur* [14], ad sacrorum canonum normam ac præscriptum videlicet. At qui sine lege peccaverunt, hoc est, ea non cognita, sine lege etiam peribunt, frustra nimirum ignorationem excusantes, cum a Domino dictum sit : *Prædicabitur Evangelium hoc in toto mundo, in testimonium omnibus gentibus* [15]. Sequitur hinc, si gentes manet condemnatio, multo magis eos condemnatum iri, qui in medio Christi Ecclesiæ primorum rudimentorum imperiti, et in rationibus divinæ pietatis hospites ac peregrini Christiani versantur, contemptores admirandi hujus operis Verbi Dei, cujus causa humanis se artubus convestivit, cum Deus esset, contumelioseque tractatum, et non secus quam pro sceleribus suis neci deditum est. Quod autem nonnulli de profanis istis in throno gloriæ

8 Isa. XXVI, 10, sec. LXX. 9 I Cor. XV, 50. 10 Luc. X, 24. 11 Rom. VI, 14. 12 Hebr. IX, 14. 13 Psal. XXIV, 18. 14 Rom. II, 12. 15 Matth. XXIV, 14.

gni Christi sedentes, quæ ipsi non didicerunt, A præscribere. Qui enim fieri potest ut tellus spi-
ios docent, pro patientia Dei, imo vero iram nis ac tribulis plena purum frumenti semen acci-
agnam et derelictionem ; quoniam illusores do- piat, et idipsum semen non suffocetur? Quare fru-
inantur, et dolosi, et impudentes, et ut malam ctum nunquam referent, qui contra naturam, con-
nscientiam habentes, increduli. Maxime qui in traque ordinem, commoditatem rationis infirmos
olis suis gloriantur, *in doctis* videlicet, *humanæ* adhuc aggrediuntur : ratione enim et producta sunt,
pientiæ verbis, quorum gratia ab auditoribus suis et continentur, et ad finem perducuntur omnia.
que profanis laude et admiratione afficiuntur [16]. Nam divinum Christi baptisma nondum ablutos,
Bonum est in Christum credere, quoniam sine et cereos in vitium flecti, efficacitatem habet, jam
le in ipsum non est ut quis salvetur [17]. Verumta- lotos a peccato invictos præstare. Sin minus, sal-
en etiam veritatis notitiam capessere necesse est. tem cum se obtulerit occasio, ad id difficiles, quod
num est veritatem doceri, siquidem et necessa- ejus vim potentiamque declarat. Ad virtutem au-
im : quin et baptismate lustrari in nomine vivi- tem honestatemque proclives, tanquam *angelos*
æ Trinitatis, ut anima vitam adipiscatur. Bonum *potentes virtute, facientes voluntatem Dei* [21]. Ideo
t baptizari : sed mysticæ hujus vitæ, sive luminis Christus sacrosanctum sanguinem suum credenti-
iritualis etiam animo sensum capere oportet : Bo- B bus in illum largitus est, ut per ejus sumptionem
im est sensum illum, qui in mentem cadit, sive communicationemque fideles divinæ prius naturæ
uminationem cognoscere : sed opera quoque lucis consortes effecti (Dei enim sanguis est) ceu divini
quiruntur. Qui namque pure et liquidissime cer- divinæque virtutis jam assecuti robur, etiam se-
t, cum etiam opera Dei facere convenit. Bonum cundum perfectam Christi legem vitæ rationes in-
t lucis opera facere, sed humilitatem et mansue- stituant : ut potentes virtute voluntatem ejus ex-
linem Christi induere insuper decet : ut qui in sequentes. De cætero quisque fidelium, et Christum
ristum credit, Christi characterem et insignia confitentium apud se cogitet, si hoc robore septus,
at, et ad naturam mitem atque humilem immu- Christi legibus parere spreverit, cum iis parere
us, in regnum cœlorum ad gaudia Domini sui queat, nec vitam, et mores ad Dei nutum compo-
ipiatur. Cæterum qui hoc ordine viam Dei am- suerit, se Christum negavisse, et ex Apostoli sen-
lant, si in ea pro naturali conditione moriendi tentia *conculcasse Filium Dei, sanguinemque te-*
epediti fuerint, a misericordia Altissimi non re- *stamenti pollutum duxisse* [22].
lentur, nec ab introitu regni cœlestis arcebun- Quod si, aquis salutaribus expiati, divinique cor-
. Hoc itinere qui non incedunt, eorum et fides poris et sanguinis participes facti, nondum potentes
progressio inanis est. C sunt virtute ad perficiendam Dei voluntatem ; sed
ad vitia et peccata adhuc facile moventur, perinde
ac mortuis aqua illis superfusa est : etiamnum
quippe in Christum non crediderunt. Atque opus
est hujuscemodi homines ad episcopos et sacer-
dotes adire, fidei formulam edoceri, in Christum
credere, tuto antea fundamento posito, pœnitentia,
inquam, hujus amentiæ, et impositione manuum,
unctioneque sacri charismatis. Et cum illis Evan-
gelium justitiæ revelatum fuerit, novumque sensum
intelligibilis Christi gratiæ hauserint, quæ animas
eorum tetigerit, et in ipsis cor contritum ac humi
liatum creat, castumque Dei timorem ædificat
(hæc namque Christianis viæ bonæ ad vitam ex
Christi præscripto agitandam primordia sunt), tum D
quoque immaculato ejus corpore, et sanguine per-
cipiendo, merito digni censeantur : ut cum divinæ
naturæ consortes [23], et sanctificati evaserint, non
eis peccatum, quomodo antehac, dominetur. In
hoc enim sanctificatio sita est, ut Christianis ad
faciendam voluntatem Dei potens virtute fiat, quo
corroboratus et fidelis Christianus nominetur, qui
Christi gratiam susceperit, et cui fides habeatur,
quique in Spiritu sancto curriculum vitæ suæ mo-
deretur. Ita enim non aliter quempiam Christianum
fieri, et esse datur. Prior vero ille gravibus pœnis

ORATIO II.

ARGUMENTUM.

minem prius a Christo per sanctum baptisma cor-
roborari, ac tum demum mandatis ejus deditum
sse oportere. Eam inesse in sancto lavacro vim,
t aut inflexibiles, aut pene inflexibiles ad impro-
bitatem reddat : quomodo et alterum baptisma,
quod per divinum et angelicum habitum confer-
ur. Quinam vere in Christum credidisse dicen-
li. Quales sacrorum ministri, sacerdotes, epis-
opi, animarumque doctores requirantur.

Qui cuipiam dicit, hoc fac, et illud ne feceris,
ne sic dicit, ac si ille, cui præcipit, facere pos-
aut omittere. Qui vero sic dicit ei, qui non po-
, nonne frustra dicit? Dominus ait discipulis D
s : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos*
nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [18 19].
expurgatio et virtus sacri baptismatis primo
constituitur. Quid postea? *Docentes eos serva-*
mnia quæ mandavi vobis [20]. Quicunque igitur
robore ante confirmatus non est, in mandatis
observandis incassum laborat ; quicunque illa
nini præcepta dat, pro cæco et stolido habeatur
t : quando prius gratiam Christi, quæ mente
cipitur, et purgat, animam suscipere, indeque
confirmari res postulat, atque ita demum leges

[16] I Cor. II, 13. [17] Aebr. XI, 6. [18. 19] Matth. XXVIII, 19. [20] Ibid. 20. [21] Psal. CII, 20. [22] Hebr. 29. [23] II Petr. I, 4.

et animadversionibus peccata admissa compensare debet, et lacrymas ad baptismi fontem exæquandum fundere, ac Deum orare prætorea, ut usque ad fidem curationis ætatem degere sibi concedatur, ne ante sanationem abreptus et damnatus in gehenna, pro eo ac meruit, torreatur. Quis enim præstabit, tandiu cum curetur, fore superstitem ?

Hic vincula opus sunt, hic excommunicationes, hic diuturnæ lacrymationes, hic genuflexiones, rarusque, et vix aliquis cum fidelibus congressus. Ac tale quidem judicium haud injustum est. Cur enim qui divinum mysterium cognovit, et accepit, non cavit ? Lapsum hunc Adami lapsu minorem dicere non potest. Ille etenim, si Deum esse in se novisset, de fructu prævaricationis non gustasset. Et quanquam seipsum non norat prius, cum Deo privaretur, tamen postea in habitu cognovit. Ast hic per sanctum baptisma Christum a se cognitum nudus induerat, ut scriptum est ab Apostolo : *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis*[24]. Omnis enim mentis et consilii particeps anima, ex ipso baptismo Christi gratiam consequi intelligitur : statim quippe Christus in ea formatur. Porro ab infantibus baptizatis, baptismi sanctificatio propter ignorantiam non sentitur ; est siquidem intellectualis sensus. Jam vero paulatim tempore procedente, fit etiam immutatio. Et in aliis quidem prorsus exstinguitur : in aliis quidam igniculi manent, iterumque per fidem, institutionem et spem magna hæc misericordia accenditur. In his namque qui speraverunt et crediderunt, sensim ignem illum exsuscitat, eorumque intelligentiæ manifestat. Deinde cum gaudio titionibus humilitatis ac misericordia subjectis, flamma emicat, vicinosque illustrat : illius, quia non ex nobis, sed ex Deo est misericordia ; hujus, quia misericordiam consecutum, plane misericordem esse decet. Quod si qui itam altero baptismo per angelicum habitum occepto, quid acciperent, non intellexsrunt, divinam et omnipotentum sancti Spiritus virtutem non participant, gratia ea similiter avolante, ut quæ per aquæ baptismum collata est : et propter stuporem adhuc ad malum proni sunt ut prius ; inanis est eorum fides, vanumque secundum quoque baptisma, cum sensus expertibus, et mortuis indumenta sacra sint imposita. Una est enim salutis notitia, quia et veritas unum est, menti intelligenti, et intelligenti animæ donatæ per fidem supernæ gratiæ sanctissimi Spiritus intellectualis cognitio. Dignantur enim tali gratia, qui in Christum, cum baptizarentur, crediderunt, aliiquidem ut et signa faciant ; plurimi ut ad malum immobiles, ad bonum contra perfaciles perseverent, et quidquid Deo placet, id in vita impigre et exsultabundi consectentur. Hic eorum ordo est, qui in Christum crediderunt.

Sed videndum, ne quando præter nunc ordinem quidam aut ministri ecclesiastici, aut sacerdotes, aut episcopi, et animarum magistri sint, et veniat *fex iræ Dei*[25] super nos, si non sit qui imperitos instituat et erudiat, divinissimaque, et humanum captum superanti fictione refingat. Hanc enim cuiquam fas nisi prius naturæ divinæ consorti, Spiritus sancti cathedram, ut ita dicam, magistralem conscendere : alioqui Dei adversus se iram concitabit. Hac nempe de causa multi in verbo sapientes, alii hæresis auctores ac duces exstiterunt ; alii hæreticorum sermonibus capti sunt. Cæterum quoniam quemadmodum a divino baptismate, velut in principiis informati essent, non intellexerunt, ingressi prius per pœnitentiam et cognitionem, ut supra diximus, intercedente impositione manuum per arbitros et œconomos magni hujus mysterii, et sacræ scientiæ peritos, informationem ab initio, speciemque ac formam spiritualium, et mysticorum habituum suorum consequantur ; ut confirmati, ut vinea Dei laborent, ne fides ipsorum, et confessione irrita sit, et Christus nequidquam creditus et adoratus, nihil eis prosit. Nec enim, ut quispiam fortasse dixerit, Deus homo natus est, ut ita simpliciter Deus homo crederetur, illique adoratio adhiberetur : verum ut nos divinæ naturæ consortes fieremus, sicut ipse naturæ humanæ consortem se fecisset, cognoscerentque adepti hoc consortium mysterii vim, et gratias agerent. Et quotquot hujus consortii ignari sunt, ac de eo probe judicant, hi sunt amici Christi, his creditum est hoc mysterium, et hi vitam Christi imitabuntur. Qui autem ejus naturæ participes, sive consortes facti sunt ; aut cum facti essent, rem ignorarunt, ii hostes ejus sunt : : propterea quod omnis qui cum natura divina nihil commune habet, carnalis est, et Deo placere non potest : *Prudentia enim carnis inimica est Deo*[26], *et caro, et sanguis regnum Dei non possidebunt. Non enim corruptio incorruptionem possidebit*[27] ; sed audiet aliquando : *Etiam quod videtur habere, auferetur ab eo. Habenti enim dabitur, et abundabit*[28], propter gratiam immensam, inexhaustam, superabundantem, et quæ imminui atque consumi non potest. Nam ponamus quempiam mille annos vivere, ac per totidem annos in dies singulos divina gratia perfundi, eum sane illa supra Christum quodammodo locabit, cum totum impleat (siquidem ipse ætate et gratia proficiebat), ipsa tamen salva, nihilque imminuta manebit, Verumtamen non est prorsus necessarium, paulatim eam inundare, aut minui, et paulatim deficientem vacuum omnino desere eum qui illa spoliatur, et cum quasi clam recesserit, ipsi hujus recessus sensum non relinquere.

ORATIO III.

ARGUMENTUM.

Quæ, et quot sint divinæ cognitionis genera. Cognoscendum quod Deus sit ; quid autem sit, non

[24] Galat. III, 27. [25] Psal. LXVIII, 25. [26] Rom. VIII, 7. [27] I Cor. XV, 50. [28] Matth. XIII, 27.

scrutandum. Christianum credere, et baptismo ablui oportere. Quis dicatur, et sic christianus: et quis dicatur quidem, nec sit. Qui enim non facit voluntatem Christi, eum non esse christianum. Improbos Christianos perditis Judæis deteriores habendos.

Deum cognoscendi genera, seu modi quinque int. Primus, quod Deus nihil sit eorum omnium æcunque aut sub aspectum, aut sermonem, aut telligentiam subjiciuntur. Alter, quod si quid est, iod vel aspectu sentiatur, vel oratione exprimar, vel mente tantummodo comprehendatur, ab so sit, cum prius non exstiterit. Tertius, quod ec omnia, nullius eorum indigus, bonitate sua nihilo procreaverit, ut ipsius gloria potius fruentur, in ipsoque subsisterent. Quartus, et quod B im bonus sit, omne quod bonum et honestum t, id velit, et omnem pravitatem vitiositatemque lerit. Quintus, quod in ipso omnis administratio, vita virtutis compos ac divina feliciter institui ssit; non aliter, nisi illius vi ac potestate adjunte, quæ sensum oculorum, intellectumque giens, complectitur omnia, et præcellit omnibus, illique nisi castissime se invocanti opitulantur. Est porro Divinitas, quantum humana lingua untiari, quantumque metaphora quadam ab esntia, et natura ducta indicari potest, una esntia et natura superessentialis et supernaturalis; es autem hypostases, sive subsistentiæ, alia que alia unius unitatis, et rursum tripartito discriine divisæ unitatis, et discriminum unitorum: ut C a Divinitas non sit unum, neque tria, sed et unum, tria in eodem: ut neque unum per unionem nfundatur, neque tria per distinctionem separantur. Deitas namque cum sit superessentialis, iam et sola est immutabilis et invariabilis; estque iquam mens, rationem et spiritum habens dicique Pater, Filii Pater (qui est quasi ratio) et oductor Spiritus (2), quemadmodum item genitor lionis. Et cum Pater Deus nominatur, simul cum lio, ac Spiritu intelligitur. Qando autem Filius minatur Deus, intelligitur Filium esse Dei. iando demum Spiritus sanctus appellatur Deus, A intelligitur eum ex Patre procedentem, etiam Filii Spiritum esse, unione et discretione inexplicabili.

Scire igitur solum oportet, Deum esse: quid autem sit, investigare, non modo temerarium, sed etiam vehementer stultum est. Figulus enim vasa e luto fingens, et ea ex eadem, qua ipse constat, substantia (de luto quippe et ipse fictus est) nunquam vas, quod suis manibus efformavit, se de ipso artifice suo alloqui audivit. Jam si figulus tantopere differt a vase fictili, cui substantia similis est, quantopere Deus ab homine discrepat? Si enim Deus nihil istorum est, quæ aut cernuntur, aut nominantur, aut cogitantur, quicunque illius essentiam indagare, aut animo percipere desiderat, is minus quam testa rationis est particeps. Quod cum ita sit, silentio venerandus et adorandus est unus Deus, quem nemo hominum vidit, nec videre potest, et credendum in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unam naturam, et tres proprietates hypostaticas, et magnum œconomiæ mysterium, quod Verbum Dei, et Filius, in Patre genitus et subsistens, ab eodem non separatus, conclusus fuerit utero Mariæ. ante partum et post partum virginis, factusque sit caro, humana natura perfecte in seipso suscepta, manseritque Deus immutabilis, et natus sit ex ea homo, unus in duabus naturis perfectis, et his citra confusionem permistis, ac sine divisione unitis. Item quod sponte, ac libens tormenta passus, sponte ab homicidis interfectus, sponte sepultus, Deitate ejus nequaquam per mortem nec ab anima, nec a corpore suo quod susceperat, sejuncta. Deinde et tertia die redivivus ab inferis exstitit, et post dies quadragenos ut homo in cœlum assumptus, in throno divinitatis suæ cum carne sua considet, laudibusque, cum Patre suo, et sancto Spiritu ab universis cœlestium ordinibus celebratur. Et hæc facta esse credendum, ut Spiritu sancto, quo Adamus protoplastus prævaricator exutus ac nudatus fuerat, per Christum ipsum, qui in eumdem crederent, induerentur, et participes facti Spiritus sancti, tum divina mandata per illum operari, ut olim sancti

(2) Καὶ λέγεται Πατὴρ Υἱοῦ τοῦ Λόγου, ὡ καὶ D σβολεὺς τοῦ Πνεύματος, ὥσπερκοη γεννήτωρ τοῦ γου. Paulo post: Οταν δὲ ὀνομάζηται τὸ Πνεῦτὸ ἅγιον Θεὸς νοεῖται ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορόμενον καὶ τοῦ Υἱοῦ Πνεόμα ὑπάρχον. Quibus rbis videri posset favere Simeon errori Græcorum, de processione sancti Spiritus ex solo tre. Sed non est cur quis Simeonem hunc tract: cum enim vixerit et floruerit sub imperatoibus Iconomachis Leone Isauro, et Constantino pronymo, ut suo loco ostensum; non est quod is existimet, cum ejus opinionis fuisse, cujus die sunt Græci: cum ea post multum demum nos sub Photio patriarcha Constantinopolitano ta, et pertinaciter defundi cœpta sit. Fecit quim olim Theodoretus, cum adhuc a Nestorianis rtibus staret, hujus erroris semina in refutane Anathematismorum sancti Cyrilli cap. 9, arte scribens, a solo Patre Spiritum sanctum *e: attamen sepultus jacuit* [illegible] *donec* sub Michaele imperatore Constantinopolitano, et Nicolao I pontifice Romano, Photius contra Romanam Ecclesiam brachia tendere instituit, qui inter cæteras labes, quibus Græciam infecit, vel potius perdidit, hanc etiam de Spiritu sancto ex solo Patre Orientali Ecclesiæ affricuit, incredibili tot animarum strage. Nec dicit Simeon noster aut hic, aut alibi Spiritum sanctum ex solo Patre procedere; sed ex Patre. Ut ergo Christus Joan. xv, 26, illis verbis: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit*, non exclusit Filium, hoc est, seipsum, ita nec antiqui scriptores, qui hac loquendi formula utuntur, excludunt Filium. Vide cardinalem Bellarminum, lib. II *De Christo*, præsertim cap. 27. Et hujus adnotationis lectorem memorem esse oportet, cum ad orationam decimam quintam; similesque locos de processione sancti Spiritus pervenerit.

per fidem, tum diabolum ac dæmonas inaspectabiles debellare possent. Absque Spiritu sancto enim nec peccatis vacare, nec potestatem dæmonum adversum nos, viresque repellere possumus. Baptizari quoque oportet in Trinitate consubstantiali, quam et credimus, prout Dominus noster Jesu Christus imperavit, cum apostolis ita præcepit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes, eos servare omnia quæcunque mandavi vobis* [29]. Quæ si servemus, nostram erga illum charitatem demonstramus, et qui in ea maneamus, digni habemur; sicut scriptum: *Si mandata mea servaveritis manebitis in dilectione mea: sicut et ego Patris mei præcepta servavi, et maneo in ejus dilectione* [30]. Si non servemus, illum non amare convincimur: *Rui enim non diligit me*, inquit Dominus, *sermones meos non servat* [31]. Et iterum: *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me* [32]. Quopropter qui in Christum credit, non habet aliud prius, quo fidem suam ostendat ac probet, nisi quia fugit, quæ ille prohibuit. et facit quæ jussit.

Præclarum est in Christum credere: sed necesse est etiam Christo credere. Nam qui Christo non credit, in Christum credendo nihil proficit. Credere quidem in Christum debemus, ut in Deum, consubstantialem Deo et Patri, hominem natum propter nos, ut dictum est. Credere autem illi etiam in omnibus quæ locutus est, nempe in bonis ac præmiis quæ pollicitus, et in suppliciis quæ comminatus est. Etenim martyres, qui in eum crediderunt, cum credidissent dicenti: *Qui me negaverit, negabo illum vicissim: et qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [33], ideo ad mortem usque cruciamenta sustinuerunt. Alioqui, cedo, qui vitam projecissent, si in his ei fidem non habuissent? Et omnes qui cum sanctimonia ætatem egerunt suam ob divina illa promissa, pollicitationesque, et minas ac terrores, ita sancte justeque vixerunt. Qui autem in Christum credit, seque etiam illi credere profitetur, neque tamen ab improbis factis declinat, neque ad virtutem incumbit, infidelis est, Christum negat, *per prævaricationem legis Deum inhonorans*, ut apud Apostolum legimus [34]. Quod si affirmet, credere se quidem Christo, quando quidem et in ipsum credat, in virtutibus autem elaborare, hoc est, mandata ejus observare præ infirmitate non posse, mentitur: omnia namque apostolis a Christo Deo præcepta, nobis similiter præcepta sunt, eaque dum in hac vita commoramur, servare quidem possumus; sed quia charitate in Christum imbecilles sumus, nolumus. Quorsum enim alioqui verba illa Apostoli de Christo pertinebant: *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio? Christus enim Dei virtus et Dei sapientia* [35]. Patet igitur eum huic non communicasse. Virtus enim Christi duplex est credentibus: quando et ipse, licet secundum hypotasin unus, tamen duplex est. Et ut substantia nostrum similis, et genere noster frater, cordibus nostris prius ejuscemodi statum largitur, qualem habeat oportet: qui proprie homo est. Secum quippe communionem habentem, pœnitentia contritum et humiliatum, sobrium, compunctum facit ut, cum talem effecerit, supplicantem non despiciat: sicut et Propheta ait: *Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies* [36]. Qui enim in corde contrito et humiliato non petit, despicitur.

Ubi deinde Christianus talem se præbuerit, tunc oranti, petentique Christus etiam virtutes donat; quippe ut jam mitem et paratum doceri vias Domini [37] (soli namque mites eas docentur), reddit eum castum, temperantem, justum fortem in tentationibus, rerum divinarum peritum, misericordem, aliena incommoda sentientem, humanum, bonum Christianum, Christi insignia portantem, ac fidelem. Creditur enim illi gratia sanctissimi Spiritus ejus, per quam, et in qua ista acquisivit (a solo enim Deo virtutes hominibus suppeditantur), fitque similis Patri suo cœlesti, sicut et divinus apostolus Joannes Theologus inquit: *Filioli, nondum apparuit quid erimus. Scimus enim, quod cum apparuerit, similes illi erimus* [38], id est, Christo Deo, Filio Dei. Regnum cœlorum siquidem tales admittit, qui Filii Dei similitudinem gerant, quam quidem consummata Dei mandatorum observatio conciliat, et ea ipsa ex charitate erga Christum proficiscitur: *Qui diligit me*, ait Dominus, *mandata mea servabit* [39]. Et qui servat mandata Christi, ejus similitudinem adipiscitur: formatur enim in eo Christus, juxta illud Apostoli: *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* [40]. Nisi enim in christiano quolibet Christus formatus invenietur, regnum cœlorum ei non patebit.

Itaque nemo Christianus semet decipiat, putans se partem habere cum Christo, dum non obtemperat Christo: *Non enim omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est* [41]. Est rursum: *Ego descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me Patris* [42]. Atqui Patris et Filii voluntas eadem est. Si ergo Dominus ipse hæc loquitur, quo pacto in Christianis numerabitur qui suam voluntatem facit, et Christi quasi limis oculis aspicit? Aut qua tandem spe Christum esse Dominum confitetur? Quis, quæso, cui servit, eum fatetur esse Dominum suum, et eidem non obedit? Dæmones Christo non obsequuntur, nihilominus eum confitentur, et norunt

[29] Matth. XXVIII, 18-20. [30] Joan. XV, 10. [31] Joan, XIV, 24. [32] Ibid. 21. [33] Matth. X, 22, 23. [34] Rom. II. 23. [35] I Cor. I, 24-30. [36] Psal. L, 19. [37] Psal. XXIV, 1, 5. [38] I Joan, III, 2. [39] Joan. XIV 23. [40] Galat. IV, 10. [41] Matth. VII, 21. [42] Joan. VI, 38.

eum esse: aiunt enim: *Novimus te qui sis sanctus Dei* [45]. Sed quoniam defecerunt, jamque nec olunt nec possunt, hunc, Dominum suum pellare; etiam ejus voluntati obtemperare queunt. Solus igitur ille censendus est ristianus, qui Christum simul Dominum suum nfitetur, simul eidem obsecundat. Qui enim bet, et confitetur Christum Dominum suum, tute cognominationis a Christi nomine confir- atur, ut se ad arbitrium ejus voluntatemque commodet. Si non confirmatur, tum eum ore nus Christum confitere, corde autem longe ab distare certum est [44]. Fieri siquidem non potest, qui medullitus Christum Dominum suum con- etur, non etiam ejus voluntati parere queat. gnitudini enim fidei alacritatis ad exsequendam i voluntatem incrementum respondet. Ergo qui ndata conficit, secundum proportionem obe- entiæ suæ, modum ac mensuram fidei suæ monstrat. E contrario, qui mandata negligit, o portione cessationis, omissionisve, quantopere fide claudicet, ostendit, et pro incredulitatis e modo gratiæ detrimentum accipit. Nam ut ie Christo Christi voluntatem facias, haud est ssibile, id quod ipsemet testatur: *Quia*, inquit, *ie me nihil potestis facere* [45]. Jam qui Christi luntatem non facit, absque Christo est, nec ex quod Christum confitetur, ullam utilitatem piet. Etenim Christum confiteri, et Christo edire, quanquam duo videntur, tamen non duo, l unum quiddam sunt: nec enim unum sine ero constat, tametsi ignorantes quidam aliter ntiant. Audi apostolum: *Fides sine operibus rtua est in semetipsa* [46]. Et Dominum: *Quid me catis, Domine, Domine, et non facitis quæ dico* [47]? *non, amen, dico vobis, omnis qui facit peccatum, n est servus Christi, sed peccati* [48-49]. Servus autem ccati in domo Dei et Patris manere non potest æternum: sed Filius, et quem Filius a servitute ccati liberaverit. Atqui domus Dei et Patris, gnum est ejus. Si quis ergo christianus appel- us dicit: Confiteor Christum, et in ipsum credo, in hac sola confessione christianismum suum stituit, seque hac via regnum Christi assecu- um arbitratur, seipsum seducit. Quonam enim do christianus erit, qui in singulos dies, vel ius in singulas horas Christum operibus negat, m Deum esse verbis confitetur? En Apostolum ntem: *Deum confitentur se nosse, factis autem ant abominati, increduli, et ad omne opus bo- n reprobi* [50]. Nam qui jussa Christi contemnit, ie existimet se non etiam hoc ipso Christum are. Quoties enim mandata Christi violat, to- eumdem negat: ut e diverso, qui legibus ejus dit, singulis actionibus obedientiæ illius Chri- m confitetur. Quis ut factis negant, qui verbis A tantum credunt, sic operibus fidem suam testan- tur, qui verbis eam confitentur; quoniam timent Deum, quem confitentur.

Timere autem Deum, aliud nihil est, quam nihil improbi facinoris committere, cum nemo videt. Multi quippe propter timorem hominum, propter pudorem, propter gratiam a flagitio temperant; quod proinde est, ac si perpetrarent. Quemadmodum ex altera parte, quis causis commoti, laudabile quidpiam præstant, eodem loco sunt, quo qui non præstant, propterea quod quicunque in recte factis hominum favorem plausumque aucupatur, aut ex alio quodam affectu ea suscipit, reprobus est apud Deum. Verum in omni opere, verbo, B cogitatione is finis propositus esse debet, ut Deo placeas, illumque honores, convenienter sententiæ apostolicæ: *Sive comeditis, sive aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite* [51]. Quod si verbum hoc verum ac certum est, sicut est (regis enim et judicis, et Domini Jesu omnipotentis est), nempe: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum* [52], quid supra Scribas et Pharisæos præmii reportabunt, qui injustitia abundaverit? Si enim illi, cum essent extra gratiam, justitia erant præditi, et qui Christum, hoc est Deum induerunt, potius injustitia cumulati fuerint, num qui a regno cœlorum velut exsulatum mittantur, dignissimi non erunt?

C

ORATIO IV.

ARGUMENTUM.

Qui petit, nesciens quid petat, eum frustra petere. Quod si etiam scit quid petat, nec tamen prius accepit quod petit, id ei nihil prodesse. Quod sit regnum cœlorum, et qua ratione Christiani id acquirant. Quis sit malus (dæmon) et quo pacto ab ejus jugo liberari possimus. Quomodo et per quæ tandem opera anima resurgat.

Plerique Christiani, partim qui cultu monastico incedunt, partim qui in vita mundana pietati dant operam, spiritualem sese fructum percipere opinantur, cum Davidicos psalmos, et reliqua cantica cecinerint tantum quod ea decantarint, et se ita glorificare Deum opinantur; nescientes se et illum D exacerbare; et præterquam quod nullum consequuntur emolumentum, etiam non levi peccato ex hoc obstringi. Omnis enim sermo non simpliciter sermo, sed alicujus rei sermo est. Nam si quis esurit et sitit, et nudus est, si rogaverit panem et vinum, et vestimentum, num ei satis est tantum, modo loqui; an, si nihil obtinuerit, ipse quemadmodum antea esurit, sitiit, nudus est, et sermo ei nihil contulit? Idem in canticis omnibus usuvenit. Qnæ enim psalluntur, aut petitiones sunt, aut gratiarum actiones eorum, qui, quæ petunt impetrant. Qui igitur dicit Deo: *Adveniat regnum tuum*, nisi modum regni dedicerit, quomodo ad-

[45] Marc. I, 24. [44] Isa. XXIX, 13. [45] Joan. XV, 5. [46] Jac. II, 20. [47] Luc. VI, 46. [48-49] Joan. VIII, 34. Tit. I, 16. [50] I Cor. X, 31. [52] Matth. V, 20.

veniet? Sin modum quidem intelligat, quod venit ipse autem qui regnum advocat, idcirco preces concipit, ei subjectus non est, quid lucri ex eo quod dicit : *Adveniat regnum tuum*, referret? ait enim Dominus in Evangelio : *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum*[53]. Quo ergo qui omnia ex nihilo producit, quique implet omnia, et est ubique, et regit omnia Deus, quo, inquam, ille, et regnum ejus nunc abierunt? Utique nisi recessisset et nunc rediisset, non dixisset : *Quoniam appropinquavit*. Non recessit ille, sed ipsi nos ab eo abrupimus : ab ipso enim Adamo condito nobis conjunctus erat. Qui postquam fraude circumventus, scelere se obligavit, regnum Dei, quod est Spiritus sanctus, a nobis seclusum est. Nequit enim Deus bonus et sanctus cum improbitate habere commercium. Porro cum ipsi per nos ad bonitatem regredi non valeremus (quemadmodum et pannus lacer, luto et putredine fœdatus, a semet, et sine aqua ablui non potest), idcirco ipse rursnm venit, qui nos valet, abluere, ut nos primum aqua. Spiritu sancto mista ac temperata lavet : deinde mundus ipse super mundatos regnet : ut super nos regnans, per nos voluntates suas in opus deducat. Nisi enim ipse imperium in nos teneat, a nobis fieri quod illum delectet, neutiquam potest. Quocirca quicunque suo regno Deus prius non fuit, nec secundum intellectum sentit, Deum in ipso voluntatem suam per Christum explere, frustra defatigatur, frustra vivit : impostoris regnum etiamnum patitur, nec animadvertit. Etenim nisi anima intelligens, regni Dei, quo contacta est, sensum intellectualem acceperit, salutis nulla spes relinquitur. Cæterum ratione utentem animam quæ regnatur, divinitatis regnantis beneficia et sancti Spiritus multiplicem efficientiam intelligere oportet, charitatem, gaudium, pacem, longanimitatem, et cætera. Ubi namque Deus rex est, ibi diabolo non servitur : sed omne ministerium ad Deum confertur.

Rursum qui Deum ita precantur : *Libera nos a malo*, nisi quis sit ille malus, et quomodo possideantur a malo, et quæ ejus vincula, quæ item ejus in subjugatos potestas, cognoverint, quo pacto Deus illos liberabit? Quod si hæc eos non latent, nec tamen a malo liberati sunt, clamare assidue : Sed libera nos a malo, quid prodest? Malus enim est, qui in naturam humanam legem peccati implicuit diabolus : quem quandiu actionibus cum improbitate conjunctis colimus, non est pars nostro ille bonus, nec Dei regno digni sumus, ut qui ipsum falso Deum Patremque nominemus, cum diabolum principem, et patrem, et dominum, ac deum habeamus, cujus et characterem in nobis per opera vitæ nostræ ferimus, sicut Judæis alicubi objicit Dominus : *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestris vultis facere*[54]. Et : *A quo quis victus est, hujus et servus est*[55]. Quemadmodum enim filius omnisimilis est patri (filius quippe non nisi ex natura patris sui exsistit), sic et Christianum Patris sui, Christi, inquam similitudinem, per virtutes Spiritus, non similitudinem mali, per affectus peccati induere opus est. Quare tyrannis illius mali, cognoscenda est, et qua vafritie ac dolo eam exerceat ; qua item via evertenda ac destruenda sit, ut docti regnum Christi, ejusque percepta notitia idipsum in veritate advenire et a cupiditatum laqueis, malique servitute expediri, vindicarique desiderimus. Verumenimvero illi duntaxat regnum Dei advenit, qui ipsum cognoverunt : et in quibus regnat, eos angelorum cives reddit. Nam ex inobedientia primi hominis genus humanum maledicto devinctum est : maledictum consecuta est corruptio, corruptionem excepit interitio. Contra, ex obedientia secundi hominis, Christi videlicet, pervenit ad nos benedictio, ex benedictione incorruptio, ex incorruptione immortalitas, ex immortalitate vita, et ut olim, vita ex Deo. Ubi enim est Deus, inde diabolus ac dæmones fugiunt. Ita liberatio a malo, et a dæmonibus ejus, redemptioque generi hominum per Christum parta est ; ante quam libertatem nemo se hominem existimet. Melius enim erat, ei si natus non fuisset.

Porro duo sunt in his qui quid petant nesciunt : ignorantia et stupor. Et ignorans quidem quid dicat non videt : stupidus quid roget, nescit. Quis autem princeps misericordiam petenti, et tamen quæ illi præstatur misericordiam ignoranti, aut non intelligenti quod dicat, largiri solet, quæ labiis tantum simpliciter, et quasi ex sola consuetudine, ut æs sonans, aut cymbalum tinniens promit? Propter hoc regnum diaboli, et potestas ejus adversum Christianos invalescit ac stabilitur. Et hinc tum monachi, tum sæculares christiani mendaces, maledici, criminatores, perjuri, zelotypi, invidi, queruli, detractores, avari raptores, injusti hypocritæ, fornicarii, adulteri, lascivi, improbi, superbi, legirupæ inveniuntur Et hæc dici atque esse Christiani gloriantur, populus stultus, insipiens, inobediens, ingratus, sine affectione, absque fœdere, osor hominum, oso fratrum, osor patrum, osor liberorum, osor amicorum, Deo odibilis. Væ talibus cum Do laudes concinunt ; væ cum dant eleemosynas ; væ cum dona Deo offerunt : væ cum Deum adorant ; væ dum preces ad eum fundunt. Etenim *viæ impiorum abominabiles eorum Deo*[56], et precatio iracundi ac malevoli, odor deterrimus : eleemosyna superbi holocaustum canis, et beneficentia libidinosi, merces meretricis : avari munus, sacrificium immundum, et sanguis suillus. Sed enim iterrogabit quispiam fortasse, quid igitur isti faciant? Quisque eorum, quod illum decet. Qui indignitatem suam perspexerit, cum sacer-

[53] Matt. III, 2. [54] Joan. VIII, 44. [55] II Petr. II, 19. [56] Prov. XV, 8.

e congressus, rationem veritatis edocebitur, A tenus ei Evangelium justitiæ revelatum fuerit unc aptum et conveniens Chistiano homini institutum capesset.

)iscendum est ergo prius, quid sit : *Cloria in ssimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ untatis*[57]. Quæ sit bona voluntas. Quid illud : *is Dominus, et illuxit nobis*[58]. Quid illud: *illu-*. Christianus enim quilibet, qui Deum ejus sis factitandis, mandatisque custodiendis non rificat, nihil ab iis distat, qui in Deum non dunt, nisi etiam iisdem deterior est : *Si ego er sum*, inquit, *ubi est honor meus ? et si Domi- sum, ubi est timor meus*[59] ? Placuit autem et Patri humanam naturam, quæ a vita divina peccatum desciverat, secumque inimicitias ceperat, per incarnationem Filii sibi reconsi- e, eamque cum divina vita denuo copulare, tem Apostolus scribit: *Justificati per fidem Do- i nostris Jesu Christi pacem habemus ad Deum conversationem in Christo*[60]. *Ipse enim est pax tra, qui fecit utraque unum, et medium parietem ceriæ solvit, inimicitias in carne sua*[61], *et paci- vit per sanguinem crucis suæ per semetipsum, quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. Et nos n essemus aliquo modo alienati, et inimici sensu peribus malis, nunc reconciliavit in corpore car- suæ per mortem, et exhibuit nos sanctos, et naculatos, et irreprehensibiles coram ipso : si ien permanetis in fide fundati, et stabiles, et nobiles a spe Evangelii quod audistis, quod præ- atum est omni creaturæ quæ sub cælo est, cujus tus sum ego Paulus minister* [62]. Christianus m, qui per transgressionem mandatorum Evan- ii Christo resistit, et cum Deo bellum gerit, imet, ac Deo inimicus est et cum eo pacem ere neutiquam potest. Eousque siquidem inimici ue hostes Dei sumus, etiamsi fidelium nos ellatione velemus, quousque passionibus igno- niæ servire concupiscimus : *Apparuit*, inquit, *tia Dei et Salvatoris nostri omnibus hominibus, diens nos, ut abnegantes impietatem et sæcula- desideria pie, sobrie, et juste vivamus in hoc ulo*[63]. Igitur qui non pie vivit, impius est. Et qui n sobrie ac juste vitam traducit, multum abest ei gratia Dei salutaris appareat. Et quomodo Christianorum ordine et loco censeatur? Ingre- ns vero templum Domini, quid dicet? gratias t, an petet ? Si illud, semet fallit, utpote non bens, cum non acceperit, et nequidquam gra- s agens. Si hoc, qua petitione ? quam non no- , et quam ignorat ? Talis nullius pretii, et inuti- est, tanquam incredulus, et mortuus, et eus : incredulus. quoniam Christi resurrectio- m non suscepit, summopere mentiens, cum in ltico dicit: *Christi resurrectionem speculati* etc. Ipse enim adhuc inter mortuos versatur, nec hausit a Deo rorem, qui intelligentia perspicitur, et mortuis sanitatem impertit. Christi quippe resurrectio et gloria, nostra, qui sepulti infra jacemus, resurrectio est, quæ per resurrectionem ejus in nobis fit, ostenditur, et apparet, ut est in sanctissimo responsorio, quod ore nostro quotidie depromimus; *Christi resurrectionem speculati, adoremus sanctum Dominum Jesum Christum qui solum omni peccato vacat.* Ille enim cum nunquam peccatum ullum admiserit, ut scriptum est, nec ullam gloriæ suæ immutationem quoquomodo passus, qui resurget aliquando, et glorificabitur, qui supra modum, et supra omnem principatum, et potestatem glorificatus est, et manet ? Sed resurrectio, et gloria Christi, nostra est gloria, ut diximus, quæ per resurrectionem scilicet ejus in nobis fit, et in nobis conspicitur. Quia enim nostra semel assumpsit, quæ in nobis ipse facit, ea sibi ascribit. Et quemadmodum ipse Christus, et Deus noster in cruce suspensus, cum in seipso peccata mundi cruci affixisset, mortemque gustavisset, et in infima inferni descendisset, deinde rursum exstitisset, in immaculatum corpus suum revertit, a quo, cum eo descenderet nequaquam dissociata est ejus divinitas, statimque a mortuis resurrexit; ac deinde cum virtute et gloria multa in cœlum ascendit : sic sane et nunc nobis de mundo egredientibus, et imitatione quadam passionis ejus pœnitentiæ, et humilitatis monumentum quoddam subeuntibus, ipse de cœlo descendens, corpus nostrum ceu sepulcrum ingreditur, unitusque animabus nostris, convenienter eas a morte suscitat.

Resurrectio autem animæ, est illius cum vita conjunctio. Sicut enim corpus mortuum, nisi animam viventem in se recipiat, et cum ea absque mistione misceatur, non dicitur, nec dici potest vivere : sic nec anima sola per seipsam vivere potest, nisi modo quodam inexplicabili, citraque confusionem cum Deo, qui vere vita æterna est, consocietur, et uniatur. Unita autem Deo, mox ei, qui ita cum Christo resurrexit, mysticæ resurrectionis suæ gloriam cernendi facultatem præbet. Hinc dicimus : *Deus Dominus, et illuxit nobis.* Et secundum significantes adventum, subjicimus : *Benedictus qui venit in nomine Domini*[64]. Hanc resurrectionem qui liquido non vidit (utpote incredulus, impius ac mortuus), nec Christum Jesum ut sanctum, ac Dominum adorare potest : *Nemo enim*, inquit, *potest dicere : Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto* [65]. Et alibi : *Spiritus est Deus, et qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare*[66] ; hoc est, in Spiritu sancto, et in unigenito ejus Filio. Hic autem infidelis est, qui fidem per opera non ostendit, quando fides secun-

[57] Luc. II, 14, [58] Psal. CXVII, 27. [59] Malac. I, 6. [60] Rom. V, 1. [61] Ephes. II, 14. [62] Coloss. I, -23. [63] Tit. II, 12. [64] Matt. XXI, 9. [65] I Cor. XII, 3. [66] Joan. IV, 24.

dum Jacobum apostolum sine operibus in se ipsa est mortua, sicut et opera sine fide [67]. Mortuus autem ideo, quia vivificantem Deum in se non habet: quandoquidem eum qui dixit: *Qui diligit me, mandata mea servabit, et ego et Pater per Spiritum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [68], in sese non possidet, qui præsentia sua ipsum a mortuis excitet, atque vivificet, et tum excitatum in se, tum excitatorem videre largiatur. Cum enim in nobis per Spiritum fuerit, animas nostras a mortuis resuscitat, easque vita munerat, conceditque ut ipsum totum, qui immortalis, et interitus exspers est, vivere in nobis videamus. Etenim anima, antequam se Deo unitam cognoscat, videat, ac sentiat, quanquam intelligens, et natura immortalis est, nibilominus mortua, cæca, et sine sensu est. Atheus autem est, quia si judicium futurum, et supplicia sempiterna credidisset, vitam suam in nugis non exigeret. Nunc tam eos videri in perniciem ruere, quam nec ethnicos, super quos nomen Dei invocatum non est, indignum est. Et ambulant subnixi, nec majores suos miseri intuentur. Non sunt isti Christiani ne semet ludificentur, non sunt: sed impti, et sine Deo, et increduli; præsertim si monachi, aut sacerdotes sint, proh dolor! Sin autem epitcopi, o Christe, patientiam, et longanimitatem tuam, quod non terra dehiscit, eosque absorbet.

Si quis hujusmodi peste laborat, quomodo, obsecro, in templum, et maxime in Sancta sanctorum ingredietur? Scribens enim ad Corinthios Apostolus clamat: *Nolite errare, neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores, neque injusti, regnum Dei possidebunt. Et hæc fuistis*, inquit, *sed abluti, sed sanctificati, sed justificati estis in nomine Domini Jesu, et in spiritu Dei nostri* [69]. Qui enim ablutus, et sanctificatus, et justificatus est, ad ista aut immobilis est prorsus, aut difficile movetur. Quod si eo levi momento impellitur, eum de integro contaminatum, et ablutione gratiæ nudatum, justitiaque spoliatum, atque ideo ab Ecclesia Christi semotum, et ejus solo, ingressuque in templum Domini indignum esse constat. Quisquis ergo talem in se characterem animarverterit, saluti suæ prospiciat, certo sciens se extra christianismum esse Christumque sibi nihil profuturum: sed cum diabaio in ignem illi præparatum abiturum. Nisi enim sigillatim Christianorum mysteria cognoverit, scilicet per virtutem Christi intelligibilem iterum conflari, ac refingi debere, et in divinum hominem transmutari, fierique novam creaturam, et hominem novum, quo fides et baptismus referuntur, frustra Christiani nomen usurpat. Nam quicunque servatur, aut redimitur, aut liberatur, aut honore augetur, aut beneficio afficitur, aut opibus cumulatur, ab alio, non a seipso unumquodque horum assequitur. Quin etiam omnis qui lapsus, et attritus est, ab alio erigitur, et portatur, cum semet erigere non queat. Verumtamen, si se lapsum sentit, a quo erigatur, quærit, et inventum rogat, hortaturque. In sanitatem autem restitutus gratias agit, eumque collaudat, a quo erectus, sublatus, et sanatus est. Sic Christianus quilibet, ante sanitatem exorans illum, cujus opera sanandus est, potitus sanitate gratias agit medico. Quod nisi fiat, omnia inania, et cum iis quoque psalmodiæ, seu paucæ, seu multæ, inanes ac vanæ sunt.

ORATIO V.

Argumentum.

Qui mysteriorum divinorum participes fieri debeant, et quis indigne manducet, et bibat corpus, ac sanguinem Christi, ut Apostolus loquitur (*I Cor.* XI, 27-29).

Doctrina Patrum est, quemadmodum vir nobilis, et copiosus, si tritum, et directum relinquens iter, perque avia, et solitudinem ambulans in latrones inciderit, veste eleganti dispoliatur, vilique ac detrita, et carnes cruoremque redolente tunica coopertus, cum ipsis crapulæ, et ebrietati, rebus turpibus, et latrocinio vacat, expertusque, et delectatus, edacitate illa, potatione, libidinum sordibus (3), tandem tam fœde, et latronum more vivendi consuetudine obfirmatus, et totius cognationis suæ, et honestæ, ac illustris, ordinatæque vitæ prioris, amore gravitatis, et honestatis, in eo penitus frigente, velut oblitus manet: pari modo, Christianus, si deserta Christianis congruenti semita, diaboli via procedat, hoc est, si modestiam frugalitatem vitæ, morumque gravitatem parviducat, et illa inania in amoribus habeat, injustitiam, avaritiam, rapinam, atque ex his ad immunditam, fornicationem, proterviam delabens, et ita comparatus, gloriam quæ datur ab homnibus persequatur, postquam per iter istiusmodi in manus dæmonum devenerit, aliquando et ipso baptismate sancto, ejusque indicio et insigni nudatur

[67] Jac. II, 20. [68] Joan. XIV, 23. [69] I Cor. VI, 9-11.

(3) Ἔστιν ὅτε καὶ αὐτὸ τὸ ἅγιον ἐκδύεται βάπτισμα, καὶ τούτου γνώρισμα. ὅταν λήγῃ μὴ δύνασθαι ὅλως δοῦναι διακοπὴν τῇ ἀτελεγεία εἰ μὴ μόνον ἐν καιρῷ τοῦ κόρου τῶν αἰσχίστων. Ad verbum. *Est cum et ipsum sanctum exuitur baptisma, et ejus insigne seu nota: cum quis dicit: se non posse luxuriæ maledicere, nisi ex turpissimis satietatem ceperit.* Locus durior, nisi molliatur benigna interpretatione: quod fiet, si quis asserat Simeonem non loqui de quibusvis peccatoribus; sed de illis qui, ut Salomon ait, *in profundum venerunt* laetan *turque in rebus pessimis* (*Prov.* II, *11*); et qui cum inferno pactum pepigerunt. Isti enin exuunt baptismum ejusque notam, non quidem reipsa, cum baptismi character sit indelebilis; sed vita et moribus, cum actiones suas, totamque vitæ rationem non aliter instituant, quam si diabolo ejus que pompæ in baptismo nunquam renuntiassent.

m affirmet, improbitati ac petulantiæ nuntium mittere se plane non posse, ni ante e rebus urcissimis satietatem ceperit: potissimum si maculatum Christi corpus, ac pretiosum sanguinem sumere non dubitaverit.

Væ tum ei qui porrexerit, tum ei qui sumpserit. Huic, quia quo majore cum improbitate sit, eo magis propter imprudentiam, et audaciam abolicæ potestati subjicitur, derelictus a Deo, ut in sacro Evangelio scriptum legimus de Juda, m Dominus in cœna illa divina buccellam intinam ei porrexisset, illeque accepisset, statim Sam in eum intravisse. Illi, quia purissimo rpore, et sanguine Domini dignatus est, hominem, i nec pedem in templo ejus ponere dignus fuit: icum etiam cibum capere Christiano cuilibet erdictum est: *Si quis enim*, ait Apostolus, *frater minatur, et est aut fornicator, aut avarus, aut ıledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi c cibum sumere* [70]. Viden' quomodo nec frater , nisi solo nomine? et damnatum esse prodi-'em, siquidem hominem peccandō tanquam a via flectentem, et aberrantem, perfectum Dei inicum reddidit. Sed talis placide rogandus, futurumque et horribilium pœnarum peccatoribus cretarum redingranda illi memoria, et commofaciendus, aut instar cæci manu ducendus est am oculis orbatos non punimus, sed manu ducis), aut ut demens miserandus, ut qui a diabolo xetur quo auribus sibi a Domino Deo apertis, pietatem suam aliquando cognoscat, iterumque r pœnitentiam ad fidelium ordinem aggregetur. lis enim in impietatem ruit, qui si Christum ıcte coluisset, et Deum esse cognovisset, qui n vult iniquitatem, juxta illud: *Non habitabit xta te malignus, neque permanebunt iniqui ante ulos tuos* [71]. Et: *Odit Dominus omnes qui operan-r iniquitatem* [72], pavore ac metu se contrahens, pus ejus contingere noluisset, ne angelica mphæa percussus interiret.

umenimvero quia hujus generis non pauci mundo, coram hominibus erubescentes (nimim ne indigni videantur) divina participare non ormidant quos si quis ab ea audacia deterreat, lestus videtur, et convicia recepit, non enim elligunt, se id facere, quod erubescant, sed cum maculata communione prohibentur, incitantur plius ut sese in vecordiam, summum contemım, desperationem, perditionemque præcipitent, a tanto periculo, quanto majus nec est, nec t (per indignam quippe communionem, corporis risti, et sanguinis rei fiunt) eos revocanti gratias ınt; quid autem intolerabilius, quam supplicium e incurrere quale perpetientur; qui Christum crucem egerunt? Quia, inquam, multi tales ıt, ita eos tractare oportet. Cogenda fratrum ıltitudo, et Deus super iis cum lacrymis invocandus, ut eos Satanæ tradat in interitum carnis, quo spiritus salvetur in die Domini. Quid porro vult tradi Satanæ in interitum carnis? ut morbis, et incommodis, et doloribus, et plagis, et vulneribus pene immedicabilibus, et variis, atque omnigenis invaletudinibus corpus jactetur ac lancinetur, quemadmodum diabolus Job percussit ulcere pessimo, a pedibus usque ad verticem: ut propter contritionem corporis quanquam inviti sapiant, et quod sani refugerunt, tum gemitibus, cruciatuque præstent. Deus enim anima peccante, corpus ad pœnam vocat. Sanctitudo autem divinæ communionis peccata dispellendi, animæque ab affectione, et impulsu ad ea purgandæ vim ac potestatem validam habet. Et sicut in uno vase ignis, et aqua simul esse nequeunt: ita nec mundissimum Christi corpus, et detestabile peccatum in uno eodemque christiano. Quod si amore peccandi irretitus, dum sanctam Christi carnem, impollutumque sanguinem participat, illico non interit, ibi tamen reconditur, *ubi vermis non moritur, et ignis non exstinguitur* [73]. Quamobrem si talis in omnem æternitatem cum diabolo ignem perferre potest, intrepide participet. Sin autem, expedit ei ad tempus e sacra communione arceri, et pœnitere, item aliquandiu indulgere lacrymis, quodque ad se attinet, sudare paululum, frenare aliquantum, ac domitas habere libidines, ac tum demum nullo periculi metu communicare, ad expellendum introgressum, tirannyceque ad lasciviam, aliasque impuritates sollicitantem Satanam. Etenim qui turpibus rebus impense delectatur, haud per se id facit, sed ab ipso diabolo impulsus, cui ab ipso inescatus, ostium appetitus sui voluptarii reseravit, ut inde caput suum proferret. Et nunc sensim ingressus, plane ut super lectulum cordis recubat: perinde ut qui a dæmonibus agitantur, sæpe cum voluptate stercus devorant. Quod cogitare secum debet, quem propter multam Dei misericordiam, visitationemque serpens antiquus vel paulum sapere patitur, et ad Christum confugere, qui solus et dæmones abigere, et tam animi quam corporis morbos appellere potis est.

Porro scire licet, quinque hominum genera sacra communione a sanctis Patribus excludi. Primi sunt catechumeni, utpote baptismo nondum expiati. Secundi, baptizati quidem, sed qui sordes et peccata diligere cœperunt: nam hi vitæ sanctæ desertores, et apostatæ nominantur. Tertii, qui a malis spiritibus humano generi infestis, et adversariis insidentur, et occupantur. Quarti, qui a vita facinorosa recesserunt illi quidem, verum adhuc pœnitentiam agunt. Quinti, qui non totam vitam suam Deo consecrarunt, nec in Christo omnimodis sine crimine vivunt. Quatuor quippe sunt, dignus indignus, digne indigne. Indignus omnino, a cibo

[70] Cor, v, 11. [71] Psal. v, 6. [72] Ibid. 7. [73] Isa. LXVI, 24.

et potu isto rejicitur. Dignus autem, siquidem digne accesserit, dignus est: si indigne, *judicium sibi manducat, et bibit, non dijudicans corpus Domini*[74]. Quinque enim ponuntur ordines ejectitiorum ab Ecclesia: catechumeni, ut nondum baptizati: fornicarii et adulteri, in masculos insanientes, corrupti, homicidæ, avari, raptores, injusti, superbi, iniqui, impœnitentes in his sceleribus; a dæmonibus, possessit; qui ad pœnitentiam et confessionem accesserunt, et ut ad tempus definitum extra manerent, punitisunt; postremi, qui perscriptum pœnitentiæ spatium nondum compleverunt. Hi igitur, id est, quinque ordines isti. manifeste indigni sunt (4). Dignus autem corpore, et sanguine Christi purus et inculpatus. Cum vero quispiam dignus, alicujus errati, ut homo reprehensus fuerit, talis dignus indigne susceperit, si non, quod in ipso reprehenditur, excusserit et abjecerit. Itaque et ille edit ac bibit indigne, qui cum dignus sit, digne tamen non accessit.

ORATIO VI.

ARGUMENTUM.

Homines pecunia, vana gloria, et voluptatum illecebris capi, atque irretiri solere.

Tria sunt, quibus anima omnis in hanc vitam ingressa capitur et subjugatur, pecunia sive opes, gloria, voluptas. Omnis namque homo, mundum hunc propter primam primi hominis prævaricationem locum afflictionis et supplicii, ac sola in morte miseriarum, et ærumnarum esse requiem ignorans, cum traducere vitam incipit, ad eam citra molestiam, citraque indigentiam traducendam opes exspetit. et procedens in honore et gloria esse desiderat. Ubi ver ætatis contigerit, jucundis rebus frui; ut sensus compos, iis qui sensibus percipiuntur: ut aspectabilis, aspectabilibus: ut temporaneus, temporaneis. Nam qui videt ea quæ sub oculos cadunt, etiam ea quæ non cadunt videre nequit: sicut qui illa inaspectabilia contemplatur, similiter quæ aspectu sentiuntur, intueri non potest. Quisquis enim in vitam hanc quæ videtur, nuper introivit, nisi doceatur, nescit num quædam exstent, oculorum sensum fugientia: atque etiam hoc ipsum ignorat se eaducum, et mortalem esse, nec se propter præsentem hunc, sed alium quemdam perpetuumque mundum procreatum: quem ut mereatur, hic erudiri præparari, ac perfici debeat. Tenendum itaque, si hæc tria ei dominabuntur, fore ut ab iis etiam cum volet, se extricare non valeat: ubi nec passer tendiculis implicitus

[74] I Cor. II, 29.

(4) Cur non baptizati a sacra communione repellantur. ratio in promptu est; quia baptismus ad omnia sacramenta fores pandit. Secundo rejicit Simeon ab hæc cœlesti mensa peccatores. manifestos nimirum et publice notos; scortatores, adulteros, raptores, et hujus generis alios; ut insemet Simeon explicat. Vide S. Th. III, p., q 67. art. 6, et ibid. Franc. Suar. sect. 2 et 5.

Tertio, excludit energumenos, seu a dæmone obsessos. Eosdem excludit S. Dionys. Areopag. cap. 3. *De cœlesti hierarchia*, part. II; collocat enim illos extra templum eo tempore, quo res divina peragitur, inter catechumenos et publice pœnitentes: quem S. Thomas III p. q., 49, art. 9, interpretatur de energumenis nondum baptizatis, *in quibus scilicet nondum est vis dæmonis exstincta, quæ viget in eis per originale peccatum* Cum energumenis baptisnatis unda ablutis dicit S. Thom. idem servandum esse, quod cum cæteris amentitibus, nimirum si absque periculo irreverentiæ communicare possint, et intervalla habeant, non esse illis negandam Eucharistiam; nam ejus virtute et auxilio aut dæmon expelletur, si id ad salutem hominis conducat; aut certe corroborabitur, ut ærumnam illam generoso animo perferat. Hanc doctrinam confirmat sanctus Thomas testimonio Cassiani, cujus hæc sunt verba collat. 7. c. 30: *Communionem vero eis* (obsessis) *sacrosanctam a seniorib us nostris nunquam meminimus interdictam: quinimo, si possibile esset, etiam quotidie eis impartiri eam debere censebant.* Paulo post subdit: *Hoc namque modo curatum et abbatem Andronicum nuper aspeximus, aliosque complures. Magis namque ac magis inimicus insultabit obsesso, cum eum a cœlesti medicina viderit segregatum, tantoque dirius et frequentius attentabit, quanto eum a spirituali remedio longius senserit abdicatum.* Hæc abbas Serenus apud Cassianum: Sic etiam Timotheus Alexandrinus episcopus in suis Responsionibus vult, ut energumeni statis temporibus Eucharistiæ sacramentum percipiant, etsi non quotidie. Item docet Balsamon scholiis ad Timothei Responsiones: Vide Francise. Suares tom. III, d. 69. sect. 2, in fin. Exstant quæstiones monachorum quorumdam, et ad easdem responsa, ubi quæritur an oporteat dæmon acum communicare sacramentis, sanctum enim Timotheum aliter dixisse; et aliter sanctos apostolos: Responsio est: *Eum qui vere sit dæmoniacus sacramentis minime dignandum esse.* Quod tamen Balsamoni in scholiis ad ejus Responsum non probatur, si loquamur de illo dæmoniaco, qui mentis interdum est compos; et a dæmonis agitatione nonnullam quietem interdum habet.

Quarto excludit Simeon ab Eucharistia publice et solemniter pœnitentes. Nam istis non dabatur Eucharistia durante pœnitentiæ tempore, nisi periculum vitæ impenderet; quod cum aliunde, tum ex canonibus apud Gratianum 25. quæst. 6. et ex cod. de pœnitentibus de consecrat. d. 3, liquet. Leguntur epistolæ, ut sic vocem, *Pœnitentiales*, Dionysii Alexandrini, S. Athanas. S. Gregor. Thaumaturgi, S. Gregor. Nysseni, S. Basilii, et aliorum cum Balsamonis commentariis.

se attrahat, impleaturque in ipsa, quod dictum est
a Domino : *Qui diligit me, sermones meos servabit,
et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.
Et ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum
faciemus* [29].

Hoc animæ mysterium omnis sæculi hujus sa-
pientia ignoravit : quæ sapientia ob id etiam pa-
stus rationis exspers dicitur : nam hoc solum animæ
arcanum pastus cum ratione conjunctus est. Unum-

[27] Joan. VIII, 35. [28] Ibid. 36. [29] Joan. XIV, 22.

quemque enim Deum, seipsum, et dæmones nosse oportet. Illum, ut Dominum, quique solus salvare possit. Semet, ut imbellem adversus hostem, quem animo videmus. Dæmonas, ut hostes inaspectabiles, qui, quod admirabile est, perpetuo nos per nos ipsos oppugnant. Ut enim exterior aspectus præter solis lucem ad perspicue evidenterque dignoscendum res quatuor requirit, illæsum oculum, commensam motionem, commensam distantiam, purum aerem : sic sane et interior aspectus eget mente perfecta, motione commensa contemplationis, quam Dei timor ceu freno moderetur, et quadam intelligibili aeris puritate, illuminati vero lumine, quod omnem hominem in mundum virtutum venientem illuminat. Etsi vero hoc lumen abscondi impossibile est, quod nullo sepimento, aut nube intercipitur, aut prohibetur, tamen haud ab infidelibus animabus, sed ab iis solum, quæ in Christum crediderunt, videtur. Fideles porro animæ in veritate sunt, quæ post regenerationem divini et sacri baptismatis in nullo penitus magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi mandatum transgrediuntur : sed cum sancto Davide optant dicere : *Ad omnia mandata tua dirigebar. Omnem viam iniquitatis odio habui, quoniam omnia mandata tua justitia*[30]. *Omnis enim qui facit justitiam*, scribit dilectus ille Joannes, *ex Deo natus est : qui autem facit peccatum, ex diabolo est*[31]. Fidelem itaque et infidelem mandata distinguunt. Nam ut in quolibet Christi mandato exsequendo fides et confessio Christi exercetur : sic in unaquaque ejus mandati violatione infidelitas et negatio invenitur. Credentibus igitur in Christum animabus, et ejus jussa legesque custodire statuentibus, pro mensura fidei et obedientiæ, quam Christo præstant, etiam illis ut videant largitur ; quod quidem videre, est notitia eorum quæ proprie bona sunt et quæ non sunt, quæque in malis habenda, et quæ non habenda, ne exitium pro salute, neve salutem pro exitio intueamur : sed veluti cum aurum projectum videmus, ad id colligendum accurrimus : et præcipitium conspicientes, non inde nos præcipitamus : sic cernentes Dei voluntatem, prompte ad illam ferimur ; et videntes peccatum, cavemus ne in id præcipites abeamus confringanturque ossa nostra, et neque ad temperantiam, neque ad justitiam stare possimus : verum non secus, quam qui in lecto decumbunt paralytici, jacere velimus in immunditiis, et avaritia, et gaudeamus potius instar delictorum, quorumdam, nulla idcirco molestia doloreque affecti. Ut enim oculis subjecta creatura omnis continenter lumine, quod sentitur, indiget, ut videatur : pari modo quælibet sub intelligentiam veniens natura, semper intellectuali quodam lumine opus habet, ut mente comprehendatur.

Duo quippe sunt lumina, unum hic sol, qui sensum movet, et visu percipitur, quique oculis dat, ut corporatam creaturam aspiciant : alterum quod intellectile lumen dicitur, Christus Deus, qui aspectibus intelligibilibus donat, ut creaturam incorpoream intelligibiliter contueantur. Nisi exortus fuerit sol, quem sensus attingit, loca plana, et directa, vias puras, et sorde vacantes nemo videt : ita nisi sol quem mente cognoscimus, sese extulerit, vitiorum præcipitia, et directum justitiæ callem, divinorumque mandatorum pulchritudinem nullus perspicit. Si ergo Christianus reperiatur, qui per viam improbitatis totam, aut ex parte ingrediatur, necdum est Christianus. Nam Christianus ab ipsa arcana Dei cognitione, qua per sacrum baptisma imbuitur, divino impletur lumine, et illuminatus est, ac dicitur. Atqui omnis qui in lumine ambulat, foveas et offendicula videt. Si non videt, nec lumen habet. Quomodo ergo Christianus est ? Si autem se videre affirmat, et nihilominus deliciarum illecebris capitur, mendacium dicit. Videt enim quemadmodum qui lumine carent, id est, infideles : et illi quippe bona et mala internoscunt quidem, verumtamen a malo non declinant : propterea quod non pure ac liquido vident, quid proprie bonum aut malum sit. At Christianus quandiu non perspicue. ac limpide malum cernit, nondum fuit Christianus. Certabit vero certamen in gemitibus, et lacrymis et jejuniis, ut sibi verum perfectumque lumen illucescat, quod omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat[32], et habitus animæ naturales emendet, atque illustret, firmosque ac validos reddat, quo voluntatem Dei bonam, beneplacentem, et perfectam videat, et eamdem cupide ardenterque complectatur. Qui enim vim cœlestem a sancta baptismatis natatoria non senserunt, quæ vis regeneratio et renovatio, et ut vere est, reformatio totius hominis vocatur, iis post hæc et institutione et impositione venerandarum manuum a sanctis illuminatisque opus est. Nisi enim cuique Christiano habitus a natura ingenerati antea correcti, transmutati, et a turpitudine eos obscurante perpurgati, solideque stabiliti fuerint, perdifficile, imo impossibile est omnino cui visa animæ, divinis voluntatibus obsequi. Nam prius quod debile et ægrotum est sanato confirmatoque, ita demum ad ministerium accedere fas est, quod omni cui ministratur conducit. Quod enim adhuc morbidum est, cuilibet hero inutile est. Ex hac ignorantia plurimi ascetæ imbecilles et invalidi, frustra laborant, et dormiunt multi[33], quos proinde æternum illud incendium cremabit.

ORATIO XI.

Argumentum.

Qui de præteritis peccatis delet, eum nequidquam dolere, nisi medicinam quoque infirmitatis suæ, per quam peccat, a Christo flagitatam accipiat. Quæcunque homines in hac vita agunt, si ad

[30] Psal. CXVIII, 128, 172. [31] I Joan. III, 7, 8. [32] Joan. I, 9. [33] I Cor. II, 30.

animarum sanitatem ea non conducant, inania esse, ideoque morbos spirituales curare oportere. Quomodo sponte, et præter voluntatem peccetur.

In lacrymis, et mœrore versari, et precari a Deo isericordiam ob delicta sua, præcedentibusque fensionibus et erratis veniam poscere, bonum ac udabile est: sed istud nihil cuiquam commodat, nisi Christus imbecillitatibus ejus mendicinam cerit: quibus ascribi debet, quod etiam peccare queat. Quocirca pœnitens quibusque contendet, a Christo vires, ad affectiones turbidas penitus nitusque profligandas impetret, quo jam sanctiatus, ad exsequendam Dei voluntatem, et Christi ssa facessenda aptus, et idoneus fiat. Etenim te sanctificationem, id est, ante adeptam perturtionum vacuitatem, qui aliquando ex insita firmitate se culpa contaminat; aliquando semel Christi præcepta servanda cogit, quem tandem uctum colligit? Certe ædificanti, et rursum ædiata destruenti similis est. Itaquæ naturæ imbellitatem a Christo sanari necesse est, qui solus venit medicus ad tollendas infirmitates nostras, quibus est illa, unde in peccata prolabi conievimus. Hic est enim Agnus Dei, qui tollit pecta mundi, quæ est corruptæ naturæ nostræ firmitas. Post Adamum quippe propter inobeentiæ scelus e paradiso ejectum, homo quilibet ger, debilis, infirmus est redditus. Infirmitates rro hæ admirabiles sunt, inter naturam et luntatem intercedentes: ut nonnunquam ad turam, nonnunquam ad arbitrium et voluntam referendæ videantur. Sunt autem istæ. Homo ivis plus minus alio infirmus est ad sinceram aritatem. Infirmus ad non invidendum. Infirmus non conviciandum. Infirmus ad non reprehendum. Infirmus ad non irridendum. Infirmus ad n mentiendum. Infirmus ad non irascendum. firmus ad non concupiscendum jucunda quæ det. Infirmus ad temperantiam. Infirmus ad tandam vanam gloriam. Infirmus ad fugiendam aritiam. Infirmus ut nolit aliis, et æqualibus aut pientior, aut prudentior, aut robustior, aut celrior, aut honore dignior esse. Infirmus ad comiserationem, ad misericordiam, ad communicanem, ad gratias Deo assidue agendas, ad stinendum ab omni malo, ad consectandum ne bonum: ut quemadmodum, supra dictum t, nunc quidem per vim liberæ voluntatis, nunc r naturæ tyrannidem infirmus atque imbecillis pareat.

Quod cum ita sit, hasce infirmitates et languos istos curari oportet; quærere autem medicum quo curentur, magis oportet. Ideo nobis Chrianis precem supplicem majores præscripserunt, dicamus semper Deo, in contritione cordis: *sita, et sana infirmitates nostras propter nomen tuum*, hoc est, gratis, *ut habens nomen gloriosum, ut misericors, et benefactor, et solus medicus*. Quisquis igitur curationem est consecutus, evasit etiam Christianus: nec in seipso gloriatur, sed in medico, cui dies noctesque gratias agit, et ex animo se humiliat Nisi enim sanatus invenitur, nondum sanatus est, ab ignorantia videlicet, sive incogitantia, ut qui nesciat, quid Deo dicat, et quas infirmitates sanari desideret. Quod si non curatus, purgatusque moriatur, gehennæ flammis in omne ævum ardens purgabitur. Est vero perquam miserabile spectaculum, cum homines Christiani diu noctuque clamant: *Visita, et sana infirmitates nostras, Domine*; et Dominus his mederi non potest, cum, quæ sint ipsorum infirmitates (quæ tantæ, tam multæ, tam variæ sunt) nesciant. Hæc causa est, cur Christiani pereant, de mendicis et pauperibus, de civibus et millitibus, de monachis, clericis, diaconis, sacerdotibus, episcopis, principibus et regibus Horum infirmitates communiter ac simul uno quodam medicamine, divinæ naturæ communione scilicet curantur. Nisi enim unusquisque Christianus secundum captum propriæ fidei divinæ naturæ consors fuerit [34], seu perviliget, seu humi cubet, seu dies noctesque psallat, et jejunet, et preces frequentet, si incuratus manserit, extra partem Christi sicut et infideles, manet. Quoniam omnis homo, sapiens insipiens, intelligens obtusus, prudens imprudens, eruditus indoctus, urbanus rusticus, dives mendicus, cui quod adest sufficit, et qui labore victum tolerat, quæcunque in hac vita cum labore, lassitudine et ærumna effecerit, nisi huc solum ea conferat, ut ejus anima infirmitatibus soluta, et incolumis sit, vana et supervacua sunt omnia, faciuntque, ut extra regnum cœlorum, quod tantummodo illæsas, ac sospites animas admittit, relinquatur. Cæterum omnis anima, quæ prædictis morbis tenetur implicita, et rerum cum corpore conjunctarum cupiditatibus, et terrenorum mundanorumque appetitionibus, et gloriæ desideriis, nec a semetipsa, nec ab hominibus curari sanarique unquam potest: sed a solo Domino, ac Deo nostro Jesu Christo, de quo scriptum exstat, *Quia ipse peccata nostra tulit, infirmitates nostra ipse portavit* [35]. Si namque animæ hominum, non atheorum et ethnicorum modo, sed etiam ipsorum Hebræorum credentium, facile mundanas cupiditates, et carnales appetitus odisse potuissent, et ita mundi principem diabolum, qui per illa imperium mortis habet [36], effugere, bonus, misericors et benignus Deus homo fieri, contumeliis et tormentis affici, ac per mortem *in inferiores partes terræ descendere* [37] omnino nihil necesse habuisset. Nam odisse mundum, et ea quæ in mundo sunt, quæque ad carnem spectant, sola divinæ virtutis Jesu participatione contingit.

[34] II Petr. I, 4. [35] Isa. LIII, 4. [36] Hebr. II, 14. [37] Eccli. XXIV, 45.

Ergo quicunque in Christum credunt, nisi ante virtutis ejus auxilio mundana, et carnalia medullitus oderint nunquam, ulli mandatorum ejusdem genere morem poterunt, sicut legimus : *Declina a malo, et fac bonum* [38]. Ex quibus sequitur, credentem in Christum ante omnia Christi virtutem, gratiam, et misericordiam flagitare debere, ut mundum, et mundana carnalesque concupiscentias detestetur, et in id operam dare cum fide, ut ea detestatus, etiam eorum mortificationem consequatur, quæ solius Dei, est, juxta Apostolum : *Ego enim*, inquit, *mortificationem Jesu in corpore meo porto* [39]. Hæ sunt Deo gratæ petitiones, de quibus Joannes Theologus: *Quodcunque petierimus secundum voluntatem Dei, faciet nobis* [40]. Ista enim sola homines ab se rogare vult Deus : qui nimirum ad æternam eorum salutem accommodata sunt. Quandiu igitur, cuique vita suppeditat, ne alia in re præter hanc studium, occupationemque suam consumat : in hac omnibus diebus vitæ suæ elaboret, ut anima ejus supremo illo die, quando effundet extremum halitum, bene valens, omnique carnis ac mundi affectu expedita ac libera inveniatur, necessarium est itaque eam sanam esse, ac potentem, ut pro sana Christo inserviat, sanctorumque ac divinorum ejus præceptorum operatrix sit : ut cum ad illius tribunal ste erit, nec erubescat. Id si factum non fuerit, at saltem sospitem eam inveniri necesse est, ne morbos ejus gehennæ ignis corruptos, camino suo, qui nunquam exstinguitur, cohibeat, et sine ullo fine exuret. Sententia siquidem gehennæ natura sua eos tantum potest attingere, quorum animæ ad futurum illud sæculum sanitatis expertes abierunt. Nam peccatum ex voluntario, et non voluntario proficiscitur, ex utroque, inquam. Videtur itaque peccatum quasi esca quædam, ad quam cum mens modo quodam intelligibili se inclinarit, animarum tyrannus, quem animo, non oculis cernimus, ipsam a tergo incitat, ut se illa esca farciat, quo peccatum ex voluntario per involuntarium consummatum inveniatur. Quapropter sapientia Dei Christus principia peccatorum elidit, ut neque cupiamus, neque intueamur. Etenim cum in cupiditate, et aspectu peccati anima fuerit, difficile se potest avertere, quod e vestigio dæmones, citius ictu oculi eam impellant. Ac necessario omnis anima accessum ad hæc fugere debet. Fuga autem non alia, est, nisi ut non concupiscas.

ORATIO XII.

Argumentum.

Si quid boni actitat homo, id totum propter se actitare. Unde cognoscatur jejunium, eleemosynam, orationem placere Deo. Quomodo psallendum. Sanctificationem, et libertatem per fidem acquiri. Psalmodiam proprie humilitatem esse. Quæ res gratiam exstinguant.

Quoties audieris sanctos Patres nobis dicentes, propter Deum jejunemus, aut eleemosynas impertiamus, aut aliud quidpiam bonorum operum præstemus, existima eos ad nostram sese imbecillitatem accommodantes ita loqui: Deus enim qui nulla re eget, nullius horum indiget. Omnia autem, quæ in vitæ hujus curriculo cum virtute egerimus, ad nostram utilitatem redundant Dei, qui nulla re opus habet, nihil intersunt. Nam qui jejunat, et qui sese afflictat, et qui eleemosynas dispertit, ut miserationem et misericordiam Dei consequatur, hæc faciet, et hic Dei benigni cultus atque obsequium est. Nam si in loco vitæ hujus caliginosæ, ac plenæ offendiculis non libenter angustiamur, nec naturæ nostræ socios misereamur Deus vicissim misericordia et commiseratione nos haud dignatur. Qui enim homo hominis non miseretur, nec justus Deus miserebitur. Qui autem libere peccat, nec dolorem ob id concipit, ejus vicem misericors judex minime dolebit. Nemo itaque cum quidpiam ex virtute facit, propter Deum, sed propter suam ipsius salutem se id facere arbitretur. Hoc siquidem sciens, et sentiens, et non poterit quidpiam boni perpetrare ut ab hominibus, sed tantum ut ab oculis nunquam dormientibus occulta cognoscentis Dei videatur. Nam Christianus, potissimumque qui in disciplina justitiæ procedit, nisi crediderit, planeque persuasum habuerit; quemadmodum noster hic sol, nullo pacto hominis alicujus eget (propterea quod servitute, aut ministerio quoniam humano neutiquam opus habet, cum ipso potius omnibus mortalibus serviat, exoriens, totumque terrarum orbem radiis suis illustrans, fructus omnes calore forvens, ad maturitatemque perducens, et ad coagmentationem corporum humanorum, universorumque e terra nascentium plurimum adjumenti afferens) nec potest, aut poterit quisquam dicere se servisse, aut servire soli : sic neque Deum alicujus operam requirere, aut ut ei a quoquam ministretur, opus habere. Qui ita non sentit, primum gradum principii salutaris viæ haud potest unquam contingere : sed quamvis jejunando, vigilando, laborando, psallendo eleemosynas ac justitias faciendo et docendo, et commonefaciendo alios se Deo servire existimet, cum eo tamen partem habere nequibit. Nam qui hæc agit, ideo agit, ut misericordiam apud Deum inveniat : *Quia omnes egent gloria Dei, et justificantur gratis per gratiam ipsius* [41], quærentes, et pulsantes, et petentes, ut misericordiam consequanter, et janua misericordiæ ipsis aperiatur, et apud Dominum misericordiam inveniant. Qui non quærunt non pulsant, non petunt, sententia et lege Christi regis omnipotentis immutabili statutum est, ut nec inveniant, nec illis ostium misericordiæ recludatur : *Qui habet aures audiendi audiat* [42].

Qui igitur jejuniis, precationibus, eleemosynis dat operam (per quæ tria Christiani omnes ab

[38] II Cor. IV, 10. [39] Psal. XXXVI, 27. [40] I Joan. V, 14. [41] Rom. III, 23. [42] Matth. XI, 15.

silio ad salutem revocantur, ac restituuntur) A tus est, sanctificatoris sui obliviscitur; quis nempe ipsum sanctificarit sanctificationemque in ipso contitneat, et per gratiarum actionem continuam, humilemque spiritum custodiat. Qui enim a quopiam e profundo maris extractus, ac veluti a mortuis excitatus est, qualem, et quantum humilitatis sensum habebit? *In humilitate enim nostra memor fuit nostri Dominus* [45]; proprie enim demissio animi psalmodia, et omnia quæ facimus, huc spectant.

Quid porro est demittere animum, seu sentire de se submisse ac humiliter? Humanam imbecillitatem cognoscere, quæ cognitio, est a Deo credentibus in ipsum cœlitus demissa illuminatio: alioqui homo quilibet seipsum noscere nequit. Quare superbus nihil cernit, sed cæcus est, ut aiunt Patres. Qui baptismo tinctus non est, nec illuminatus est. Ut autem absque lumine oculis videre non potest: sic anima a Christo mystice non illuminata, suam ipsius imbecillitatem conspicere nequit. Sed ad hanc illuminationem quænam pertinent? Infidelibus quidem fides in Christum, et divinum baptisma, ut diximus: ast iis, qui post baptismum cæcutiunt, atque adeo superbiunt, et in leges committunt (*Superbi* enim inquit, *agebant uquequaque* [46]. Et: *Dominus superbis resistit* [47]. Et, *Principium omnis peccata superbia* [48]. Et: *Principium peccati, nescire Dominum* [49]), talibus, inquam, ante alia mysteriorum Christianæ fidei institutio, ut cum crediderint, illuminentur. Si enim primam fidem tenuissent, non utique cæcutivissent. Et postquam instituti fuerint, crediderentque, videbunt omnino, totoque affectu pœnitebunt, metuentes judicium Dei, et aspicientes quæ aut turpia, aut perversa designarint sibique persuadentes, mille supplicia se commeruisse. Turpia, ut voluptates ac libidines; perversa, ut avaritiam, injustitiam, dolum. Et quoniam omnis pœnitens humiliatur, huic Deus, tanquam humili, dat gratiam, ut et voluptates, et pravitates oderit, semperque imbecillitatem suam agnoscat, quo eorum vicem doleat, qui similiter vitiosis affectionibus laborant, et animum aliena incommoda sentientem gerat, offendentesque non condemnet, et sit mitis ac patiens, inveniatque animæ suæ requiem, et sic *Cantet Domino canticum novum, carmen Deo nostro* [50], quæ est ex puro et contrito corde gratiarum actio. Cor enim contritum et humiliatum, est purum cor: quod si desit, omnis alia psalmodia nihil valet. Nam qui Deo hoc modo non psallit, non potest psallere, etsi multum sudarit: sed lingua loquitur, animo autem illa volutat, quæ Deum irritant, ejusque iram contra ipsum accendunt. Quapropter, quomodo quævis creatura aspectabilis semper lucem postulat, ut videatur, ita omnis quæ intellectui patet creatura, semper lucem sub sensum non cadentem requirit,

dies jejunii num eret, ne ad eleemosynæ modum, c ad laborem vigiliarum atque precum respiciat, am multum jejunaverit, quam benignus in paures, quam multus in precibus fuerit: sed an minus attenderit. Si attendit, missa est ipsi atia de cœlo, quam si suscepit. se contritum et miliatum, pœnitentem et compunctum, et per nc statum infirmitatem suam, peccata sua ut formia, ut turpia, ut belluina, ut anima ratios particepe indigna, et ab homine mente præto remota cernentem inveniet. Talis enim congit animæ prima a Deo illuminatio. Proinde ec visa ut odio digna odit, et exsecratur. Si se constitutum non cognoverit, et jejunia, et ele B nosynas, et orationes perdidit. Unum quippe Deo crificium, a quovis homine, spiritus contribulas [43]: ac propter tale sacrificium, peccata remittur; quemadmodum propter ipsum hoc sacrifium et jejunium, et eleemosyna, et oratio instiitur. Hoc enim est mysterium Christiani, et ita ere par est. Nam jejunia, vigiliæ, humi strata bilia, eleemosynæ, preces, psalmodiæ, voluntas mendicitas, et quæ homo fecerit omnia, ad um sibi placandum facit. Quod si ille secum gratiam non redierit, quod tandem in his olumentum? Anima enim Deo reconciliato hulis, et mansueta fit, Deoque astans, ut Deo tat, nec se huc et illud versat. Itaque si talis ndum est, Deum nondum amicum habet: sed C re psallat, sive oret, adhuc sub potestate mali est, et reconciliationem istam ante psalmos et ationes petere oportet; alioqui spes salutis nulla perest. Errant, qui antequam se Deo reconcilient, nunt, ac psallunt, et voces in aerem frustra ctant, Deumque ad iram provocant. Avertit enim ipsis faciem suam. Et ore quidem psallentes, ente et cogitatione in rebus diabolicis versantur. on igitur sola jejunia, preces, et eleemosynæ nctitatem libertatemque pariunt: sed ante hæc les, et cognitio ejus, qui liberare potest, divirum mysteriorum, nempe immaculati corporis, sanguinis Domini Jesu, ac Dei omnipotentis mmunicatio: *Qui dicit his qui vincti sunt, ite: et his qui in tenebris, revelamini* [44], cum is D i communicat, anima et corpore illi conjungitur miscetur, inque divinam naturam commutatur. ia via fidelem salvari, et remissionem peccatom accipere, cœlesteque regnum obtinere imssibile est, nisi cum timore et tremore mysterum corporis, et sanguinis Christi particeps t. Deus autem quomodo queat esse servus, aut purus, aut cum facultate aliqua peccandi? In his im relinquere, sanctimoniæ amisso est: amis autem ex arrogantia; arrogantia ex oblivione; livio ex contemptu; cum, qui semel sanctifica-

[45] Psal. L, 19. [44] Isa. XLIX, 9. [45] Psal. CXXXV, 23. [46] Psal. CXVIII, 51. [47] Jac. IV, 6. [48] Eccli. X, 5. [49] Ibid. 14. [50] Psal. XXXIX, 4.

ut comprehendatur. Et sicut quis de multis præclaris facinoribus, et actionibus suis dicere non potest, noctu, et sine lumine feci: sic neque qui vitam Deo placentem egerit, dicere quibit, sine lumine, quod in intelligentiam cadit, feci. Si ausus fuerit, mendax est, et filius diaboli : nec seipsum aliquando est contemplatus, nec viam Dei ambulavit omnino. Unde scriptum est: *Qui gloriatur, in Domino glorietur* [51].

Cæterum attendas oportet, o illuminate a Christo desuper, ne forte ide veniens te taleat illuminatio, cum sit occulta, tibique eam ut propriam, et ex te ortam ascribas: ideoque ab oculis tuis ablata, rursum te in tenebris deserat. Deus enim qui sub aspectum non venit, lumine quodam haud aspectabili illuminat : et ea illuminatio (quomodo item Deus) inaspectabilis, ex effectis suis perspicitur. Si te humilem et contritum experiere, quam humilis, tam illuminatus es. Proficit enim anima, si in humilitate proficit ; cognitioque humilitatis et mansuetudinis, sui ipsius, et Dei cognitio est, ut divinæ sapientiæ antistite affirmarunt. Animæ quæ Dei visitationem, sive divinam illuminationem, ac serenitatem adepta est, peccata est, et nullis turbis agitatur. Hujusmodi illustrationem exstinguunt inhumanitas, judicare fratrem, tenax injuriarum memoria. Qui enim ex misericordia et humanitate Dei servatus est, per misericordiam et humanitatem salutem sibi custodiet, secundum divinam et regiam vocem ita souantem : *In quo judicio judicabilis, vicissim judicabimini : et qua mensura metiemini, remetietur vobis* [52] Idcirco præcedat misericordia, et sequatur misericordia. Nam qui a gravi et incurabili animæ morbo per solam Dei visitationem liberatus, et sospitati restitutus est gaudebit, et exsultabit; et qui ipsius misertus, sanitatem ei donavit, Deo nimirum, tota anima, et tota mente gratias eget, eritque mansuetus ac lenis, Dei erga se misericordiam, benignitatem, pietatem admirans: ac totus in benignitatem, et viscera pietatis effusus, similibus obnoxios miserabitur, adversus neminem tollens supercilium, sed omnibus se hilariter subjiciens Sic sane peccator omnis, cum per Christum a turbulentis motibus expeditus fuerit, gaudebit et exsultabit in salutari ejus. Si autem post sanitatem efferatur, prope est tyrannus diabolus, et apud eos instrumenta motionum rationi non obedientium. Gratia Christi se subducet, et dæmon propior factus, mente concussa, per corpus deteriora prioribus efficiet,

ORATIO XIII.

ARGUMENTUM.

Quinque magnæ artes diaboli. Quidquid boni propter Deum agit homo id agere vel quia petit, vel quia gratias agit Quomodo voluntas veri cupientis salvari, salutem velle debeat. Quorum rex sit, quorum non sit, is qui est Dominus, et rex omnium.

Quia diabolus est spiritus intelligentiæ compos, et in naturam nostram deprevatam libertatem nactus, secundum quam in eam agit, cum qui ab ipso sine intermissione oppugnantur, sæculis sibi succedentibus prætereant ac dilabantur, ipse vero annos amplius sexies mille sexcentos semper hostis humani generis, et quidem occultus atque clandestinus permanserit, hominesque per ipsos me oppugnet, et eos præsertim, qui modo nascentes in vitam introierunt, qui non solum certaminis hujus periti non sunt, sed etiam vires, ejus bellicas funditus ignorant (sic enim jaculatur, ut videatur, nec tamen ipsi vident : ut angelus lucis apparet, et ut tenebræ bellum gerit), adversus unumquemque non mediocrem usum, experientiamque est consecutus. Finis autem et scopus ejus oppugnationis non contemnendus, et formidabilis est. Nam cum a principio genus hominum a Deo exterminaverit, contendit nihilominus, ut ab eo exterminatum maneat : aut ut ab exsilio ad Deum Christi opera revocatum (sicut est sapiens ad male faciendum) rursum ab eo segregetur et exsulet. Hinc igitur quivis scientiis scientissimus evasit, Hellenismi, Judaismi, hæresum, vitæ orthodoxorum, et asceticorum certaminum. Ac per Hellenismum quidem, perque externam, ut vocant, sapientiam, homines in fraudem inducit, per Judaismum vero, et cultum Dei ab illo præscriptum, judaizantibus persuadet, eos bono in statu versari. Idque etiam Agarenis fecit. Per hæreses cultores Dei circumscriptos, ab una in Deum fide divellit. Orthodoxos quoque per id, quod orthodoxæ, seu ex vera et recta opinione institutæ vitæ adversatur, per voluptatem scilicet, per avaritiam, et vanam gloriam, a Deo abducit. Per asceticam denique, et philosophicam vivendi normam, multorumque incommodorum perpessionem, cum vectem subjecerit, initium improbitatis, nempe existimationem sui, sive arrogantiam, desideriumque honoris ab hominibus impotentissimum, hoc omnium virtutum adversario, et inimico machinamento, animas in sanctitate ac justitia viventium prosternit atque subvertit. Quibusdam item zelo Dei injecto, sed non secundum scientiam miseros illos tyrannos reddit, quod profecto multis deflendum est lacrymis : siquidem præsentibus futurisque bonis privantur. Quid enim est aliorum omnium interitus, si cum talium hominum jactura comparetur ? Hæc namque singularis est et incomparabilis calalamitas. Sequitur ergo ut investigandum sit, quo pacto ejus insidias devitemus. Id aliter inveniri non potest, nisi ad extremam humilitatem animi, et summam contritionem cordis, atque ad unum Deum, eumdemque hominem, et Dominum Jesum Christum confugiamus: *Qui pro nobis pugnabit, et nos tacebimus* [53] ; in quo solo datur contra hostem hunc aciem instruere, et resistere, et vincere : nec est hic alia via, ratioque sapientiæ.

Quapropter si in Christi gratiam in egestate quispiam vixerit, inediam vigiliasque toleraverit,

[51] I Cor. I, 31. [52] Matth. VII, 2. [53] Exod. XIV, 14.

per continentiam corpus macerarit, liberalis in iuperes, alienam vicem dolens ac benignus fue-t, bene sane, sunt enim bona hæc. Verumtamen ıveat diligenter, ne labores et mercedem perdat. tsi enim hæc opera bona sunt, tamen præterea iud quiddam bonum est, per quod salvantur, qui r ista salutem adipiscantur : siquidem duarum agnarum rerum instrumenta et efficientia sunt, 'opitiationis puta, et gratiarum actionis, et ea ımparate fieri necesse est. Nam dilectus ille Joan-ıs ait : *Omnis qui peccat, non vidit Deum, neque vit eum* [54]. Si igitur quis agnitis peccatis suis enitentiæ lumen acceperit, et pœnitere cœperit, lia opera suscipiet, ut Dominus ejus contritio-ım, humilitatem, studium alacre videat, et mi-rtus ei reconcilietur. Argumenta autem reconci-ıtionis sunt, affectuum turbidorum sedatio, odium ıccati, perpetuus Dei ubique præsentis timor, ımpunctio, religio, animi in sacris cantibus, le-ionibus, auditionibus a Deo inspiratarum Scri-ıtarum attentio. Omnino enim nemo quidquam ırum ante recuperatam Dei gratiam consequitur. nimam quippe gratia Dei quodammodo tangit, aspectabili quadam ratione ei reconciliata, et ıæ eo usque instabilis et vaga fuit, firmari ac abiliri incipit. Eu unam rem magnam et admira-lem, pro qua gratiæ debentur Deo. Consecutus ıtem misericordiam, sanitatem, firmitudinem, si ec opera facit, ut pro adeptis gratias agat, pro ıconciliatione, inquam cum Deo etiam sic rationi ınvenienter faciet, ut perfectam redemptionem ınsequatur, et diviniore cognitione occultorum si bonorum (quorum pulchritudo ab oculis non ıccantium modo, verum etiam pœnitentium abs-ındita est) dignus evadat. Quicunque igitur hu-smodi actiones usurpant, simpliciter ut bonas, ec ob has causas, culpa non carent, viventesque egestate voluntaria, jejunantes, eleemosynas ıpertientes, moriuntur peccatores. Atque id la-entabile est, eos apud tam placabilem Deum se gratia non reposuisse, neque secundum ratio-ım videlicet, neque congruenter reconciliationem ıeratos. Congruenter dico, quia si jam reconci-ıtus adhuc iisdem pro reconciliatione impetranda ıditus sit, Deum a se avertit : quemadmodum et ıte reconciliationem, si pro gratiarum actione ista ıestet. Etenim homo, ut intelligentiæ ac mentis ırticeps animal facultatem cognoscendi habet, nniaque cum ratione et cognitione illi facienda ınt : id quod erga homines alios facere consuevit. ui enim regem pro offensa sibi propitiare studet, ın prius gratias agit, quam in ejus amicitiam re-ıtutus sit : sed conatur, ut prius placatum ha-ıat, ac tum demum gratiarum actione fungitur. lioqui τὸν λογικὸν (mentis compotem) Dei Patris γος (mens) et Filius, et solus Salvator salvare ὰγως (sine mente seu temere) non vult. Sed ut

A justus, juste postulat eum in quo est ratio et intellectus, ita se erga Deum genere, quomodo se erga homines gerit : et timere illum, ut homines timere solemus. Sane si nos dignitatem ac præstantiam, quam ratio nobis affert, labefactamus atque imminuimus, ipse eam labefactare et imminuere non potest : sed secundum naturam a se cuique tributam, etiam legem teneri vult in omnibus.

Quis ergo salvari concupiscit, quamvis id se concupiscere omnes fateantur ? Omnes cupiunt affluentibus rerum copiis ditari, aurumque et argentum, lapides pretiosos, margaritas citra laborem lassitudinem, ærumnam, sollicitudinem possidere, quod fieri haud potest. Qui igitur aiunt : salvari volumus, et pro salute acquirenda defatigationem animi et corporis nullam suscipere instituunt, qui tandem salvari queunt ? quando etiam qui salutis causa ad laborandum prompti sunt, toto que animo, verbo et opere eam expetunt, nec ipsi quidem salvari possunt. Ut enim, qui cum nihil laborent, tamen salvari desiderant, salvari nolunt, cum salus sine labore non constet : sic qui facultate prudentiaque propria ad labores pro salvatione obtinenda aggrediuntur, ideo ea potiri nequeunt, quod non in virtute salvari cupientis, sed in misericordia Dei per Jesum Christum constituta est. Alius enim est qui salvatur, et alius qui salvat. *Absque me non est salvator* [55], ait Deus. Et apostolus Paulus : *Velle bonum adjacet mihi, perficere autem non invenio* [56]. Quid igitur, Paule ? Die age, quo pacto salvari licet ? Gratias ago Deo meo, respondet, per Jesum Christum, *quia lex spiritus vitæ in Christo, liberavit me a lege peccati et mortis* [57]. Et gratia sit benigno Deo, qui ex immensa charitate erga homines ipsum velle cum infirmitate copulavit, ut homo volens non possit bonum operari, tametsi cum labore multo ; et in ipsum arrogantiæ vestigium declinet, quæ primum peccatum, et fons criminum, et naturæ lapsæ ac debilitatæ causa fuit. Solo namque Deo vires sufficiente, etiam ipsa voluntas nostra ad ejus voluntatem ab omni arrogantiæ macula purgatur.

Verum dicat fortasse aliquis, quid porro salutem consequenti proprium relinquitur ? Si enim ipsa quoque voluntas ejus sublimiore quadam virtute indiget, quomodo volens salvatur ? Hoc est quod solum ei relinquitur, ut audiat de salute, ejus desiderio flagret, et norit eum, qui salvare possit : cætera ut sibi donentur ab eo qui salvare, et conservare, et restituere in pristinum statum potest, ex imo pectore, omni dubitatione remota roget, ducto initio ab accipienda voluntate qua velit, quæ Dei, et salutis sunt, usque dum eam adipiscatur, et desiderium conquiescat. Primum quippe Dei munus est, aliquem de salute verba facientem pancisci ; præcones enim ignorantibus mittuntur : et hoc donum plane mittentis est. Secundum autem

[54] Joan. III, 6. [55] Isa. XLIII, 11. [56] Rom. VII, 18. [57] Rom. VIII, 2.

munus quod humanæ naturæ antea insitum est, aures dictis commodare. Ideo enim et illis qui non audiunt, his verbis Christi gravissime minatur. *Si non receperint, nec audierint vos, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illis* [58]. Tertium Dei donum lumen quoddam est, quod intellectu perspicitur, quodque maxime recens per baptismum illuminatis tribuitur. Qui namque de salute audivit, seque docenti attentum præbuit, ipsam quidem desideravit, elegantiam autem et pulchritudinem ejus nondum aspexit, et divino lumine mystice opus habet, quod ei desuper obumbret, Hoc animæ oculos illuminans, duo hæc ostendit, pulchritudinem et fœditatem : pulchritudinem quidem salutis, fœditatem vero ejus qui salvatur.

Quid amplius ? postquam desiderium primam animæ motionem assumens, voluntatem adhuc imbecillem, et cunctatiorem et impotentem ad salutem habuerit, senseritque anima voluntatis miseriam, ex alto virtutem flagitat, ut voluntas confirmetur, et tota salutem cupiat. Post hæc incipit oratio, laboriosa ad cognoscendum, et a spiritibus adversariis, ut arundo agitata. Hæc confirmata hæc voluntas laborabit, et sudabit multum, petens divinum orandi donum cœlitus accipere, ut in Spiritu sancto fiat oratio, Jesum enim non potest anima Dominum suum, hoc est, sibi imperantem dicere, aut explorate nosse, nisi in Spiritu sancto [59], ut ipse Spiritus sanctus cum habitaverit in anima. *Postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus, clamans Abba Pater* [60], quo illius vox glorificatorum propria fiat, et per orationem gratiosam, acceptamque anima fructus spiritus germinet, charitatem, gaudium, pacem, longanimitatem, benignitatem, bonitatem, fidem, mansuetudinem, continentiam [61]. Hic ordo eorum est, qui salvantur. Sin minus, in montibus, et solitudinibus, et locis quos Dominus non visitat, oberrabit, hui hunc ordinem non sequitur. Nam nullum servare ordinem, licentiæ et contumaciæ indicium est. Cujus autem initium lubricum, etiam finis inutilis, laborandoque fatigabitur, et studio inani lassescet, qui saluti vacat. Ferme enim salus omnis in Christo Jesu Domino nostro posita est. Idcirco et rex, et Dominus appellatur, quoniam super singulos in eum credentes, per Spiritum sanctum regnat, et ut rex, ac Dominus suorum fidelium, ipse per eos quod placitum coram se est, operatur. Fit enim iis, in quibus regnat, viæ dux, gubernator, magister, œconomus, præses, opitulator, ab omni peccato redemptor. Atque enim si quidam citra Christum boni quispiam agere videantur, mendacium sunt. Tunc autem veritas fiunt, cum Christus super ipsos regnaverit, cui dicebat Pilatus : *Ergo rex es tu ?* et respondit ei : *Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati* [62].

A Tum ille quæsivit, quid esset veritas. Sed tacuit Dominus, quod sciret Pilatum hoc mysterium absconditum non posse capere. Nam eum regnare super omnem hominem oportet, quoniam aliter characteres rationales humanæ naturæ apud unumquemque resplendere nequaquam possunt : et irrationabilitatem præter naturam ex peccato in genus humanum ingressam, atque ita firmatam, ut secundum naturam existimetur, obscurari ac deleri. Non enim possumus, non inquam, possumus ab ἀλογίᾳ liberari, nisi Christus, qui est Λόγος, super nos regnaverit. Atque hæc est illa veritas, cui ut testimonium perhiberet, Christus venit. Nisi enim ipse rex noster fuerit, nunquam quod placitum est coram eo, præstare poterimus : sed ab impostore et B inimico humani generis regemur, non sentiemus. Ubi enim regnat Deus, non ibi diabolo servitur, sed ministerium omne in Deum confertur.

Etenim quis ignorat Deum esse conditorem cœli ac terræ, et omnis creaturæ, tam quæ cogitatione percipitur, quam quæ sub aspectum subjicitur ? Esse etiam regem eorum, quæ ex nihilo ut exstarent, producta sunt, creatis simul ab eo omnibus ? Deus enim Pater Verbi sui ac Filii, Dei ac Domini nostri Jesu Christi, per quem fecit omnia, etiam in Spiritu sancto suo regnat super omnia. Hæc igitur una Deitas, Pater, Filius, et Spiritus sanctus, quæ in tribus subsistentiis, coæterna, principii coexpers, consubstantialis regit cœlum, solem, C lunam, stellas, aerem, terram, mare, et omnia quæ in eis sunt, et angelos, et homines velint nolint, quia Dominus unus est [63]. Quoniam autem regiæ potestatis proprietas est providere omnibus, in quos regnum est, etiam Deus hisce omnibus providentiam et curam suam declarat. Sed quia omnis condita natura, præter ratione prædita, angelos nimirum atque homines cognitionem ac notitiam capere nequit, hoc ipso quod ratione caret, ideo Deus quoque ut ignoranti, simplici via providet : cum angelorum hominumque, quorum est cognitio, curam gerat assiduam. Vult autem hos, ut naturas intelligentia ornatas nosse opificem, provisorem, et Salvatorem Deum. Ea propter siquidem procreati D sunt, ut tanquam naturæ consilii, mentisque participes, et ingeneratam cognitionem habentes, conditorem perpetuo celebrarent, eique tum pro seipsis, tum pro universis gratias agerent. Unde quanquam Deus rex est omnium, tamen hominum duntaxat, et angelorum volentium rex esse vult : nolentium nequaquam, ut ne arbitrii libertatem illis tollat. Qui enim ratione utens natura sit, si voluntate careat ? Quocirca etiam Dominus noster Jesus Christus nostrum similis homo natus, et magister, quod latebat, et ignorabatur, consortibus generis ac fratribus suadet, dum ita docet ac dicit : *Quærite regnum Dei, et justitiam ejus* [64], ut volentibus nobis imperet. Simul enim naturam

[58] Matth. x, 15. [59] I Cor. xii, 3. [60] Rom. viii, 26. [61] Galat. v, 23. [62] Joan. xviii, 37. [63] Deut. vi, 4. [64] Matth. vi, 33.

ionis capacem regnum Dei attingit, et simul ini eam justitia cumulat. Hinc et quotidie Deum precamur: *Adveniat regnum tuum, fiat voluntas* [65]. Hoc enim vult, et ob hoc ipsum corpus humanum induit, et istud primum editum, etiam ncipium Evangelii fuit. Nam quod dicitur: *Appinquavit regnum cœlorum*[66], hoc est. Nisi enim elligens anima modo intelligibili sensum regni i acceperit, quod ipsam tetigit, spes salutis in itum cadit. Animam porro in qua Deus regnat, gnantis beneficia, et efficientias nosse oportet. i enim rex præsens est, ibi item regni notæ et licia plane sunt, æquitas, mansuetudo, veritas, militas, quæ illam regis humilitatem referat, nitas, justitia, et omni pietas. Insuper patientia, manitas, compassio, dilectio sine simulatione, ganimitas, tolerantia, sustinentia. Et horum ntraria in iis, in quibus Deus non regnat, perspimtur, et inde cognoscuntur, de quibus præcepit minus exercitibus suis: *Illos inimicos meos, qui luerunt me regnare super se, adducite huc, et interficite coram me* [67]. Qui enim audiverunt, et didiruni multifariam, per quæ opera et maudata a risto regun cœlorum adepturi sint, et ea conpseront, terrena ac pereuntia, temporalemque riam præferentes, prorsus quam infideles acerus punientur, quoniam Christum cognitum recire noluerunt. Nam qui recusavit illud opus, jus causa Christus ex sancta Virgine natus in ndum venit, manifestum est utique eum neque ristum recipere, etiamsi eum recepisse videatur. i autem vere in Christum crediderunt, eumque eperunt: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri* [68]. x enim ut crediderunt, divinitas ejus ipsis cretur, ut quemadmodum ille est Deus homo hic i credit sit homo Deus.

ORATIO XIV.

ARGUMENTUM.

tam potestatem Christus acceperit. Prius Christi gratiam participare, atque ita vitam secundum Deum consectari oportere. De peccato, et justitia. De carnali, et spirituali. De virtutum capite, et pedibus.

Apud Davidem legimus: *Quis est homo qui vivet, non videbit mortem, et eruet animum suam de manu inferi* [69]. Si igitur istud cuivis et ubique impossibile, soli autem Christo possibile est, ob quod am in terras venit, id est, Deus homo factus t, nemo propter aliud quippiam, nisi propter c solum vim inferat, id est, ut volentem omnes erare, cogat et cogentem liberare. Cogitur ippe rex Jesus, volens hoc non propter se: sed ia res ardua est, nos magnitutinem salutis oramus, vult a nobis cogi, et vim pene tyrannam sustinere, ut partim quidem ex iis quæ panur, a peccato graviter circumsessi; intelligamus qualem necessitatem non sponte venerimus: partim vero, ut cum libertatem a peccando adepti fuerimus, gratias liberatori magnificas agamus, tanquam pro re ingenti, et cuivis omnino impossibili. Propter hoc obsecrationibus et jejuniis, et erogatione, et contritione, et aliis afflictionibus opus est. Non enim citra laborem, et otiosis gratuito hoc præstare vult Christus; sed postquam id in immersione baptismi cujuslibet fecit, infantes magnam, præcellentemque gratiam, non potuerunt agnoscere, necesse fuit hoc rursum per laborem acquiri, iterum accepta gratia, quæ hoc habet, ut apud neminem se ignorantem perseveret · sed ob ignorantiam illam avolet. Quisquis ergo Christianus nondum ex imbecillitate ad faciendam Dei voluntatem per divinam Christi virtutem confirmatus est, eat, ac per fidem, et impositionem manuum dispensatorum gratiæ confirmetur prius (quæ gratia ex fide donatur, non ex operibus) ut virtute ex alto prius indutus, ita demum vitam Christiano dignam transigere possit: ne nudus a Christi gratia inventus, extra Christi partem ejiciatur: nec enim tantum propter peccatum recedit, qui illa potitus fuit, quantum propter ignorantiam. Nam hoc est omnem hominem velle ad agnitionem veritatis venire [69*]. quoniam non aliud quidem veritas, quam gratia Christi, ac propter eam gratiam venit, et occisus est Christus: qui cum Deus, Dominus ac hæres sit omnis creaturæ per ipsum conditæ, potestatemque habeat in ea quæ condidit, non tamen habet potestatem gratis dandi hanc gratiam hominibus: *Quoniam justus Dominus, et justitias dilexit* [70], Injustum siquidem erat, volentem, et nulla compulsum necessitate, et per dolosum mendacium tantum ea sponte nudatum, et scelere inquinatum, sine magna vi in resistendo adhibita, eadem rursus circumdari. Idcirco et nobilis facta est compensatio, Deus ipse natus homo, in sacrificium pro ea datus est. Unde et Christus post resurrectionem ait: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, et in terra. Euntes docete omnes gentes, et baptizate eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis* [71]. Hinc et nomen ejus est apud Isaiam [72] ἐξουσιαστής, potestatem habens, non ut Dei, sed ut θεανθρώπου, Dei et hominis. Etenim ut Deus, quomodo eorum, quæ fabricatus est, non habebat potestatem? Sed ut homo, cum se volens pro redemptione in sacrificium obtulisset, ab ipsa natura operis quod peragebat, potestatem accepit. Si enim Deus in pretium redemptionis impensus est, patet non fuisse ullum donum isto præstantius, quod ad oblitterandum Adami delictum Divinitati offerretur. Lapsus enim Adamus, intelligibili Dei gratia qua fruebatus, exutus est, quam nunc salutari perfusus unda quilibet rursus induit. Nam *quicunque in Christo baptizati sunt, Christum induerunt* [73].

[65] Matth. VI, 10, [66] Matth. X, 7. [67] Luc. XIX, 27. [68] Joan. I, 12. [69] Psal. LXXXVIII, 49. [69*] I Tim. 4. [70] Psal. X, 8. [71] Matth. XXVIII, 18, 19. [72] Isa. IX, 6. [73] Galat. III, 27.

Itaque humana quæ sentiuntur, cernunturque, humanorum quæ tantum intelliguntur, nec sub oculos veniunt, formæ et imagines quædam sunt. Exempli causa, homo nascitur nudus, puer infans, qui nulla re semet juvare potest, quandiu lacte materno alitur, ab ea sola curatur : ast ubi ratione jam uti, et instrui, ac proficere cœperit, ut sibimet opem ferre queat, tum nimirum quærere et rogare potest. Pari modo anima omni virtute nuda creatur : cumque ad regenerationem accesserit, Christum induit, a Christo nutritur, eruditur, quærere et rogare discit. Exinde nisi roget, nihil ei Christus largitur. Rogabit vero conducibilia. Primum quidem lumen, ut videat. Videbit autem omnem in seipsa miseriam, illicoque humiliabitur, et humiliata mansuescet, mansuefacta vias Domini a Domino mystice docebitur: *Qui mites docet vias suas* [74]. Sane qui prius gratiam Christi non induit, atque ita ad vitam, moresque Christianos sese dat, operam perdit. Quæcunque enim mala pertulerit, aut bona egerit, nondum Christi gratia vestitus, nullam inde utilitatem reportabit, perinde ut Judæi et ethnici Deus nescientes : siquidem non est in orbe terrarum quisquam adeo impius, qui nunquam aliquid cum virtute conjunctum naturæ hortatu effecerit. Prius igitur contendendum, quod supra docuimus, ut per fidem, per pœnitentiam, per impositionem manum presbyteri gratiam adispiscare : sine quibus ad eos, qui ipsam post baptismum amiserunt, non reveniat. Quod si etiam citra manuum impositionem in aliquos venit, certe eorum exiguus est numerus, duo aut tres fortasse, et raritas legem Ecclesiæ non præfigit. Nec peccasse itaque, nec peccare peccatum est: quemadmodum nec cæco aut offendisse pedem ambulando, aut offendere cæcitas est, nec ægroto morbus cibi stomacho nocentis appetitio sed non participare divinam naturam ejus, qui pro nobis in cruce pependit Deus Jesus Christus, hoc peccatum est. Est enim nimium quantum difficile, atque adeo impossibile, ut non peccet, qui cum Jesu communionem non habet. Hæc etiam justitia est, participare et communicare cum Jesu. Cum hoc qui non communicat, nunquam a peccato mundabitur. Communicanti autem cum eo peccatum non dominabitur. In ipso enim vivunt, moventur et sunt Christiani [75]. Atque ut breviter dicam, frustra Christiani nomen gerit, qui in agnitione Jesu communionem cum eo non habet. Talis porro ex confidentia et audacia adversus divina et sacra, ex iracundo et præfracto, arrogantique animo ; quomodo alius contra ex reverentia et pietate erga res divinas et sacras, item ex summa morum suavitate, et animi submissione cognoscitur. Nam ut ille nescit, sic iste novit, nihil se fecisse laudabile, nisi in communione boni Jesu, qui usque eo se nobis attemperavit, ut formam atque substantiam nostri similem in se capesseret, ut per cognationem communionemque cum eo, vitæ rationem homini respondentem inveniamus,

Sunt vero qui in terris etiam et in corpore angelicos mores æmulantur, cum penitus tota animæ et corporis natura Jesus communicanti sibi permistus fuerit, et cum eo unum evaserit, ut hujusmodi homo possit usurpare illud : *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* [76]. Duo quippe sunt citra confusionem unita : disjunguntur autem aliquando, idque in nobis ipsis, et ea carnalia ac spiritualia dicuntur : quando idem homo interdum carnalia, interdum spiritualia sapit. Qui igitur spiritualia sapit, et agit, fidelis est, et nominatur : nisi enim in seipso gratiam sanctissimi Spiritus haberet, sibi creditam, spiritualibus non fungeretur. Qui autem quæ carni affinia sunt et sapit, et agit, infidelis, et nullius pretii est. Quod nisi ita esset, nunquam vacuus gratia Christi et diaboli patiens incursus, carnalia operaretur : quia omnis qui facit malum, ex maligno est [77]. Idcirco qui male agunt, eos certum est a dæmonibus impelli, habentes nequitiæ principem, qui in ipsis habitare cognoscitur. Etenim spiritus nequam et intelligentiæ notus est, qui infideles, et a divina gratia desertos spiritualiter afflat. Quocirca ratione præditi, et libera voluntate cohonestati, velut alieno arbitrio subjecti cernuntur regi, sibimet ignoti, et opinantes ex illa sua libertate malum se committere. Quam opinionem magnum robur architecti improbitatis esse novimus : cujus omne studium in id impenditur, ut eo annitente, in iis qui malum operantur, operantes se id facere existiment.

Quid igitur ? dicet quispiam, periit arbitrii libertas (5) ? Sane, at non tota. Remansit enim in nobis

[74] Psal. XXIV, 9. [75] Act. XVII 28. [76] Galat. II, 20. [77] I Joan. III, 8.

(5) Locus lubricus censuraque dignus, videtur enim Simeon existimare, peccata ab homine perliberum arbitrium non committi, sed potius a dæmone in homine et per hominem, tanquam per instrumentum operante ; quod adeo falsum est, ut peccati ratio nulla ratione subsistere possit ; nisi a libero arbitrio procedat ; neque est ulla res præter ipsum hominem qui peccat ; quæ voluntatem directe ad peccatum movere et inclinare queat, docet sanctus Thomas, 1-2, quæst 80, art 2. Indirecte tamen potest et solet diabolus inducere ad ad peccatum ; vel proponendo et objiciendo materiam, qua quis ad peccatum allicitur, vel suggerendo et persuadendo objectum propositum habere rationem boni, quia et suggerens, et suadens, seu persuadens aliqualiter proponit, *proprium objectum voluntati, quod est rationis bonum verum vel apparens*, ut inquit sanctus Thomas : *Sed nullo istorum modorum potest aliquid esse directa causa peccati, quia voluntas non ex necessitate movetur ab aliquo objecto, nisi ab ultimo fine. Unde non est sufficiens causa peccati, neque res exterius oblata, neque ille, qui eam proponit, neque ille, qui persuadet. Unde sequitur, quod diabolus non sit causa peccati directe vel sufficienter, sed solum per modum persuadentis vel proponentis appetibile.* Hæc sanctus Thomas.

a cognitio, quod mali simus : sicut ægroto in A
to jacenti scire, se ægrotum jacere. Vult ille
dem surgere, at non potest. Illud potest, vo-
s, ac pro arbitrio suo medicum quærere Idem
usu venit. Quapropter ait Dominus : *Omnis qui
it peccatum; servus est peccati, servus autem non
net in domo in æternum. Si igitur filius vos libe-
erit, vere liberi eritis* [78]. Quoniam igitur arbitrii
itri libertas eos devenit, ut tantummodo medi-
n quærere debeamus, ad Christum accedamus,
a dominatione diaboli nos vindicet. Nemo
o malum operans existimet, aut dicat, dæmo-
n non habeo : pro portione enim pravitatis aut B
vum, aut magnum, aut etiam multos dæmonas
iet : sicut spiritualis pro mensura virtutis aut
dicam, aut multam gratiam obtinet, aut etiam
nus est Christi gratia. Jam vero divina Scrip-
ra diversa charismata virtute præditorum spiri-
appellare consuevit.
Omnes itaque virtutes bonum quoddam sunt ;
nium vero caput quoddam et pedes esse opor-
: corpus enim sine capite ac pedibus constare
uit. Pedes virtutum sunt humilitas, caput cha-
s. Absque his duabus virtutibus omnis alia
us vana et inanis est. Omnes siquidem virtutes
simul columnæ possunt comparari, cujus basis
humilitas, caput charitas, Deum portans. Nam
sub charitate sunt ordine quodam miseratio, com-
passio, eleemosyna, communicatio, patientia, lon-
ganimitas, beneficentia, et quæ Deus facit, be-
nignitas. Circum humilitatem autem quasi circa
basin columnæ versantur obedientia, tolerantia,
cognitio, prudentia, humanæ imbecillitatis et alti-
tudinis, divinæ cognitio, pro Dei beneficiis gratia-
rum actio, qui benefacit *a dexteris et a sinistris,
per ignominiam et bonam famam* [79]. Jam ubi erga
Deum est gratiarum actio, ibi etiam videtur Deus.
Qui autem pulchitudinem Dei intuetur, quomodo B
hunc ut longe pulcherrimum, omnisque pulchri-
tudinis originem non amabit ? Jam qui Deum di-
ligit, etiam ejus mandata servabit, cujus manda-
tum est, ut amemus inter nos [80]. Cæterum *qui non
diligit fratrem suum quem videt* inquit Scriptura.
Deum quem non videt, quomodo potest diligere [81] ?
Per gratiarum vero actionem, et charitatem acqui-
itur Dei visio. Sustinet igitur humilitas cha itatem,
et charitas firmat humilitatem. Hæc quidem
veluti pedes, qui per medium corpus ipsum et
caput sustentant : at charitas ut cheribicus thronus
Deum portans, per interpositum corpus ab humi-

[78] Joan. VIII, 34-36. [79] II Cor. VI, 7. [80] Joan. XIII, 34. [81] I Joan. IV, 20.

est. et art. cit. qui etiam articulo proxime se-
nte pulchre docet, quomodo dæmon possit esse C
sa peccati interius ad peccandum instigando ;
: est, commovendo phantasiam et appetitum
itivinum. Nec aut obest nostræ et veræ, aut
dest Simeonis sententiæ ; quod qui peccat,
vus peccati efficitur. Hæc enim servitus, et
nte contrahitur, cum quivis per peccatum
ere se dæmoni subjiciat : et sponte etiam seu
ere servitur, cum homo divina gratia adjutus
ere possit illam deserere, et ad libertatem filio-
n Dei transire : et quidquid mali fit, dum
s in servitute dæmonis permanet, id libere fit
ipso homine, quamvis impellente et incitante
bolo ; quæ tamen incitatio non affert necessi-
em, libertati voluntatis. Nec notio servi excludit
rtatem voluntatis ; quia, licet servus sit instru-
ntum Domini, non est tamen instrumentum
urale aut inanimatum, sed animatum ; nec
ilecunque animatum, sed ratione præditum.
are in quamcunque servitutem incidat, quid- D
d agit ut homo, id libere agit, tametsi jussus
impulsus a Domino : nam et servus mandato
nini sui homicidium perpetrans, libere illud
petrat ; quis enim cogeret, si nollet ? Par ratio
nostro argumento.
Quod addit Simeon, *periisse arbitrii libertatem,
non totam*, id itidem benigna interpretatione
iperari debet, potest enim intelligi de imminuta
urali inclinatione potentiarum animæ ad bonum,
im ex peccato exstitisse communiter tradunt
ologi : quod tamen non est absolute intelli-
idum, quasi ipsa anima seu potentia amiserit
uam partem ejus inclinationis, sed accipiendum
ex parte objecti, ut sensus sit peccatum, re-
vendo justitiam, atque adeo naturam corrum-
ido, obstitisse quominus potentiæ (et in his ipsa
im voluntas libera) prompte et sine peccato
antur in bonum ; quod planius significaretur, si
eremus inclinationem potentiarum per pecca-
tum impediri. Vide sanctum Thomam 1-2. quæst.
85, art. 1 et 2, et ibid. Gregorium de Valentia
quæst. 15. part. II, alioquin ex fide catholica cer-
tum est constitutum est, hominem habere liberum
arbitrium ad omnes actiones civiles seu externas,
et morales et etiam supernaturales : cum hoc ta-
men discrimine, ut liberum arbitrium per suas
vires naturales minime sufficiat ad omnes actiones,
sed ad quas tam supernaturali adjutorio gratiæ
indigeat, cujusmodi sunt in primis actiones illæ
quæ ad pietatem et salutem pertinent : de quo
copiosissime disputat Bellarminus, lib. IV, V et VI,
De gratia et libero arbitrio.
Hæc pro explicatione verborum Simeonis, cujus
mentem certius fortasse attigeris, si dicas, cum
amissionem liberi arbitrii, etsi non totius, tantum
in hoc collocasse : quod homo in peccatum lapsus,
nequeat amplius per solum liberum arbitrium re-
surgere, et cum Deo in gratiam redire, quod verum
est quamvis modus loquendi durior sit ; non enim
propterea dici debet amissum ex parte liberum
arbitrium ; licet namque homo a peccatis resurgere
non possit solis liberi arbitrii viribus ; potest
tamen resurgere per liberum arbitrium gratia
Dei excitatum, corroboratum et adjutum, ita ut
adjuvanti libere cooperetur. Ergo cum homo gra-
tiam Dei per peccatum perdit, nihil perdit de li-
bero arbitrio simpliciter et proprie loquendo, sed
perdit tantummodo usum quemdam liberi arbitrii,
qui est supernaturales actiones exercere quas li-
berum arbitrium sine subsidio gratiæ exercere
nequit, quippe quæ longe excedant vim et facul-
tatem naturalem liberi arbitrii. Gratiam tamen
amissam, ipsa gratia divinitus adjuvante, potest
liberum arbitrium denuo libere acquirere. Deique
amicitiam recuperare ; sicut et æger (quod est
exemplum Simeonis) studio et beneficio medici,
libere sanari potest ; licet sanitatem, suis duntaxat
viribus obtinere non queat.

litate, tanquam ea pedibus sustentata. Paupertas, jejunium, continentia, iræ, languæ, cupiditatis omnis sub jugo sunt justitiæ, quæ virum pium ac religiosum decet, ut ne sit injustus, nec alium, sed ante alios semet multet. Plura enim quam necessitas requirit possidere, aut necessaria quidem, sumptuosiora tamen, injustitia est : quemadmodum et ventri definito alimento plus dare, injustitia est. Iræ autem frenos laxare, stultitia ; proterve loqui, fatuitas ; cupiditatibus sæcularibus indulgere, amentia. Non enim virtus est, a malo abstinuisse : etsi qui malum non fecit, non vapulabit, sicut ille scilicet qui fecit. Si autem faciet, omnino etiam vapulabit At qui bonum fecerit, illi bene fiet : non quidem secundum rationem justitiæ, sed ex humanitate et bonitate Dei. Una enim quædam Christi sententia est, qua dicitur : *Qui cognovit voluntatem Domini sui, et non fecit, vapulabit multis*[82]. Alia : *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus : quia quod facere debuimus, fecimus* [83].

ORATIO XV.

ARGUMENTUM.

Tenere, seu observare quæ in divinis Scripturis leguntur, totum Dei munus esse. De oratione, et lectione, et quomodo Christiano psallendum sit.

Qui docetur, nisi quæ doctus est in animo retinet, nihil profecit. Qui litteras sciens, legit, nisi intelligat quæ legit, quodammodo illitteratus est. Qui legit et intelligit, nisi intellecta servare potest, nihil ei podest. Divinas Scripturas legere, nisi arbitratus est intelligere lecta in nobis est, et non est. In nobis, studium : intelligere a gratia Dei pendet. Verum tenere, seu præstare intellecta, id totum supremæ gratiæ acceptum referri debet. Quocirca pauci sunt qui ea præstant [84] ; sicut *pauci sunt* qui salvantur. Sunt ergo duo, oratio et lectio, quorum hæc qua via ad Deum perveniamus; docet, facitque hominem divinum : illa Deum flectit, ut mentem legentis illuminet, quo lecta et intelligat, et observet Alia etenim scripta percipere et cognoscere possunt qui legunt : quæcunque autem divina et salutaria sunt, citra Spiritus sancti illuminationem comprehendi servarique nequeunt. Et quidem qui orare ut debet, eductus est, tantopere lectionis non indigebit, divinæ gratiæ divino lumine replente ejus animam, et in statum quemdam divinorem immutante. Qui autem continuam lectionem plurs facit, antequam orare, ut oportet, didicerit, errat, seque ipsum a divina salute abducit : imo vero sensus omnino expers est, tametsi in tota Scriptura sacra exercitatum se, et eam recitare memoriter posse fateatur. Ut enim citra calorem solis, fructus provenire non potest, sed hieme quidem nascitur, vere maturescere incipit, frigore autem nascitur, vere maturescere incipit, frigore autem perseverante ad maturitatem non pertingit, sed inutilis efficitur, meliusque erat, si nec a principio germinasset : sic qui calori solis illius, quem intelligentia percipimus, sese per orationis præstantiam non subjecit, nunquam fructum maturum per lectionem edere potuit : siquidem et discere prius, quemadmodum oratio instituenda sit, ut ubi didiceris, etiam orare queas, multum tempus, laboremque, et animi magis quam corporis desiderat. Quamobrem et Apostolus hortatur assidue cantare et psallere Deo in corde non in labiis [85]. Sed quoniam *ex abundantia loquitur* [86], necesse est etiam per os ex abundantia illius orationem promi, cum ipsum cor prius mundum creatum, deinde divinus rectitudinis Spiritus innovatus fuerit : post lætitiam salutaris Dei gustaverit, quæ ex consortio et communione Christi exsistit : deinde gratia Spiritus principalis firmitatem acquisiverit, ut spiritualia nequitiæ, quæ cogitatione cernuntur, nulla ex parte ejus motiones, cogitata concutere et quassare suis flatibus possint [87]. Ac tum precibus divinis vacans, per radios mysticos per orationem super orantem exortos cognita et agnita, ad frugem maturam perducere potest : alioqui insipiens ac stupidus est.

Psallere igitur Deo bonum est, quia in primis fructuosum. Si enim quiddam singulare est, cum rege terreno colloqui, quanto singularius cum rege cœlesti ? Quis accedere propius, et cujusquam cum rege sermonem interturbare audet ? Sic neque dæmones ad illum appropinquare sustinent, qui cum Deo loquitur. Non psallere Deo, magna est jactura : anima quippe non psallentis divino lumine, divina virtute et quiete insultibus dæmonum privatur, et omnis petulantia, omnis immunditia, omnis improbitas et injustitia, omnis fastus, ostentatio, arrogantia ab iisdem in eamdem invehitur. Sicut enim cœli aspiratione corpora, ita perenni Dei memoria omnis anima prorsus indiget. Verum enimvero psallere Deo simpliciter ac perfunctorie, et sine timore, qui Deo astanti est necessarius, quem Cherubim tremunt, tantum abest, ut aliquid commodi, ut potius incomparabile detrimentum afferat ; quia Deum exasperat, et a nobis avertit, nosque ab illo tanquam in exsilium ejicit. Nimirum quemadmodum cum contemptu regi astantem satellites regis abripiunt, et a conspectu ejus exturbant, idque rex minime reprehendit : sic angeli Dei, mentem contemptim Deo astantis a Dei visitatione ejiciunt, quam confestim dæmones arreptam, majore auctoritate libertateque (quia velut a lupanari aut caupona) imperiose quoiibet, sive ad turpia et nefanda, sive ad improba, sive ad vana et inania ductitant : et neque qui patitur animadvertit, neque Deus liberat, quoniam ipsemet spretus atque contemptus est. Lege enim ita sanxit : *Servite Domino in timore, et exsultate*

[82] Luc. XII, 47. [83] Luc. XVII, 10. [84] Matth. VII, 14. [85] Ephes. V, 1, seqq. [86] Luc. VI, 45. [87] Ephes. VI, 12.

um tremore [88]. Quapropter homini tali multo melius, si non psalleret. Dæmones namque æteris peccatis omnibus non æque, ut in isto emptu Dei in animam dominari possunt. Et quidem terrenus debitores, quique in se pecunt, patitur, contemptores severe ulciscitur. re cum contemptu psallere peccatum est omm maximum. Deus enim cum a corpore segreus sit. nec oculis istis aspiciatur, etiam modo dam incorporea et visibili colitur. Quem corea ratione, et ut videri possit, colere. minus illi conveniens ac proprium, sicut et apud idem est : *Quoniam si voluisses, sacrificium issem utique: holocaustis non delectaberis* [89]. irco *cor contritum et humiliatum Deus non piciet* [90]. Contritio autem cordis mente et cogione fiat. Non tangunt oculorum sensum mens tra et cogitatio, id est, ipsa anima. Hæc igitur us, inquam, et cogitatio Deo qui intelligibitur, videtur, danda sunt. In hoc enim cultus ejus sistit, ut inaspectabilia inaspectabili, intelligibiintelligibili, et corporalia cum anima quoque ad m colendum se subjiciant, qui manibus humis colitur. Quod vero etiam, quæ in sensus unt, non respuit, sciendum, tunc ea accipere, mente pura ac sincera oblata fuerint.

Omnis quippe oratio, ac psalmodia divinæ Scriræ, cum Deo reconciliatio est. Aut enim petitio eorum quæ Deus per gratiam, pro eo ac ipsum et, hominibus donare solet. Aut sunt gratiarum ones Deo pro opificio, qui nulla subjecta maa procreavit universa. Aut commemoramus per tes admiranda opera, prodigia et signa ad glon ejus, et salutem hominum, et vindictam inirum, improborumque exhibita. Aut arcaniorirationibus divinam ejus administratam providentiam. Aut mysterium Incarnationis Verbi Dei, quomodo quem universitatis ambitus non cœpit, naculatæ Virginis utero captus, natus, educatus cœlestemque vivendi normam docuerit et enderit, salutaremque mortem perpessus, ab eris resurrexerit, spemque resurrectionis, et e æternæ generi hominum donaverit, et in lum, ut homo, assumptus fuerit, ut Spiritum ctum ex Deo Patre suo procedentem, in eos in ipsum credidissent, demitteret ; quem ab io princeps homo Adamus habuit, et ob infitatem amisit. Hic namque totius œconomiæ s, ut credentes in ipsum velut Deum et homin, in duabus naturis non separatis neque conis unum Christum, Spiritum sanctum in suas mas, quasi animam accipiant, et ita nominenfideles, et quasi sursum conflati, ac de integro i, et a principio informati, ac per sanctum tisma reformati, factique denuo, qualis primus no erat, animo et conscientia, et sensibus omnibus sanctificentur : ut de cætero penitus non habeant in seipsis vitam corruptam, quæ possit appetitum animæ in carnales et mundanas appetitiones, cupiditatesque abstrahere. Cui ergo de his et similibus Deum qua die, qua nocte, et longis temporum spatiis alloquitur, et lingua quidem loquens, mente nescit quid loquatur, nonne hic nugari videtur ? Nondum sane fidelis hujusmodi, neque Deo reconciliatus est. Fidelis siquidem est, et appellatur, cui donum sancti Spiritus concreditum est, quique, illud habet, quod donum simul mentem ipsam accipientium illustrat, et simul continet, colligens et conservans horum duorum intelligentiam, cui dicatur et quid dicatur. Prius itaque credere, et reconciliari Deo necesse est, et tum illi psallere sic ut qui psallere constituit, ante veniam de admissis qua verborum, qua operum, qua actionum, qua cogitationum petat. Reconciliata autem Deo anima, mansueta, humilis, et contrita efficitur, id quod reconciliationis cum Deo argumentum est. Sunt enim ista præcipua Dei dona, et charismata, mansuetudo et humilitas. Animam mitem et humilem dæmones ad voluptates corporis, aut avaritiam, aut ad vanam gloriam iterum oppugnare, ut ante, non possunt Et in his duobus Christi donis levationem, ac requiem ab hujusmodi necessitatibus, invenit anima. Quamobrem pauca, cum timore et intellectu psallere debemus. Quod tamen omni sæculari, monacho, anachoretæ, clerico, diacono, sacerdoti, episcopo impossibile est prorsus, nisi horum uniuscujusque anima pro mensura fidei ipsius in Christum, Spiritus sancti particeps fiat. Quoniam *nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritus sancto* [91]. Et quia Spiritus est, in quo adoramus, et preces inimus [92]. Et quia *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas* [93], libertas autem et securitas a dæmonibus videlicet, qui odium, tristitiam, perturbationem, pusillanimitatem, pravitatem morum, nequitiam, incredulitatem, iracundiam, intemperantiam in anima excitant. Quibus qui constricti sunt, jejunantes, vitam solitariam quietamque sectantes, possessionibus carentes, multum psallentes, divinarum Scripturarum explanatores, orthodoxorum dogmatum conscriptores, et magistri Ecclesiarum, et sanctissimi, ac justissimi, et longe religiosissimi, cum Christo, vero lumine, qui omnem hominem sponte sua in verum mundum virtutum venientem illuminat, partem habere non possunt : *Nulla enim societas luci ad tenebras* [94].

ORATIO XVI.

ARGUMENTUM.

Deum propter excellentem charitatem multis calamitatibus hominem exposuisse. Penuriam, seu indigentiam Dei munus esse, quique eam fugit, eum

[88] Psal. II, 11. [89] Psal. L, 18. [90] Ibid. 19. [91] I Cor. XII, 3. [92] Joan. IV, 24. [93] II Cor. III, 17. [94] I Cor. VI, 14.

Christianismum fugere : Dei enim sententiam naturam nobis factam ; et tribulationes omnes gratiarum actionem docere. Cujus rei causa peccatum, morbi, et mors exstiterint.

Deus hominem post lapsum timoribus multis, et omnigenis casibus, quasi muro vallavit, et undique fecit turbis ac terroribus impeti atque jactari, ipsumque in se a semetipso oppugnari. Causa hujus rei, admirabilis, omnique charitate ac bonitate referta est. Sicut enim pater quispiam, dives ac fortunatus bonis omnibus, si filium haberet sibi multo charissimum, ac propter vehementiam amoris erga hunc germanum ac dilectum filium suum nec cibum, nec potum, nec vestem, nec calceos, nec aliud commodum, recreationemve, nisi tantum ab se genitore vellet illum accipere, ut idcirco a patris latere nunquam discederet, et super ejus genua requiesceret ; si quando autem a patre alienari eum contingeret, et ab aliis, non a parente ad usum suum necessaria sibi præberi vellet, aut non inveniret, aut invenire quidem, sed in sudore ac labore et afflictione acciperet, quod omnibus patri servientibus valde serio imperatum esset, talem filium missum facere, repellere, et modis omnibus molestiis afficere, quando extra patris conspectum versantem viderent, ut alibi non inveniens requiem, adactus, necessitate, et invitus ad patrem, qui eum incredibiliter, et plus omnibus dilexisset, reverteretur, in eoque conquiesceret : eodem modo Deus egit cum homine, ut nullam in hac vita rebusque mundi requiem inveniens (quoniam hæc omnia vanitas) ad bonum Deum, Dominum, Herum, Patram, Tutorem, Provisorem, Redemptorem, Salvatorem reverteretur, et cum eo continenter versaretur, et inveniret ipse quidem requiem, Pater autem et Deus eo perfrueretur, ac super eo lætaretur. Erat enim, cum homo circumflueret omnibus copiis, et propter eam abundantiam in quiete ac voluptate esset, vacaretque afflictione et ægritudine, gaudens et exsultans, nesciretque prorsus quid ægritudo esset. Ex negligentia igitur propter affluentiam desiderium parturivit eorum quæ supra ipsum erant, et quæ assequi non poterat, et quæ cum tetigisset, ut illi videbatur de ipsa illa copia et abundantia dejectus, ad multorum, imo sane omnium penuriam redactus est, in tanta egestate constitutus, ut summæ abundantiæ summa indigentia e regione, et ex diametro opponeretur ; arrogantiam scil. vindicans, unde audax illud facinus exstitisset, quo in donatam sibi affluentiam præ satietate contumeliosus exstiterat. Ex quo autem in egestatem devenit, multis ob eam ærumnis, laboribus, defatigationibus cumulatur, nec expleta penuria, tristatur, affligitur, desperat : naturaliaque A et inevitabilia vincula indigentiæ fugere volens, magnopere contendit, ut in vita nulla re egeat. Hinc aut occultus, aut manifestus et impudens alienorum invasor, avarus, injustus, rapax sit, zelo agitetur, invidet, rivatur, mentitur, perjerat, insidiatur, calumniatur, maledicit, pugnat, irascitur, bellat, se ulcisci ur, occidit, etiam ipsum Deum contemnens quodammodo, qui velut temporaneum supplicium in hac vita indigentiam esse voluit, quam mortalium generi protoplasti transgressio induxit, et Deo inimicitias indicit, ac propterea rerum copias sibi parans, inde gloriosus, superbus, jactabundus redditur. Quid deinde ? *Dominus superbis resistit* [95], et tandem extrema ejus in eamdem damnationem cum desertore Dei diabolo B cadunt. Scire igitur licet, indigentiam justum esse a Deo supplicium, gratoque ferendam animo, ut ita commiserationem et misericordiam, et providentiam Dei in nos excitemus. Idcirco *Quem diligit Dominus castigat*, longe eum a superbia propter indigentiam removens : *Flagellat autem omnem filium, quem recipit* [96], per morbos varios, et invaletudines cum sibi copulans, gratias agentem, et patientem, et pro hujuscemodi certaminum corona adoptionem reportantem. Etenim protoplastus non ob aliud violavit mandatum, nisi quod nulla prorsus re egeret, essetque sine labore dives honorum omnium.

Quare qui indigentiam fugit, quam effugere nunC quam poterit, Deo videtur adversari, et ab ipso pronuntiatam sententiam, naturæque loco constitutam, quasi evertere conari, nempe qua jubet, ut *in sudore vultus nostri panem nostrum comedamus, donec revertamur in terram de qua sumpti sumus* [97]. Quoniam igitur indigentia quilibet homini in hoc sæculo, parvo et magno naturalis pœna est, qui hanc quærit effugere, in pœnas sempiternas incurret. Aliter enim quam per avaritiam, injustitiam, rapinam, præsentem indigentiam explere non datur. Solet autem bonorum copia generare superbiam, unde peccatis principium, et caput. Ea prostrata, superbum et arrogantem turpia designandi voluntas invadit, quæ ex amentia, et discessu a recta ratione progignitur. Omnis itaque D Christianus qui indigentiam fugere laborat, etiam germanum Christianismum fugit. Esse enim Christianum, et nullius egere, impossibile est. Etenim Deus nostri similis inter nos factus, ut humanam naturam usque a principio instauraret, decreta sua, quæ ad damnationem transgressoris mandati sui, primi, inquam, parentis nostri fecit, corruptionem videlicet et mortem, cum dixit : *In sudore vultus tui comedes panem tuum* (6) : Et : *Terra es, et in*

[95] Jac. IV, 6. [96] Hebr. XII, 6. [97] Gen. III, 19.

(6) Illa verba Domini ad Adamum post divini præcepti transgressionem Gen. III, 19. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, non magis significant præceptum, quam illa ejusdem ad eumdem : *Pulvis es, et in pulverem reverteris*. Del illa ad Evam : *In dolore paries filios* ; sed significans pœnam, qua Deus primos parentes, eorumque posteros multavit. Ergo, qui modis licitis operam dat, ut [illegible]

ram reverteris [98], non ita leviter sustulit. Ecce
n et sudor ad panem acquirendum permanet ;
n terram de qua sumpti sumus, revertimur.
virtutis suæ ut divinæ virtutis, et sapientiæ
ut divinæ sapientiæ participes faciens, qui in
incarnationem crediderunt, eatenus legem suam
rmat; ipse primum nobis exemplar factus, mul-
doloribus et afflictionibus usque ad mortem
cis ignominiosam perferendis. Similiter apostoli
ideles omnes a Christo bene corroborati, cum
dio sudores et tentationes sustinent, et in multa
ientia fructum ferunt. Propter hoc item marty-
et ascetæ, illi quidem pœnis et suppliciis non
mi, hi vero labores asceticos non abjicere, sed
egiam sibi tolerantiam suppeditari rogabant.
positum certamen per patientiam certantes, ut
labore suo mercedem in futuro sæculo recipe-
t. Unde Deus patientiæ et longanimitatis Deus
ninatur [99]. Igitur pro cuilibet augustia, et omnis
titia necessaria est, propterea quod ante omne
tamentum nemo tentationum notitiam adipisci-
. Ubi autem a tentationibus irruentibus vindica-
fuerit, vindici sive Deo, sive homini gratias
t. Cum itaque homo a tentationibus immunis
toditur, ad gratias ob id Deo agendas segnis ac
er est. Lapsus autem in tentationes, et ereptus,
ense ei gratias agit. Quin si quis etiam semper
gratias agat, non ita, nec tantopere tamque
riter agit, quam tentationibus et tribulationi-
liberatus agere consuevit. Ut ergo ex animo,
x tota mente, et ex omnibus viribus gratias
t in tentationes et afflictiones, et augustias, et
titias incidere oportet, ut virtutem Dei cogno-
t. Alioqui remissio, et feriæ duo non mediocria
la pariunt, nimirum, ut non tota anima gratiæ
ntur Deo ; et ut mens curis inanibus occupetur.
mus in illa sua quiete, tranquilitateque inex-
abili, si Deo gratias egisset, deceptus non fuis-
; neque malum illud consilium unquam admi-
et, neque Deus fieri concupivisset. Quare quem-
nodum aspiratione aeris, sic gratiarum actione
a Deum opus habemus, si in tentationes, affli-
nes, augustias, mœrores, quod velle debemus,
iderimus.

ORATIO XVII.

ARGUMENTUM.

De vero monacho, et pecuniæ, aut voluptatis, aut gloriæ cupidum, non esse monachum : qui morbi ut a Deo sanentur, ascetis dura perpertienda. Cur omne opus bonum hunc habeat finem, ut sanctificationem Christi recipiat. Cum intellectu psallere, solius Dei beneficio ascribendum. Quo pacto inter Deum, et homines inimicitiæ intercedant.

Monaches est, qui professus coram Deo et angelis, se mundo, et iis quæ in mundo sunt, nuntiam remisisse, et ad Christum se aggregasse, divina gratia, quæ animo concipitur, mystice dignatus est, et ejus gratiæ sensum quemdam intelligibilem hausit. Præ ipsa enim omnes, carnis mundique illecebras detestatus, per eamdem mortuus, et ad omnes illas inhabilis, et ineptus efficitur. Ac tunc cum summo gaudio, ferventique desiderio ad divina Christi mandata fit strenuus, et ab omni voluptate, pecuniarumque, et honorum studio alienus (velut qui extra carnem, et mundum viveret) cognoscitur, et soli Spiritui sancto arctissime conjunctus, semper lætus et psallens : *Ego autem in Domino gaudebo, et exsultabo in Deo salutari meo* [1]. Aliter quispiam referri in album monachorum neutiquam potest. Tria enim sunt, voluptas, pecunia, gloria. Monachus qui adhuc voluptatibus se submittit, nondum monachus, sed etiamnum peccati, et Satanæ mancipium est. Monachus cui amor pecuniæ adhuc imperat, nondum monachus, sed idololatra est. Monachus adhuc ambitiosus, nondum monachus, sed principis hujus mundi probatissimus miles est. Qui igitur possidetur aut ab his tribus ex parte, aut ab uno horum trium universe, seu jejunet, seu vigilet, seu oret, seu psallat, seu humi cubet, et quævis alia incommoda, laboresque ac molestias subeat, omnemque scientiam norit, cum Patre, Filio, et Spiritu sancto societatem non habet. Necesse est enim hunc prius libertatem, quæ mente videtur a Dei Filio adipisci, qui ait, *Omnis qui facit peccatum servus est peccati : servus autem peccati non manet in domo Dei in æternum* [2]. Est autem domus Dei regnum ejus. Audin, formidandam sententiam ? *Si igitur filius vos libe-*

[98] Gen. III, 19. [99] Rom. II et XV. [1] Habac. III, 18. [2] Joan. VIII, 34, 35.

indigentiam, partis opibus, effugiat, is non
gis peccat in præceptum Dei quam si de ope-
n ut morbos effugiat ; ipsamque mortem, si non
nper vitet, certe differat. Itaque quando Simeon
it : *Eum, qui indigentiam fugere nititur, fugere*
am germanum Christianismum, et si quid aliud
jus generis in hac oratione occurret id acci-
ndum est de illo qui paupertatem intolerandum
vissimumque malum reputat, immissamque sibi
ito et iniquo animo tolerat : oblitus Salvatoris
, qui hanc omnibus divitiis anteposuit, imme-
rque pœnæ illius primævæ, quam Deus in mor-
es statuit, ut scilicet in sudore vultus sui ve-
rantur pane suo, vitamque inter varias aerum-
nas et paupertatis incommoda exigerent, quam pœnam, cum a Deo infligitur, quivis patienter persolvere debet ; tametsi ipsemet ea se afficere, nec tenetur, nec jubetur. Et si quis aut exsisteret, aut unquam exstitisset, quem sudor iste vultus nunquam tetigisset, omnisque indigentiæ expertem vitam traduxisset, paratus ferre si quid a Deo sibi mitteretur : is nihil propterea in ullum præceptum Dei commisisset, quanquam quis unquam fuit, qui indigentiam penitus a suo limine excludere potuerit, et hoc sudore aspersus non fuerit ? imo quo quis avarior est; eo egentior est. Vere poeta ; *Semper avarus eget.*

raverit, inquit, *vere liberi eritis*[3]. Cum ergo quis a tribus hisce liberatus fuerit, tum demum, ut jam Christianus, et Christi servus effectus, psallere et orare debet. Certe enim qui aut ab his tribus tyrannicis affectionibus, aut ab harum aliqua subjugatus est, etiam volens in libertatem se vindicare nequit. Soli enim Dei Filio, atque Regi Jesu Christo, secundum potestatem quam a Patre propter necem perpessam accepit, istam donare libertatem concessum est, qui post resurrectionem suam dicit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra*[4]. Ad liberatorem igitur confugiendum, quem penes solum est ista auctoritas. Et ne quid omittamus, quo ab eo a tribus hisce tyrannis in libertatem asseramur, pro ea nos inedia maceremus, et eleemosynas distribuamus, ut videat nos cupere libertatem, qui vult misericordiam. Cæterum partæ libertatis indicium est, perfectum odium illorum; ut a quorum cervicibus hoc jugum servile depulsum est, hæc tanquam monstra fœdissima, quæ secundum Salomonis exsecrationem nunquam impleri queant[5], detestentur etiam. Itaque bonum est psallere Deo, orare, jejunare, vigilare, misericordiam exercere, et propter Christum egere. Bonum se humiliare: sed videmus in his, fratres, multos in vacuum aut cucurrisse, aut currere, et laborare inutiliter. Causa aperta est. Etenim quidquid agitur, propter aliquid agitur. Quia vero tota natura hominum post prævaricationem corruptibilis et mortalis esse cœpit, atque idcirco imbecilla et ærumnosa, omniumque vitiorum et stultitiæ capax, quonam pacto ipsa sese a semetipsa liberaverit? Quomodo ergo liberabitur? Si jejunia, vigilias, precationes frequentarit, et laborarit, et facultates suas pauperibus distribuerit, ut a corrupta voluntate diviniore virtute liberetur, ab eo qui solus liberat, et qui venit tollere peccata mundi Jesus Christus et Deus. Qui ob hanc causam jejunat, vigilat, aliaque facit, et laborat, optatis potietur, et cognoscet, et gratias aget, et *humiliabitur sub potenti manu Dei*[6]. Qui autem in vita agenda hunc scopum sibi propositum non habet, incassum laborabit, infelixque et miser Christianus ad futurum sæculum transmittetur.

Intelligendum est autem, omnem operam diaboli, dæmonumque adversus Christianos in hoc collocari, ut hanc ignorantiam per omnium mentes diffundant. Atque ob eam rem dæmones ad jejunia, vigilias, humi cubationes, et cætera, quæ dicta sunt, ascetica administros se præbent, ut qui se affligunt, cum se recte fecisse putaverint, minime se a Jesu curatos inveniant. Lex enim Christo posita est inviolabilis, ne quemquam perturbationes, et morbos suos, eorumque medicum, et ipsam sanationem ignorantem curare possit: quam quidem primum apostoli, post eorum discipuli docuerunt. Atqui non doceri, et nosse sanitatem impossibile est. Affectus enim morbo quispiam, qui prius bene valebat, de statu suo in quo sanus erat, cogitat. Verum ab ipsa conceptione, nedum ab ortu et exitu in lucem, natura æger, quomodo quid sit sanitas nosse possit? Qui etiam de sanitate audiens, non modo doctrinam non complectetur, sed et pro nugis ducet, quæ dicuntur, propter suam incredulitatem omnia, jejunia scilicet, ejusque comites pro incredibilibus habens, et pro vinculis ferreis de peccatis tum propriis, tum fratrum dolere, et flere cum flentibus, ut etiam gaudere cum gaudentibus. Sed hæc omnia bona, admirabilia, et laude digna in nihilum recidunt, si is, qui ea consectatur, Dei sanctificationis particeps non fiat: huc enim una tendunt universa, sicut Apostolus ait[7] de iis quod Deus erudire tanquam filios dignatur, quoniam erudit ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationem ejus. Quod nisi fiat, inanis labor, inanis fides. Primum igitur neque sine virtute Jesu, et Dei ipsa legitime exercere possis: et non coronatur, qui non legitime certat. Lex porro in his una, ut occulte et cautissime fiant, coram oculis solius Dei, usque adeo diligenter, ut neque sinistra nostra cognoscat, quid dextera faciat. Quæ autem sinistra, et quæ dextera? Dextera est, quæ Christum dicentem audit: *Cum omnia feceritis, dicite, quia servi inutiles sumus, quoniam quod facere debemus, fecimus*[8]. Sed enim, quis ille qui omnia fecit, quæ facere debet? Quod si quis aut omnia, aut nonnulla aliquando fecit, quis hoc potuit, ut prius mysticam Christi virtutem non susceperit? Sin autem sine Christo fecit, væ ipsi, et operi ejus. Sinistra est, cum quis officio functus, honorem sibi a Deo deberi existimat. Talis post tantum certamen, et laborem ac defatigationem nunquam Christi sanctificatione impertietur. Et væ illi, postquam ex hac luce migraverit. Et quæ tandem receptionis natæ? quæ? Non irasci, mundum esse a sordibus, quas amor impuræ voluptatis creat. Item mansuetudo, et firmissima horum basis humilitas, malorum tolerantia et compassione non secus quam ferreis fulta tibicinibus ferens dextera globum aureum, lucentem et coruscam, simplicem, immaculatam (per bonam puta conscientiam) quæque nunquam excidit, benignam charitatem: sinistra autem fidem, ut arma solidissima. *Credidit* enim *Deo* sine dubitatione, *et reputatum est ei ad justitiam*[9]: alioqui omnia faciet volens nolens, ut glorificetur ab hominibus. Non enim ubi Christus, illic dæmones; ubi autem dæmones, ibi a curriculo rectæ rationis deflectitur. Nam ut vespertiliones noctu circumvolant, et pascuntur: ita etiam dæmones cum principe suo, naturæ intelligentes, solutæque ac liberæ in vita hominum misera ac perdita, velut noctu terras atque aerias regiones perambulant.

[3] Ibid. 36. [4] Matth. XXVIII, 18. [5] Prov. XXVII, 20. [6] Petr. V. 6. [7] II Tim. II, 1 seqq. [8] Luc. XVII, 10. [9] Gen. XV, 6.

Similitudinem quispiam ex nostra mente ducat. Iæ enim hæc aliquando cognovit, quantumvis nge posita, momento ac puncto temporis perva- t, idque adhuc corporis sui constricta vinculis. inc non est promptum vero Christiano animum rsum ad Deum, divinorumque perspicientiam igere, atque sustollere, et cum illo summo bono lloqui, et per sanctissimas notiones illic circum- si Inminis participem fieri, nisi ante a Spiritu ncto velut sigillo insignitus sit. Cum enim dia- lus eam divina gratia destitutam, aerem modo iodam spirituali concitatam penetrare, et Deum ncipere, suorumque errorum recordari vide it, dacter viam custodiens, quodammodo clamat. io infelix per meum imperium pergis? Ego prin- ps tenebrarum. Ego eorum qui mundum sapiunt inceps appellatus sum. Ego corrupti aeris Domi- is et arbiter Satanas. Nondum e potestate mea nslata es (ut inquit Apostolus [10] de his, quos ristus transtulit de potestate Satanæ ad Deum.) lhuc ditioni meæ subjecta, quæ mea sunt respice. ea est enim salacitas, insolentia, injustitia, im- obitas, quæ te antea, ut admodum bona docui. disti, gustasti, delectata es, mane infra. Ideo riptum est: *Ei nemo potest dicere, Dominus sus, nisi in Spiritu sancto* [11].

Non ergo ullum Christianum ad psalmodiam, vinosque hymnos concinendos astare oportet, i prius a sancto Sriritu mentem insignitam non buerit; ne coram Deo astans, quæ Satanæ sunt. minister ejus, operari intelligatur: et ex hac usa sordibus inquinatior, malisque iræ, et car- lis cupiditatis dirius, et suavius repletus sub- rtatur. Qui namque in officinam medicamenta- m ingressus, vulnera vibicum immitius sibi fricuerit, præstabat hunc eo nunquam ingres- m. Multo igitur studio, accuratioueque cujus- e Christiani mens corrigenda est prius, ne hoc so fiat deterior, quod ante correctionem psallit, monosque ac preces persolvit. Non enim potest ipurus animus astare Deo, quantumvis corpus tet: quia non ipse unusquisque, sed quæ umquemque obumbrat Christi gratia, ea est, iæ Deum benedicit, et in ipso laudat, et myste- um illud admirabile admittit. Omnes itaque mines congredientes, norunt quid loquantur, et ænam sint, quæ mutuo disserunt, cognoscunt. ii vero audinnt, quæ ipsis dicantur non igno- nt; et est manifesta stultitia, colloquentes vi- ssim aures non dare. Quoniam vero, cum Deo tantes eum alloquimur, ut imprudentes ac fatui imum ei non attendimus, unde salutem nos epturos confidimus? præsertim si id diu feceri- us, noctes scilicet ac dies ita sine intellectu allentes, et nos Deo placituros existimantes. Opus t enim cum Deo loquentes tantam saltem atten- nem adhibere, quantam dum pro hujus vitæ rebus contendimus, et jurgamur, adhibere solemus. Hinc perspicitur, quo pacto diabolus mentem hoc tam gravi malo involuti circumducat. Et omnis medicina spiritualis, curatioque experienda est, ut medicus animorum, et corporum Jesus hunc morbum sanet. Sin minus, psalmodia tota, habitusque ad Deum sermo inanis est, et evanescit. Quare ingemiscere, et plorare insipienter, ac sine intellectu psallentem oportet, nec putare, se psalmos cecinisse. Quod si idcirco non dolet, quid salutem sperat? Illud enim: *Non est speciosa laus in ore peccatoris* [12], non de atheo, et infideli quopiam scriptum est (nullus quippe horum laudat Deum, quem ignorat) sed de eo qui Deum cognoscens, et in eum credens, per opera mala impius, et per peccatum Dei inimicus atque hostis est. Quemadmodum namque speciosum aliquid pulchrum est et elegans, ut pulchritudinem et elegantiam continens aspectuque jucundissimum, et ideo etiam oculorum obtutum ad se allectat: deforme contra est odiosum, et intuentium oculos a se avertit: sic laus peccatoris divinos oculos a se repellit. Solis enim labiis eam pronuntiat, corde autem cum peccatis, quæ id præoccuparunt, loquitur: a quibus ut tuta ac certa possessio retinetur. Nemo siquidem Deo cantare, et interim non in pectore infanda volutare potest, ni prius per pœnitentiam, et confessionem illum sibi reconciliaverit; quæ reconciliato est quædam, quæ intellectu percipitur, ejus ad animam obumbratio. Cujus obumbrationis argumentum, in laudibus divinis timore quodam et reverentia perfusus animus, bonus ordo, et attentio ad ea quæ canuntur: *Quia nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Qui sic non laudant, sive sacerdotes sint, sive celsiores his, aliorum apud Deum interpretes ac deprecatores, adhuc a divino conspectu remoti sunt. Quod si hi inimici sunt ejus apud quem hoc officio funguntur, quid facient, qui hujusmodi interpretes, et causæ suæ actores quæsiverunt? At enim si sol calidus cum sit, apricantes radiis suis calefacere consuevit: quomodo Deus, cum sit sanctus, omnes per orationem secum agentes non sanctificat? Quoniam ibi sol iis qui calefiunt sensum affert, sentiunt quippe se calefieri, et ob hoc ipsum ad solem sedere se sciunt; hi autem qui Deo preces fundunt, quid petant nesciunt: quod matri filiorum Zebedæi, ipsisque filiis ejus Christus dicebat [13]. Talibus, ut vel centum annos precando consumant. Deus nihil dat. Quia igitur frustra laborant, qui psallunt et orant, nec sanetificantur, magistros a Deo afflatos prius adeant, et doceantur, quid orare debeant. Ni faxint, seu sapientes, seu insipientes sint, profani atque impuri morientur. Nam quid petant nescientes, Deus exaudire nescit.

—

[10] Coloss. I, 13. [11] I Cor. XII, 3. [12] Eccli. XV, 9. [13] Matth. XX, 22.

ORATIO XVIII.

ARGUMENTUM.

De immutatione animæ, et corporis ex iis quæ nobis tum ab aere, cæterisque elementis, tum a cibo ac potione, atque etiam a dæmonibus accidunt.

Non solum conversiones, et mutationes, quæ in animo exsistunt, verum etiam eorum causas, quales tandem sint, et unde sibi eveniant, monachus scire, atque intelligere debet. Interdum quippe repentinum gaudium animam incessit : interdum improvisa tristitia eamdem occupat, et tanquam onus quoddam premit. Et nunc quidem facile compungitur ; nunc ita ad dolorem de peccatis obfirmatur, et obdurescit, ut tota saxea videatur. Aliquando mitis fit, et humilis : paulo post se erigit, iracundiaque et rabie concitata, adversus omnes fratres furit, et insanit. Est quando remissa, et iners ad omne opus bonum torpet ; est quando excitatur et vigilat, et ad omnem obodientiam gestit, ut et in socios ac familiares jocetur, eosque ad capessendam virtutem exstimulet. Nonnunquam timore contrabitur, et circumspicit omnia ; nonnunquam se impudenter effundit. Modo nugatorum, et ridiculorum libenter meminit, eosque ad se accersit ; modo nec illos, nec contubernales intueri sustinet. Quandoque in se ipsa ita pressatur, et arctatur, ut etiam hujus lucis pertædeat ; quandoque sic dilatatur, et sic amplifice exsultat, ut quamvis magno conatu reprimere atque cohibere se nequeat. Et ista quidem circa naturales animi motiones fieri consueverunt, cum ad certamen in exercenda virtute, et ad mandata observanda accingitur. Sed quemadmodum animus, ita et mens nostra immutatur variaturque. Alias etenim ad intelligendum expedita est, et ad ea quæ intelligit, seu perspicit celeriter percurrenda ac discernenda expeditior : alias pigra, et tarda ad utrumque. Interdum eadem mens quasi amens, muta et surda fit : interdum viget, et facunda est, et audire potest, atque percipere. Aliquando cæca, aliquando oculata, in profunditatem et altitudinem contemplationis supra captum humanæ naturæ ingredi enititur ; aliquando ad omnem contemplationem inepta, eaque vacans, universe peccatorum præteritorum meminit, nihil quidquam simile excogitans prorsus ; nonnunquam varie, velut non facta cogitans, et comminiscens, et nequiter agens, et tanquam flamma in lignis humidis fumo suffocata, fit maligna, non in præsentes tantum, sed et de absentibus nonnullis sæpe inania, et falsa in semetipsa fabricans. Et cum cor multum contristetur, nec cum mente in talibus sentiat, nihil penitus tamen proficere, nec avertere ipsam a vanis cogitationibus potest. Et hactenus de mutationibus mentis, animæque nostræ intelligentis, ac divinæ dictum esto.

Quæ porro circa corpus varietates nobis contingunt, et si parvo negotio videantur posse dijudicari, facileque cognosci, tamen aliter res habet. In hoc enim potissimum multa frequentissime incidit mutatio. Anima namque natura et essentia immutabilis est : similiter et mens illi a Conditore concreatæ. Solæ consilio reguntur, propriaque voluntate virtutem aut vitia capessentes, luminis, aut tenebrarum sociæ et hæredes in æternam constituuntur ; anima, inquam, et mens alteri horum consilio, ut dictum est, et voluntate ultro adhærentes, seu bono, bona fiunt, seu malo, mala vocantur. At vero corpus etiam natura sua est mutabile, quia compositum, et essentia fluxum ; nempe ex materia interitui obnoxia, et caduca, ex contrariis scilicet commistum sive coagmentatum. Ex calido enim et frigido (ut docent philosophi, et veritas ioem testatur) ex arido et humido hujus essentia conflatur. Verumtomen ipsum secundum se arbitrio, et voluntate caret, atque etiam, si dicendum est, motu : nisi omnino hujus fluxionem progressumque ad interitum, motionem quispiam ejus hypostaseos naturalem dicat, in qua nihil rationis cernitur. Quod cum ita sit, certum est etiam, non inesse peccatum, nec eam a Deo condemnari. Et merito. Quod enim naturam comitatur, illud quoque damnationem haud meretur. Ardorem autem, appetitionemque nuptiarum, conjunctionem corporum veneream, voluptatem, belluationem, ingluviem, somnolentiam, pigritiam, ornatum vestium, aliaque omnia, quæ vulgus existimat corpus requirere, non corpus (haud magis, quam cum examine jacet) sed anima per hoc requirit, anima, inquam, semel huic luto indita, gaudens, et velut sus in cœno in his volutari concupiscens, carnisque sibi consociatæ voluptates affectans. Quare nemo a corpore suo ad hæc compelli, et cogi ee arbitretur, quod falsum est. Sed audi, et intellige quomodo. E gleba terræ Deus hominem finxit. En ostendi jam tibi corpus. Tu vicissim, quales in eo concitationes, ac turbidi motus sint, ostende, quod penitus non poteris. Quid postea ? *Et inspiravit Deus in faciem ejus, et factus est homo in animam viventem* [14]. Et ab humo excitatus, spiritu qui in ipso erat (herili videlicet) corpus movente ambulabat ; ardor, aut incitatio libidinis, aut bruta ventris insania, et immoderatus cibi appetitus nusquam adhuc apparebant, vitaque tranquille, et citra molestiam traducebatur. Videamus igitur, ne forte, quia non exstabat femina, aut quia non suppeditabant escæ, cupiditatem irritantes, idcirco homo nec ad concubitus desiderium, nec ad ingluviem moveretur. Quid ergo ait ? *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu* [15]. *Et erant Adam et Eva in paradiso nudi, et non erubescebant* [16]. Cernis, neque quia femina esset Eva, neque quia essent ambo nudi, ideo alterius ex ipsis læsam

[14] Gen. II, 7. [15] Gen. II, 9. [16] Ibid. 25.

se pudicitiam ? Sed et nudi erant, et se non A gnoscebant, nec erubescebant, nec tamen a tura corporis ad rem habendam sollicitabantur. d post peccatum, et transgressionem, et post- am paradiso pulsi, ac Deo nudati fuerunt, et rina ejus gloria exciderunt, tunc, ut scriptum t : *Cognovit Adam uxorem suam, concepitque et perit* [17]. Proinde, dilecte, si tu quoque Deum ıcere amaveris, et in ejus dilectione manseris, nquam ullus animi motus a ratione alienus tui minabitur : neque corporis necessitate quadam 'annide opprimet. Sicut enim corpus sine anima nihil moveri potest : sic neque Deo per chari- em conjuncta anima ad ventris et libidinum luptates pessumdari : nec ad alias quasdam cupi- B ates rerum aspectabilium, aut non aspectabi- m, in quibus locum habet perturbatio : quando- idem appetitus cordis ejus, aut potius omnis :linatio voluntatis ejus, cum dulci amore Dei vincta est. Ipsa igitur Conditori suo colligata, ut timus, cedo, quomodo a corpore incendi, aut)veri, aut per ipsum suas omnino cupiditates plere potest ?

Naturam autem consequentes, et in ipso corpore sistentes mutationes manifestæ sunt ; omnibus im, etiam sanctis, contingunt. Aliquando et enim num esse dicitur, cum illa ex quibus concretum, compositum est, non dissident. Aliquando mor- m sentire cogitur, quando unum ex quatuor ele- entis seipso vel acutius, vel minutius contra alia C surrexerit, imo ab illis devictum oppressumque erit. Hinc distillationes, extremarum corporis rtium mutilationes, et nonnunquam totius ani- antis pernicies et interitus, citra damnum animæ stræ, cum horum plurima ex intemperantia vi- is generentur. Quorumdam vero corporum mu io ventis et aeri ascribenda est. Aer enim quia gidus, corporis frigidam sortita naturam offen- , ac debilitat, ut nimium refrigerata videlicet. ia, quoniam constitutione calidiora sunt, cœlo gidiore temporaria potius ac valentiora reddun- . Contra, cum aer incaluerit, frigida foventur odammodo, et reviviscunt ; ut muscæ, et reliqua ıecta a radiis solaribus tepefacta, et validiora, et liora evadunt. At quibus constitutio calida est, D ıementissime exardescunt, et ad omnem actio- m atque motum similiter languida, et imbecilla nt : et omnino unumquodque pro temperamento) in aeris ventorumque mutatione ipsum quoque) rata portione mutationem admittit. Quin etiam e his separatim ex cibo, potuque immodico, et intemperantia immutatio sequitur. Præterea ex lto somno, ac labore, aut pigritia corporis. rsum alia est, quod ex ipsa concretione corpo- , et calore naturali producitur fumosum incen- m, velut ab aqua exstinctis carbonibus, quod is caput solum petit, alias toto se corpore dif- fundit. Postremo alia restat, quæ connivente bono Deo, ac Domino nostro, secundum œconomicam institutionem ad humilitatem nobis a dæmonibus infertur tentatio. Quænam isthæc ? ipsum hoc onus, et pondus corporis nostri, quod quamvis nulla alia de causa, propter vanam gloriam solum, aut elationem animi aut per damnationem alterius, ut negligentis, aut propter alias etiam causas plurimas, dæmoni traditur in interitum carnis, et contritionem animæ ; probationem vero, et exercitationem ampliorem ejusdem, et ut cum viscera pietatis, et miserationem Dei circa nos cognoverimus, totum amoris affectum ad eum transferamus, totoque in illum desiderio feramur. Quare et hæc non omnes omnia norunt : sed animæ quidem alterationes, et corporis mutationes, qui mediocriter ad virtutem affecti sunt, eorum quisque ex parte novit, si forte contigerit in ipso quippiam hujuscemodi : nam plane tenebris offusos non curamus.

At quas mens patitur conversiones, et mutationes, de quibus diximus, soli turbidis affectibus carentes, et perfecti, puri et liberi anima atque mente cognoscunt. Quin ne ipsi quidem. Non enim sui ipsorum, sed alterius sunt, a quo de his etiam erudiuntur. Interdum quippe ex istis diversitatibus menti accidentibus, constringitur, tristaturque anima, cum de præsenti gaudio aliquid amiserit. Verumtamen viriliter mentem exsuscitat. Interdum vero mens in his quæ patitur anima compatitur et ipsa, et in nocte versari urgetur illa quidem, sed non cedit : conatur autem manere in lumine, et forsitan etiam animam illustrat. Alias rursum ab inconstanti et inæquali corporis habitu utraque premuntur vehementer. Aliquando extrinsecus gravantur, et onus sentiunt ; et tamen in pace sunt. Interdum intrinsecus turbantur, et commoventur, perturbationibusque generatim subduntur, ut qui patitur, priorem tranquillitatis suæ conditionem sperare non possit. Sic itaque anima, et mens a corpore, mens ab anima ipsa, et anima denique a mente, et cerpore habet, quod delinquit. Neque hæc duo, anima et mens semper turbantur : sed ex iis est quando anima patitur sola, percunctaturque mens, et, quid, inquit, est tibi ? illamque consolatur. Interdum mens excæcatur, et obtegitur, animaque cum sit libera, virtute ignis sui persequitur caliginem, et sublato velamine mentem facit aspicere. Quamobrem, patres et fratres mei, non solum mutationes, conversiones quæque nobis eveniunt alterationes, verum etiam unde eveniant, et quomodo, et a quibus, quique venti cogitationum spirent, et ex quibus pravarum affectionum, tentationumque flumina descendant, aut superveniant, intelligere debemus, ut domum animæ tuto firmemus, et navigii clavum bene moderemur ne artis imperiti, naturaque inhabiles ipsum versemus : quorum cognitionem vita studiose se-

[17] Gen. IV, 1.

cundum regulam perpetuo acta suppeditat. Sibi enim ipsi terminum ac typum ponere monachum oportet, et scire quo pacto singuli dies peragendi sint, ut curriculum virtutis expedite queat currere, et ne per inscitiam cursus ejus impediatur. Sic etiam sibi viam virtutis asperam simul et laboriosam complanabit : cum nimirum habitum, consuetudinemque recte faciendi acquisierit, et proficiens, ascensionesque in corde suo disponens, et ex parvis ad majora perfectioraque se attollens Deo placebit, dictorumque a nobis omnium notitiam habebit [18], et multorum aliorum magister audiet, sermone, et morum innocentia eos qui cum ipso versabuntur illuminans, ut qui etiam ipse desuper illuminatus sit ; et profunda revelans his, qui cum desiderio quærunt discere profunda spiritus [19], in Christo Jesu, Domino nostro, cui gloria, et imperium cum Patre, et sancto Spiritu nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIX.

Argumentum.

De cognitione spirituali : et thesaurum spiritus in littera sanctarum Scripturarum absconditum, non omnibus, quanquam cupientibus manifestum esse : sed possidentibus duntaxat illum, qui sensum ad Scripturas intelligendas aperit.

Spiritualis cognitio, fratres, cuipiam domui in medio mundanæ, et gentilis cognitionis ædificatæ similis est : in qua domo, velut scriniolum solidum, et communitum et cognitio a Dee inspiratarum Scripturarum, et divitiarum, quæ in eo inexplicabiles, instar thesauri jacent reconditæ : quem, qui domum ingrediuntur, videre nequeunt, nisi arcula illis penitus reseretur; quam tamun humana sapientia reserare nunquam valebit. Quocirca spiritus opes in ea repositæ, mortalibus universis ignotæ manent. Et quemadmodum, licet ipsam arculam totam humeris suis impositam quis ferat, locatum in ea thesaurum ignorat : sic, et si quis omnes Scripturas legerit, et in pectore recondiderit, et quasi unum psalmum eas recitare ex memoria possit, absconditum nihilominus in arcula sancti Spiritus donum nescit. Neque enim per arculam quæ insunt in arcula, neque per Scripturam quæ sunt in Scriptura, notescunt. Audi quanam ratione. Cernis arcam parvulam, bene clausam undique, quantumque ex ejus pondere, et exteriore elegantia colligis (aut forsitam etiam ab aliis audivisti) credis thesaurum intus latere : qua etiam sublata, festinanter ambulas. Narra igitur mihi, quid proderit, si obsignatam, et clausam ipsam solam in omni vita circumferas, nec aperias, nec aliquando ibidem repositum thesaurum inspicias ? si lapillorum in ea fulgorem, margaritarum claritatem, auri coruscum splendorem non videas ? Quis fructus, si dignus non sis, qui ex iis vel pauxillum auferas, et inde ad victum vestitumve aliquid commodi percipias ; sed arculam quidem obsignatam, magnoque, et opulento thesauro refertam, quandiu in vita commoraris, circumferas, ut diximus, tu autem ipse interea fame, siti, nuditate crucieris ? Nullus plane opinor. Ista mihi, frater mi, etiam de spiritualibus cogita, et arculæ nomine Christi Evangelium, cæterasque Scripturas intellige, habentes in se conclusam, et signatam vitam æternam, et cum eadem quæ in illa sunt, nullis exprimenda verbis, quæque oculis corporeis non cernuntur bona æterna, secundum Domini vocem : *Scrutamini Scripturas, quoniam in ipsis est vita æterna* [20]. Hominem porro, qui arculam in humeros sustulit, pone illum esse, qui Scripturas omnes reddere queat ex memoria, et in ore eas semper habeat. Eas itaque in arcula memoriali animæ, mandata Dei ut pretiosos quosdam lapides continente, in quibus est vita æterna (verba enim Christi lux et vita sunt ut idem ipse ait [21], et qui non credit in Filium Dei, non videbit vitam) apportat. Cum mandatis autem virtutes, ut margaritas quasdam, a mandatis enim virtutes, in quibus mysteriorum in littera latentium, et obvelatorum revelatio. Factitandis enim mandatis virtutes exercentur : virtutibus exercendis mandata implentur. Atque ita per hæc nobis janua cognitionis aperitur ; imo vero non per hæc, sed per eum qui dixit : *Qui me diligit, mandata mea servabit, et Pater meus diliget eum, et ego manifestabo ei meipsum* [22].

Si ergo habitaverit, et ambulaverit inter nos Deus, et ipse seipsum nobis clare manifestaverit, tunc quæ in arcula, id est, in divinis Scripturis abscondita sunt mysteria, cognoscendo intuebimur : aliter fas non est. Nemo erret, quasi ei arcula cognitionis aperta sit, et bonis quæ in ea sunt perfruatur ; aut eorum sit particeps, eaque aspiciat. Qualium vero, quorumque horum, obsecro ? perfectæ charitatis erga Deum, et proximum. Contemptus eorum quæ videntur omnium ; mortificationis carnis, et membrorum ejus, quæ sunt super terram, usque ad malam cupiditatem [23] : ut quomodo mortuus penitus nec cogitat, nec sentit aliquid, ita et nos ipsi nullam cogitationem improbæ cupiditatis, aut sensus cum perturbatione conjuncti omnino unquam concipiamus ; aut tyrannicæ turbationis malum experiamur, et tantum mandatorum Salvatoris memores simus. Insuper immortalitatis, incorruptionis, æternæ gloriæ, vitæ sempiternæ, regni cœlorum, adoptionis per regenerationem sancti Spiritus, et ut per adoptionem, et gratiam dii fiamus, vocemurque hæredes Dei, cohæredes autem Christi [24], et una cum his Christi sensum possideamus, per quem Deum, et Christum ipsum secundum divinitatem inter nos habitantem, et ambulantem videamus, et cognoscamus. His igitur omnibus, et his majoribus, quæ verbis comprehendi et explicari nequeunt, mandata Dei audien-

[18] Psal. LXXXIII, 6. [19] I Cor. II, 10. [20] Joan. V, 39. [21] Joan. VI, 64. [22] Joan. XIV, 31. [23] Coloss. III. 5. [24] Rom. VIII, 17.

eaque custodientes ac facientes, per apertam
ım, de qua locuti sumus, id est, per revelatio-
ı intelligibilium oculorum, intuitu in divina
ptura latentium digni habentur, et iis largiter
ntur. Cæteri omnia quæ scripta sunt imperite
ientes, eorum dulcedinem vitam æternam con-
tentem non gustaverunt, soli Scripturarum
rinæ innitentes, quos ipsa in exitu, magis quam
qui omnino non audierunt, judicatura, et con-
natura est. Ex his enim quidam errantes, om-
divinas Scripturas pervertunt, eas secundum
as ipsorum cupiditates interpretantes, com-
ıdare volentes seipsos; quasi nimirum etiam
ı accurata mendatorum Christi observatione
tem adepturi sint, virtutem sanctarum littera-
ı funditus abnegantes. Et merito. Obsignata
n, et clausa, quæ nulli mortalium nec visa nec
nita sunt, a solo autem sancto Spiritu reserata,
ıa nobis revelata, factaque spectabilia, et ad
noscendum exposita, quomodo tandem scire,
cognoscere, aut saltem aliquantem animo per-
tare poterunt, qui adventum sancti Spiritus,
minationem, illustrationem, inhabitationem in
ıetipsis nunquam se cognovisse dicunt? Quo
to talia mysteria assequantur, qui nunquam
rsus sese ab eodem spiritu iterum conflatos,
ovatos, immutatos, regeneratos animadverte-
t? Quod si nondum in Spiritu sancto baptizati
t, immutationem in eo baptizatorum quomodo
e possunt? Qui denuo nati non sunt denuo na-
ım (ut ait Dominus) ex Deo, inquam, et inter
ıs Dei ascriptorum gloriam quomodo videant?
hoc sibi contingere noluerunt, sed hanc glo-
n neglectum iverunt, (et enim potestatem acce-
ant, ut tales fierent) dic mihi, quali cognitione
spicere, aut saltem quoquo modo cogitatione
ırmare poterunt, quales illi appellati sunt?
ıpiritus est Deus, qui sub aspectum non venit,
nortalis, inaccessus, incomprehensus; et tales
ıit, ex se natos, similes patri suo, a quo geniti
t, corpore solo comprehensibiles, et aspectabi-
cætera soli Deo cognitos, et solum Deum co-
scentes, vel potius a solo Deo cognosci volentes,
quem et semper respicere, et ab eo respici de-
erant. Præterea sicuti expertes litterarum, pe-
de ut earum gnari libros legere nequeunt: sic
ue qui factis per Christi maudata ambulare
uerunt, æque, ut qui ipsis invigilarunt, eaque
ıleverunt, et pro iis sanguinem suum profude-
ıt, sancti Spiritus revelatione, sicut illi aliquando
nabuntur. Nam ut homo accepto libro clauso, et
nato, in eo scripta videre aut qualia scripta
t, cogitare non potest, quandiu liber clausus et
natus est, quantumvis universam mundi sapien-
n didicerit: sic neque qui sacram Scripturam
ım in ore habet, ut dicebamus, mysticam, et
inam gloriam, virtutemque in ipsis contectam
ıse, et perspicere aliquando poterit, nisi omnia
i mandata, ea servando quasi peragraverit, et
racletum sensa illi, ut librum aperientem, quæ-

A que in ipsis est gloriam mystice demonstrantem habuerit. Neque hoc solum, sed etiam in his latentia, et æterna Dei bona, cum ipsa hæc effundente Deitate revelantem: quæ omnibus contemptoribus, et negligentioribus operta et obscura sunt omnimodis. Nec injuria. Quia enim sensus suos omnes mundi vanitatibus affixerunt, et jucunditatibus vitæ, corporumque pulchritudine afficiuntur, animæ videndi facultatem caliginosam circumferentes, inenarrabilium bonorum elegantias, ad quas intelligentia penetratur, intueri nequeunt. Et quomodo cui obtusa est acies oculorum, nec leviter potest puriorem solis radium aspicere, sed si in illum oculos intendat, statim quem habuit aspectum
B plane amittit: sic nempe qui vitiatos animi oculos, et sensus ipsos motionibus turbulentis obnoxios habet, sine commotione, citraque damnum venustatem elegantiamque corporum contueri nequit? sed et quam ante id tempus cogitationum pacem, et a pravis cupiditatibus tranquillitatem obtinebat, hanc ipsam in meditatione affectus sui commorans amittit. Proinde nec imbecillitatem suam talis ullo modo pernoscere potest. Si enim se totum ægrotare sibi persuasisset, alios quosdam bene valere credidisset, et forsitan aliquando se ipsum incusasset, seque sibimet causam morbi esse dixisset, et quæ ad sanitatem recuperandam attinerent, animo reputasset. Nunc hujuscemodi homo omnes arbitrans passionibus deditos, se illis exæ-
C quat, et ut ipse solus sit invictus, et omnibus superior, fieri neutiquam posse autumat. Quid hoc? ut una cum improbo affectu suo moriatur miser, ab hoc malo liberari refugiens. Si enim voluisset liberari, potuisset, utpote qui a Deo potestatem acceperat. Quicunque enim in nomine ejus baptismo abluti sumus, præteritam ignobilitatem corruptionis, ut vestimentum vetus exuendi, et Christum superinduendi, ac filios Dei nos appellandi auctoritatem ab eo consecuti sumus. Verum absit, fratres, ut ita affectis, et talia sapientibus captivis, ac terrenis similes evadamus. Contingat autem sequi Christum, qui nostra causa mortuus est, et resurrexit, et nos secum in cœlum exaltavit, ejus-
D que vestigiis semper insistere, purgatis per pœnitentiam a labe peccati, ac superindutis lucidam tunicam incorruptionis spiritus, in ipso Christo Deo nostro, cui gloria, et imperium cum Patre, et sancto Spiritu nunc et semper, et in omnes sæculorum ætates. Amen.

ORATIO XX.

Argumentum.

De ea quæ certantibus fidelibus e Spiritu inest etiam ante mortem vivifica mors, sive mortificatio: et qui in gratia supra legem jam sunt, eos divini luminis gratiam in seipsis accipere. Quod qui in hac vita adepti nondum sunt, neque id liquido cernunt, eos adhuc sub umbra legis esse, et ab ea judicatum iri. Quemadmodum fideles Spiritum sanctum, sanctimoniam, perturbationumque vacuitatem nanciscantur.

Scrutamini Scripturas, inquit Dominus ac Deus

noster Jesus Christus [25], ut ante omnia scilicet viam salutis doceamur. Deinde etiam in mandatis ejus citra conversionem peracta via, ad ipsam animarum nostrarum salutem perveniamus. Quæ est igitur salus nostra? Jesus Christus, id quod et angelus pastoribus astans prædicabat: *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est, vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David* [26]. Festinemus igitur unusquisque, dilecti; curramus contente, nihil oneris, aut ad vitam hanc pertinens, aut portatu grave nobiscum gestantes; ne ob hoc lentius coacti incedere, civitatem David attingere, atque ingredi non possimus. Obsecro vos, per operantem in nobis gratiam, ne salutem nostram in mi nimis ducamus: sed velut a somno perversæ arrogantiæ, socordiæque expergefacti, ne stemus, nec sedeamus, donec extra hunc mundum toto animo simus, Salvatoremque ac Dominum nostrum inventum, et conspectum illic procidentes adoremus. Et neque tum stemus, sed donec ille nobis dicat: *Vos non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo* [27]. Quinam autem aliquis eo perveniat, ut non sit de hoc mundo? si seipsum mundo crucifixerit et mundum in seipso, ut Paulus ait: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* [28]. Et quomodo hæc verba cum illis consentiunt? Verba quidem, inquit, alia sunt, vis amborum una eademque. Quemadmodum enim qui extra domum est, intus conclusos non videt; sic mundo crucifixus, aut mortificatus, rerum mundanarum sensum nullum habet. Rursum sicuti corpus mortuum nec viva, nec secum jacentia corpora mortua sentit quoquo modo: sic nec qui extra mundum in spiritu Dei est, et cum Deo est, mundo, aut rebus mundanis affici potest. Atque ita, fratres, et ante mortem mors, et ante corporum resurrectionem animarum resurrectio fit opere, virtute, experientia, veritate. Mortali enim cogitatione ab immortali sensu deleta ac profligata, et mortalitate a vita effugata, anima tum velut a mortuis excitata, semet convenienter videt (ut qui de somno surrexerunt, semetipsos conspiciunt) et Deum a quo excitata est agnoscit: quem intelligens, gratias agit, adorat, et immensam ejus bonitatem dilaudat. At vero corpus ad proprias cupiditates nullam vel qualemcunque inspirationem, aut motionem, aut cogitationem habet: sed est in his totum mortuum et exanime. Nonnunquam, imo sæpe, etiam eorum quæ secundum naturam sunt, propter assiduam animæ in rebus quæ supra naturam sunt mentalem occupationem ac studium obliviscitur. Et recte, inquit enim: *Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis* [29]. Caro igitur, ut dictum est, per adventum Spiritus facta mortua, imperturbatos de cætero vos relinquet, et citra impedimentum vivetis: *Ubi enim spiritus Domini est*, inquit, *ibi libertas* [30], libertas ex subjectione sub legem per omnia. Lex quippe dux viæ, et pædagogus, et manuductrix, et magistra justitiæ est, dum dicit, hoc et hoc facies. Gratia autem et veritas non ita: sed quomodo? et facies omnia, et loqueris secundum datam tibi, et loquentem in te gratiam, sicut scriptum est: *Et erunt omnes docibiles Dei* [31]; non per litterarum notas, et signa quod bonum est discentes, sed in Spiritu sancto id edocti: nec in verbo solo, sed in lumine Verbi luminis mystice divinis initiati. Tunc enim vobis ipsis, inquit, et proximis doctores eritis, neque id solum, sed et lux mundi [32], et sal terræ [33]. Illi ergo ante gratiam velut sub lege erant, et sub umbra ejus sedebant. Nos autem post gratiam ut in lumine, et die constituti, ab umbra seu servitute legis liberati sumus, superiores scilicet illa facti, quasi per gradus quosdam vitæ evangelicæ in altitudinem sublati, et cum legislatore viventes, vel potius etiam ipsi legislatores, aut legum custodes.

Num igitur est, qui habet aures audiendi, ut eorum quæ a Spiritu dicuntur vim auditione queat percipere? Num etiam est, qui sensum Christi habeat, ut probe et Deo convenienter intelligat quæ ab eo scripta sunt? Num etiam invenietur quispiam, Christum in se ipso loquentem habens, ut bene possit eloqui, quæ verbis leguntur mysteria? *Sapientiam enim loquimur*, inquit, *non sæculi hujus, quæ evacuatur, sed sapientiam in mysterio, quæ abscondita est* [34] multis, nobis autem probe revelata, et cognita, qui in timore Dei velut ab elementis instituti sumus, et ad illum semper respicimus. Non enim quod nescimus loquimur; sed quod scimus testificamur, quoniam lux in tenebris jam lucet [35], et in nocte, et in die, et intus, et extra. Intus quidem in cordibus nostris; extra autem in animo circumlustrans nos sine vespera, sine mutatione, sine varietate, sine figura, loquens, operans, vivens, et vivificans, et collustratos lumine reddens. Nos testificamur quoniam Deus lux est, et qui digni sunt habiti, ut eum viderent, omnes ut lucem viderunt, et qui eum acceperunt, ut lucem acceperunt. Quoniam præcedit ante illum lumen gloriæ illius, et sine lumine apparere non potest: quique ejus lumen non viderunt, nec illum viderunt, quoniam ipse lux est. Et qui lumen non acceperunt, nondum gratiam acceperunt. Qui namque gratiam acceperunt, lumen Dei et Deum acceperunt, sicut ipsa lux Christus ait: *Inhabitabo, et inambulabo in eis* [36]. Quibus autem hoc nondum contigit, nec digni sunt habiti, qui id assequerentur, omnes hi sub lege ante gratiam censentur, servi, servorumque discipuli. Et auditores legis, circum umbram et typum adhuc

[25] Joan. v, 39. [26] Luc. II, 10, 11. [27] Joan. XV, 19. [28] Galat. VI, 14. [29] Galat. V, 16. [30] II Cor. III, 17. [31] Joan. VI, 45. [32] Matth. V, 14. [33] Ibid. 13. [34] I Cor. II, 6. [35] Joan. I, 5. [36] Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16.

errantes, filii ancillæ, et filii tenebrarum sunt, re imperatores, sive patriarchæ, sive episcopi, re sacerdotes, sive principes, sive subjecti, seu ofani, seu monachi, seu ascetæ, seu præpositi, u pauperes, seu divites, seu ægroti, seu sani it. Omnes enim, qui in tenebris sedent, et pœtere nolunt, filii tenebrarum numerantur. Pœnintia siquidem est janua, quæ e tenebris educit, ad lumen deducit. Qui igitur ad lumen ingress non est, januam pœnitentiæ non bene pernsiit. Nam si pertransisset, ad lumen venisset. ii autem non pœnitet, peccat, propterea quia n pœnitet : *Scienti entm bonum*, inquit, *et non cienti, peccatum est illi*[37]. Jam *qui facit peccatum, rvus est peccati, et odit lucem, et non venit ad lum, ne arguantur opera ejus*[38]. Nunc enim sponte nostro ipsorum arbitratu ad lumen per pœnintiam ingressi redarguimur, et judicamur : sed ystice judicium istuc, et abscondite, in interiore iimarum nostrarum cubiculo, ad purgationem, remissionem peccatorum nostrorum misericora, et benignitate Dei subimus, solo nimirum Deo s nostras sciente ac intuente. Hoc igitur tam æclaro judicio quisquis hic judicatus fuerit, iud supplicium aut examen non timebit, nec ntationes sibi superventuras formidabit. Tum ro, hoc est, in adventu Domini, iis qui nunc lumen venire, et ab ipso judicari, purgarique lunt, sed id oderunt, quod modo absconditum t lumen revelabitur, occultaque horum omnia anifestabuntur. Et quales nunc sumus unusquise nostrum, nos ipsos occultantes, et per pœnintiam nostra manifestare nolentes, tunc a luce anifesti, et aperti Deo et omnibus sumus, et eris ; et magnitudo pudoris ac dedecoris illic proectaculo erit.

Etenim sicut in domo januas intus obseratas bente, si quis e nobis, quasi foris a nemine vis effuse peccet, adulteria scilicet, aut masculom concubitus, aut alia exsecranda perpetrans, inde subito in ipso flagitio deprehendatur, maam incurrit infamiam ; aut (ut aliud exemplum mus), si quis adversus regem insidias meditetur sque illi scripto exponat, aut si dicat, statuatur fas aliquod, omnino intra ædes, ut dictum est, itans, post rex cum toto senatu suo, consueto e satellitio adveniat, et domum cingat, statime ea tota eversa ipse, et omnia ejus consilia pareant, pœnam magnam damnationemque suset ; ad eumdem modum tunc omnibus qui in ndo sunt fiet. *Et nox quidem sicut dies illuminbitur*[39], domus autem omnis, et spelunca, et lum ipsum ac terra tollentur, omnesque qui ristum non induerunt, seu qui lumen non accerunt, ut supra docebamus, et in ipso prius non runt, et lumen non fuerunt, nudi apparebunt, omniqueignominia undique replebuntur. Nec istuc tantum, sed et omnis cujuslibet actio seu bona, seu mala, omnis sermo, omnis cogitatio commentatioque ab ipso cujusque ortu videlicet, usque ad ultimum halitum illic collectim in unoquoque hominum apparebit. Et quam, quæso, fratres, ignominiam cum hac, quæ vere sola est ignominia, tunc comparabimus? aut quæ pœna timore illo pudoreque major, cum, ut dictum est, adeo tenebrosi, et sine illuminante spiritu inventi fuerint? Qualem porro vitam, quale oblectamentum habebit homo, qui in tenebris sedet, ac metuit, ne repentina lucis illuminatione cogitationis, aut actionis alicujus sordes in ipso reperiantur?

Quare studeamus, fratres mei, hinc jam per pœnitentiam portam augustam intrare[40], quodque intus est lumen spectare. Etiam, rogo, ne deficiamus pulsando, quærendo, et petendo antequam exaudiamur, et aperiatur, et detur nobis : insuper donec ingressi lumen accipiamus, et illud exstinctum in cordibus nostris habeamus. Nolite igitur errare, fratres. Qui in tenebris vivit, extra ostium est. Qui autem se ingressum existimat, et per ostium ingressus non est, etiam ipse extra ovile est. Si enim lux mundi, et ostium est Christus, omnino lucidum ostium est, non ostium simplex. Et qui in eo est, in luce mundi est. Lux autem mundi est, non quam oculorum sensus percipiat, sed quam animus videat, atque contempletur. Nam sol hic, quem sensus attingit, tantummodo corporis oculos illuminat hominum, bestiarum, volucrum : at sol qui sub intelligentiam cadit, qui mundo illuxit, animas duntaxat ratione præditas, neque has citra discrimen omnes, et indignas etiam illuminare novit. Haud enim inanimus, seu, ut melius dicam, non animal est, nec servus, aut creatura ad aliis ministrandum constituta, sicut nempe iste sol quem cernimus, quique oritur super justos et injustos, probos simul et improbos[41]. Sed quanquam lux, et sol nominatur, tamen et supra lucem, et supra solem, et ut lucis ac solis conditor ac Dominus est, vita, vivificus, veritas, justitia, et sanctificatio[42], simplex, ab omni compositione liber, et omne bonum, et melior omni bono. Ut igitur veritas est ac dicitur, vere convertentibus se veritas efficitur. Ut justitia est, omnem injustitiam exorsis justitia est. Ut sanctificatio, elatis ac per lacrymas purgatis. Ut simplex, illis qui nullam perversitatem, aut nequitiam intus gestant in præcordiis Ut non compositus, nullam duplicitatem, aut ambiguitatem, aut incredulitem animi habentibus. Ut bonus, iis qui spiritualibus penitentiæ operibus, ad corpus, aut vitam istam pertinentes curas ac sollicitudines non inducunt, quibus ea misceant atque confundant; sed nuda voluntate, et applicatione animi in malo-

[37] Jac. IV, 17. [38] Joan. III, 21. [39] Psal. CXXXVII, 12. [40] Matth. VII, 13. [41] Matth. V, 45. [42] Cor. I, 30.

rum patientia ad eum accedentibus; quorum sinceritatem approbans, omni bono brevi eos cumulat, et bonorum intellectum, cogitationemque vincentibus, dum illis revelatur, apparetque, statim participes reddit. Si enim bona, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se*[43], humani ingenii captum excedunt, et omnia quæ cernuntur bona exsuperant, quanto magis ipse qui hæc præparavit Deus : nec solum ipse, sed etiam qui cum videre, ei assistere, et cum eo versari meruerunt et ejus divinitatis, gloriæque consortes, ac participes effecti, superiores omnino bonis, ipsis a Deo paratis, utpote Dominum ipsum, qui bona illa præparavit pro hæreditate possidentes evaserunt? Tales autem eos evasisse, et usque nunc evadere, non dico post mortem solum, sed adhuc superstites, tota divinitus inspirata Scriptura docet, omnesque per vitam et mores suos sanctitatem consecuti, testimonium ferunt. Porro sanctorum laus omnis, et beatitudo his duobus constat, orthodoxa fide, et laudabili vita. Item dono sancti Spiritus, et charismatum ejus, duobus enim his hoc tertium copulatur. Nam cum quis vitam bene, et cum amore Dei traduxit, cum sensu orthodoxo, et gratia donatus, atque a Deo per sancti Spiritus donum glorificatus est, comitatur illum laus, et ab omni fidelium Ecclesia, ab omnibusque magistris ejus beatus prædicatur. Fide autem, et operibus perfecte non suppositis, adorandum ac divinum scriptum advenire, et donum ejus accipere quemquam hominum impossibile est; sicut etiam sanctus Jacobus ait : *Quid proderit fratres mei, si quis dicat fidem se habere, opera autem fidei non habeat? num fides eum salvare potest? Quomodo enim corpus sine spiritu mortuum est, sic fides sine operibus, mortua est*[44] Et iterum : *Si frater aut Soror nudi sint, et quotidiano victu egeant, dicat autem aliquis vestrum illis, Ite in pace, calefacimini, et saturamini, non dederit autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? sic et fides, nisi opera habeat, mortua est in semetipsa*[45]. Hæc et Joannes apostolus : *Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate*[46]. *Et : In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus suadebimus corda nostra, quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, et novit omnia. Si enim cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quidquid petierimus, accipiemus, quoniam mandata ejus custodimus et ea ea quæ sunt placita coram eo facimus*[47]. Et : *Hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi, et servemus mandata ejus*[48]. *Et. Qui servat mandata ejus, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc autem cognoscimus, quod in nobis manet ex Spiritu quem dedit nobis*[49]. Nam si Spiritus, A sanctus in hominem non venerit, nec in eo habitare cognitus fuerit, al enum est quem vis spiritualem appellavi. Qui autem spiritualis nondum est quomodo sanctus erit? qui sanctus nondum est factus, per quænam alia opera, actionesque beatus evadet? Beatitudo Deus est, cujus qui non est particeps, vel potius quem qui totum in se non habet, quo tandem modo beatus? nullo, ut mihi quidem videtur. Sol sine luce, num dicetur sol? et homo Spiritus sancti expers, num sanctus dicatur? *Estote sancti*, ait Dominus, *quoniam ego sanctus sum*[50]. Quibus verbis nos explorate cognitos peccatores ad imitationem per opera misericors ille cohortatur; ac si diceret : Desistite a rebus improbis, et ad B omnem probitatem incumbite, omne genus virtutis pro viribus vestris consectemini, et quantum potestis, sancti evadite, si modo communionem mecum habere desideratis. Ego enim sanctus sum, hoc est, purus, incontaminatus, idque natura. Vos autem in mandatis meis exsequendis ab inquinamentis peccatorum abstinentes, meique participes gratia Spiritus mei facti, sancti quoque eritis. Hoc enim sibi vult, *Estote*. Ergo mala fugiendo et bona operando fit sanctus homo : non quasi omnino ex operibus sanctificetur (*Non enim justificabitur ex operibus legis omnis anima*[51]), sed quia sancto Deo per hujusmodi actionum frequentationem se adjungit, eumque sibi conciliat. Hoc porro etiam ad eos, qui jam Spiritus gratiam acceperunt, et C magis quidem Dominum dicere opinor. Qui præcipere videtur, non fidendum dono, et per desidiam ad vitia et peccata redeundum, et quodammodo his uti verbis. Heus tu spiritualis, ne te otio dedas, qui gratiam sancti Spiritus, et per illam me accepisti. Otium enim generat nequitiam, nequitia omne genus vitiorum procreat. Mandatis igitur quotidie servandis sanctus esto, siquidem me in te, et tecum, et te in me, et mecum esse vis. Nihil enim adeo ex omnibus inconstans et mutabile est, ut mens humana, tum denique consistens, cum fluxis et creatis, et quæ cernuntur omnibus rejectis, tenebras quibus circumfunditur pertransierit

D Quoniam vero hæc ita se habent, et mens res est semper mobilis, nunquam potis requiescere, eam sallicitam, divinarumque legum studiosam esse oportet, cum alioqui vita omnis humana sollicitudinum et curarum plena sit, et ex re nulla possit quietem capere, quanquam id multi supra vires suas facultatemque contenderunt Quin ab initio ea conditione conditus est homo. Operari enim et custodire paradisum jussus est Adamus, et dum ad honestatem movemur, natura operamur. Qui itaque, otio et inertiæ seipsos tradiderunt, quicunque fuerint, aiioqui sancti et spirituales, in affectiones naturæ parum consentaneas se præcipitant.

[43] I Cor. II, 9. [44] Jac. XXXII, 14-26. [45] Ibid. 15-17. [46] I Joan. III, 18. [47] Ibid. 19-22. [48] Ibid. 23. [49] Ibid. 24. [50] Levit. XI, 44. [51] Galat. II, 16.

nim fons perennem aquam scaturiens, si pau- A
constiterit, exsiccatus, nec jam fons, sed
a potius est : ita qui mandatis factitandis
per se purgat, et ex Deo purgatus ac sancti-
us est, si ab exsecutione paulum deflexerit,
portione etiam a sanctitate deflectit. Qui vero
uno quodam peccato sciens simul abducitur,
s e puritate excidit ; sicut et vas aquæ plenum
lico cœno totum inquinatur. Nec solum pec-
m, quod per corpus admittitur, sed alia quo-
vitia, quæ intra nos per nos perpetrantur, nec
ntur, intelligo, vanam gloriam, hominibus
endi studium, superbiam, fastum, jactan-
, hypocrisin, amorem dominandi, dolum,
gnitatem, odium, perfidiam, invidiam, ela- B
em, zelum, sui complacentiam, amorem sui,
lentionem, insipientiam, et reliquas omnes
siones ignominiæ, quæ in anima operantur,
uibus et propheta David liberari desiderans,
m rogabat in hunc modum : *Ab occultis meis*
da me, et ab alienis parce servo tuo. Si mei
dominabuntur, tunc immaculatus ero, et
dabor a dilecto maximo [52]. Et : *Fiat cor meum*
aculatum in justificationibus tuis, et non con-
dar [53]. Et rursum : *Cor mundum crea in me,*
s, et spiritum rectum innova in visceribus meis
t: *Spiritu principali confirma me* [55]. Quæ enim
tas, fratres, laborum corporalium, si opus inte-
postponatur ? An non audimus Paulum dicen-
: *Corporalis exercitatio ad modicum utilitis est* C
us autem ad omnia [56]. Et rursum : *Mundemus*
nes ipsos ab omni inquinamento carnis et spiri-
[57]. Eadem et sanctus Petrus clamat in hæc verba:
cincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte,
vate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in re-
tionem Jesu Christi, quasi filii obedientiæ, non
figurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis.
secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, et
in omni conversatione sancti sitis, et Dominum
im sanctificate in cordibus vestris. Idcirco scri-
m est : Sancti estote quoniam ego sanctus sum.
si patrem invocatis eum, qui sine acceptione
onarum judicat secundum uniuscujusque
s, in timore incolatus vestri tempore conversa-
i : scientes quod non corruptibilibus auro, vel D
ento redempti estis de vana vestra conversa-
e paternæ traditionis, sed pretioso sanguine
si agni immaculati Christi [58]. Optemus igitur et
toto animo, et fixa sit sententia, non decipi, aut
liqua corporis, animæve perturbatione inesca-
t alligari, ne per unam seu parvam, seu ma-
m mandati transgressionem via in cœlum feren-
xcidamus. Sed cum ambulaverimus, nec retro
exerimus, festinemus antecedentem nos Jesum
venire, factique ejus compotes, ante eum pro-
mus, et coram ejus bonitate ploremus [59], ar-
denterque oremus, uti prorsus a nobis ne sepa-
retur, neve sinat nos abire a via, qui est ipsemet,
qui dixit : *Ego sum via, resurrectio et vita* [60]. Hunc
ergo exquiramus, hunc prævenire studeamus, ut
etiam illum teneamus. Quod si factum fuerit, et
ad ejus exemplum vitam nostram instituerimus,
non solum cum hinc emigraverimus, sed nunc
etiam in cœlum cum ipso ascendemus, et una
assumemur : imo potius ipse nos secum sustollet,
et glorificabit, et donabit felicitate sempiterna
perfrui.

ORATIO XXI.

ARGUMENTUM.

Videndum, ecquid beatudines, de quibus locutus est Christus, in nobis habeamus ; eas enim esse indicium signaculi, et proprietates characteris ejus. Qui signo Christi signatus non est, nec characterem illius in se fert, hunc in regnum cœlorum introire neutiquam posse.

Quicunque signo Domini ac Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, signati non sumus, curramus ut signemur. Quicunque insigniti non sumus, nota spiritus insigniri properemus. Mors enim in animas primitivorum [61] per sanguinem Christi, et gratiam sanctissimi Spiritus non dominatur : nec lupus qui mente percipitur, sigillum principis pastorem Christi, quo oves suas signare consuevit, contra intueri audet. Itaque, fratres fideles, divinarumque rerum cupidi, festinemus, agentes et molientes omnia quæ Christo sunt placita, ut ab ipso quoque signati, de cætero sine metu vivamus : quin etiam, ut de manu ejus misericordiam accipiamus, et digni habeamur, qui mysterium Christi cognoscamus. Cognitionem autem intelligo, non quæ verbo duntaxat et auditione traditur : sed quæ in ipso opere et actione elucet. Audi igitur quemadmodum cognitio mysteriorum Dei per opus, et actionem in nobis perspiciatur. Christus Deus noster per evangelium suum quotidie aperte clamat : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [62]. Hoc quoties audimus considerare, et nos ipsos diligenter executere debemus, num revera pauperes istiusmodi simus, ut etiam nostrum sit regnum cœlorum ; adeo ut nos id tuto possidere animo sentiamus itaque ejus tenere divitias, ut citra dubitationem nos in eo esse experiamur, et illius bonis atque deliciis oblectemur. Intra nos enim illud esse, ipse Dominus pronuntiavit [63]. Argumenta porro, quibus id intra nos esse demonstretur, hæc sunt : Nihil eorum quæ oculis subjiciuntur et pereunt, concupiscere ; res, inquam et oblectamenta hujus vitæ, non opes, non gloriam, non delicias, non ullam denique aliam vitæ præsentis, aut corporis voluptatem : sed ita se his omnibus abstinere, et sic judicio, ac voluntate ab illis abhorrere, ut potes-

[1] Psal. XVIII, 13, 14. [53] Psal. CXVIII, 80. [54] Psal. L, 12. [55] Ibid 14. [56] I Tim. IV, 8. [57] II Cor. 7, 1. [58] I Petr. I, 13-19. [59] Psal. XCIV, 6. [60] Joan. II, 25. [61] Hebr. XII. 23. [62] Matth. V, 3. [63] Luc. XVII, 21.

tate et honore regio præcellentes ab his qui lupanaria obeunt, abhorrent : et quantum qui pura et munda vestimenta induti, et suaveolentibus unguentis perliti sunt, graveolentiam ac lutum aversantur. Qui enim ad unum aliquod nominatorum sese convertit, regnum illud cœlorum neque vidit, neque olfecit, neque jucunditatem et dulcedinem ejus degustavit. Deinde : « *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* [64]. » Videamus nunc iterum, et in nosmet inquiramus, num huncce luctum in nobis habeamus, et quænam sit ista consolatio, quæ luctus hujus comes dicitur. Primum quidem pauperes spiritu beatos affirmavit, utpote quorum sit regnum cœlorum. Pauperes autem, ut docuimus, hisce præsentibus plane non capiuntur, neque animum ita cum iis copulant, atque conjungunt, ut vel modica delectatione deliniatur. Quo igitur pacto, et quam ob causam lugebit, qui totum mundum detestatus est, et corde tam longe ab eo abest, quam corpore illi appropinquat ? qui nullo rerum aspectabilium amore tenetur, quid est, obsecro, cur se tristitiæ, lætitiæve dedat ? Et quomodo lugebit, solatiisque mulcebitur, qui regnum cœlorum habet, et in eo lætatur assidue ?

Attendite mentes, rogo, iis quæ dicam, et quæsiti rationem cum ejus solutione accipietis. Homo fidelis, qui ad mandata Dei exhaurienda sedulo semper incumbit, cum omnia servarit, et ad fastigium horum, id est, ad inculpatam vitam, et puritatem ingressus fuerit, tunc modulo suo se metiens, imbecillum inveniet, quique ad celsitatem illam mandatorum pertingere non possit : sed et pauperem imprimis, sive indignum ad suscipiendum Deum, ad gratias et laudes eidem tribuendas, ut qui nunquam proprium, ac suum aliquod bonum possederit. Hæc qui propter se cum animi sensu reputat, omnino lugebit luctu vere beatissimo, qui et consolatione promissa levatur, et animam mitem efficit : est siquidem pignus regni cœlorum ex luctu progeneratum solatium. « *Fides namque, secundum Apostolum, est rerum sperandarum substantia* [65]. Consolatio porro, quam in animis lugentibus illustratio spiritus conciliat, adventus Dei est, præmium certaminis humilitatem eis donans, quæ et semen, et talentum vocatur. Aucta quippe, et multiplicata in ipsis certantium animabus, partim tricesimum, partim sexagesimum, partim centesimum Deo fructum fert [66], fructum sanctum charismatum, ac donorum Spiritus: Ubi enim non fucate sed vere humilis ac demissus animus, ibi etiam humilitatis fundum. Et ubi humilitas, ibi illuminatio spiritus. Ubi spiritus illuminatio, ibi divini luminis copia, et Deus in sapientia et cognitione mysteriorum ejus. Ubi vero hæc, ibi regnum cœlorum, et regni cognitio, et absconditi thesauri scientiæ Dei, in quibus etiam paupertas spiritus patescit. Ubi autem paupertatis spiritualis notitia, ibi quoque luctus gaudio mistus. Ibi item jugiter manantes lacrymæ, quæ animam hanc amantem purgent, ac prorsus lucidissimam reddant. Per hæc igitur anima sursum respiciens, et Dominum suum cognoscens reliquas virtutes studiose progignere sibi, et Christo orditur. Nec immerito. Irrigata enim continenter, et pinguescens lacrymis, et iram in se penitus exstinguens, mitis totaque ad irascendum immobilis efficitur. Concupiscit autem et appetit, esuriens simul, et sitiens discere justificationes Dei. In his vero et misericors, et alienis incommodis dolens fit : quo ex his omnibus cordis ejus puritas perficiatur, et ipsa Deum videat, ejusque gloriam secundum promissionem clare intueatur. Qui hunc in modum animas suas compararunt, pacifici sunt in veritate, et filii Altissimi nominantur, qui et pure Patrem Dominumque suum agnoscunt, et ex tota anima illum diligunt ; quamvis laborem videlicet : et quamvis afflictionem ejus causa sustinentes, injuriis vexati, contumeliis appetiti, angustiati ob justum ejus mandatum, quod et nobis servandum præcepit, exprobrationes, persecutiones, et omne verbum malum falso contra se dictum, propter nomen ejus toleranter sufferentes, exsultantes, quoniam digni sunt habiti, qui pro ejus amore ignominia ab hominibus afficerentur [67]. Animadvertistis, fratres, signaculi Christi expressam effigiem ? Agnovistis fideles, proprietates characteris ejus ? Unum profecto signaculum illuminatio Spiritus est, et si multæ sunt formæ operationum illuminationis hujus, multaque virtutum ejus indicia, quorum primum, et magis necessarium, et tanquam principium ac fundamentum est humilitas : *Ad quem enim respiciam*, inquit, *nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos* [68] ?

Alter luctus est lacrymarum fons, de quibus cum copiose velim disserere verbis ad sensa explicanda destituor. Res mira, et quam lingua non potest effari. Per oculos fluere sentiuntur, et ex anima cœnum peccatorum eluere intelliguntur : et in terram cadentes, dæmones urunt, ac prosternunt, animamque e vinculis peccati inaspectabilibus eximunt. O lacrymæ ex divina illuminatione scaturientes, cœlum ipsum reserantes, et divina mihi solatia parientes : iterum quippe et sæpius eadem præ suavitate, et desiderio dico. Ubi lacrymarum copia, fratres, cum cognitione vera, ibi etiam divini luminis splendor ; ubi luminis hujus splendor, ibi bona suppeditant omnia, et signaculum sancti Spiritus plantatur in corde, unde et omnes vitæ fructus exoriuntur. Hinc Christo mansuetudo producitur, pax, eleemosyna, compassio, benignitas, bonitas, fides, continentia. Hinc manat inimicos diligere, et pro illis orare, gaudere intentationibus, gloriari in tribulationibus, alienos lapsus ducere suos, et deflere tanquam proprios,

[64] Matth. v, 5. [65] Hebr. xi, 1. [66] Matth. xiii, 8 seqq [67] Act. v, 41. [68] Isa. lxvi, 2.

imam pro fratribus prompte ad mortem offerre. Adite igitur, obsecro, Christiani fratres, et resiscite, et videte, num lumen in cordibus vestris uxerit; num magnum illud lumen cognitionis pexeritis : num visitaverit vos Oriens ex alto, uscescens vobis in tenebris, et in umbra mortis dentibus[69]. Deus enim cum nullius egeat, sitque norum plenus, nihil a nobis præter salutem stram requirit ; qua aliter potiri fas non est, nisi ens nostra divina virtute immutetur, ut sit enea, id est, Nimine affluta, a Deo acta, sive omni rturbatione carens, et sancta. Mens enim enea est, quæ Deum in se habet. Talis autem a metipso fieri haud potest. Jam qui Deo per fidem njunctus est, perque mandatorum observationem um novit, eum quoque per contemplationem rnere omnino dignus est. Per fidem siquidem rtam Christus in eo habitat, et mens enthea fit rvatur porro anthea et eo, quod res ad Chrism pertinentes semper exercet, et legibus ejus tendit. Inde fit, ut etiam mandata ejus custodiat, nemadmodum ex eo quod mentem divinitus afflan habet, efficitur, ut mandata Christi et cogitet, exsequatur : singula enim et cohibent, complenturque quod proximum est, et cohibentur ab so, continenturque et continent. Contendamus que Dei præceptis facessendis (per quod divim lumen amplius apparere, et amplificari conevit) divinum ignem in nobis abnndantius alere. enim apud nos ignis sub sensum cadens in no conspicitur, et scintillula, si materiam comehenderit, magnam facem incendit, appositoque trimento flammam ingentem suscitat : sic se bet ignis ille spiritualis, in his quæ soli intellintiæ patent. Quod igitur lignum est igni corpolo, hoc anima rationis compos habens mandata ni Divinitatis. Non enim secundum seipsam Diviias perspicitur, si in id, quod est rationis et nsilii particeps, non inciderit. Sicut autem se bet ignis hic noster in his, ad quæ sensus pertin- : ita ignis intelligibilis in his quæ ad intellintiam spectant. Et quomodo ignis sensibilis non letur, nisi in materia fuerit excitatus : ita neque elligibilis in intelligibilibus, nisi in materia sarum mandatorum, quasi in lignis exstiterit : *i diligit me*, inquit Dominus, *mandata mea serbit, et ego diligam eum, et manifestabo ei meum*[70]. Ignis quem sensu percipimus, antequam icet, latet in sensibilibus : et abditum est divim lumen, priusquam eluceat, in his quæ intellitiæ sunt. Ignis principium non comprehendi-, estque occultum in sensibilibus: et intelleialis ignis principium, est occultum in rebus ad elligentiam spectant bus. Verum sensibilis ignis sibilibus substantia similis est : intelligibilis em ignis intelligibilibus sub-tantia dissimilis , quia opifex cum opificio suo idem non est. A Multo igitur ignis iutelligibilis in ipsis intelligibilibus occultior, et arcanus magis, quam sensibilis in sensibilibus.

Proinde inspiciamus, fratres, subtiliterque nosmet perscrutemur, et pernoscamus animos nostros, num in nodis Christi signaculum sit. Discamus an in nobis sit Christus, ex indiciis et signis, quæ protulimus. Quod si Christum, aut ejus signaculum necdum accepimus, dictaque signa in nobis ipsis haud agnoscimus: quin contra potius, mundus fallax in nobis vivit, nosque in ipso infelices vivimus, temporaria magni ducentes, et in tribulationes incidimus, et propter ignominias, ac detrimenta cruciamur, honoribus divitiis, B deliciis gaudemus et exsultamus, proh damnum, proh ignorantiam, proh cæcitatem, proh miseriam, stuporemque nostrum, a quibus subacti, in terram proculcamur. Sane miserabiles longeque infelicissimi, atque ab ipsa æterna vita et a repno cœlorum extranei sumus, non amplius in nobis ipsis Christum possidentes, sed mundum in nobismetipsis viventem habentes, ut pote in ipso viventes, et terrana sapientes. Qui ita est animatus, inimicus Dei apertus est. Nam affectio erga mundum, inimica est Deo[71], juxta illud Apostoli: *Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt*[72]. Quia nemo potest Deo servire, et secundum hominem vivere. Vere nihil melius, fratres, in mundo, quam nihil habere mundi, neque ultra C ea quæ corpori necessaria sunt, desiderare quidquam. Necessitas autem ista, si rationem audiamus, est panis et aqua, vestimentum et tegumentum, secundum divinum Apostolum, *habentes victum et vestitum, his contenti erimus*[73]. Quod si re aliqua insuper egebimus, ipse pro certo præbebit nobis credentiqus et sperantibus, qui majora largitus est, *et implet omne animal benedictione*[74], modo cætera omnia hujus fluxæ et caducæ vitæ relinquamus; puta vanam gloriam, invidiam : contentionem mutuam, dolum, murmurationem, rixas, mendacium, perjurium, injustitiam avaritiam, contumeliam, calumniam, maledictum, concertationem, obtrectationem, criminationem, superbiam, hominum odium, improbitatem, cæteD raque universa, quæ diabolus genus humanum docuit. Propter hæc enim non diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt, jussi sumus. Non ut creaturas Dei sine ullo discrimine odio persequamur : sed ut malorum occasiones præcidamus. Propter hæc itaque mundum, et omnia a Deo avertentia, et ad periculum animæ deducentia fugiamus censeo. Etenim quis gloriæ et honoris humani avidus, extremum vilissimumque omnium se unquam reputabit, et humilis spiritu, aut corde contritus fiet, aut lugere unquam, omnino poterit? Quis item amans divitias, pecuniarumque et possessionum cupiditate pessumdatus, ad aliis tribuendum

[69] Luc. I, 78, 79. [70] Joan. XIV, 21. [71] Jac. IV, 4. [72] I Joan. II, 15. [73] I Tim. VI, 8. [74] Psal. LIV, 16.

misericors, et aliena mala dolens, et non potius omni fera immitior atque credulior invenietur? Quis vanæ gloriæ mancipium, et arrogantia obsessus, aliquando ab invidentia, et obtrectatione discedet? Qui autem ad corporis etiam voluptates perfruendas sese dimiserit, et in cœno libidinum volutatur, quando tandem mundus corde evadet, aut quando et quomodo Deum fabricatorem suum videbit?

Jam pacificus quo pacto futurus est, qui seipsum alienavit a Deo, nec dicentem audit: *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo per nos exhortante, reconciliamini Deo* [75] Quisquis enim per mandatorum violationem cum Deo bellum gerit, etiamsi omnes inter se pacificaverit, Dei hostis est: siquidem nec ut ipsi, inter quos pacem conciliat, Deo placeant, id facit. Nam cum ipse primus sit inimicus sui ac Dei, inimici Dei fiunt etiam hi, qui per tales pacem amplectuntur. Prorsus enim qui adversus quempiam hostilem gerit animum, quæ hosti videntur et placent cæteris ex animo suadere, et docere eos facere, quæ ille vult, nescit, utpote alia via, et illius voluntati contraria incedens. Itaque, dilecti fratres, oderimus mundum, et ea quæ in mundo sunt Quid namque nobis cum mundo, et cum iis qui in mundo vivunt hominibus? Desideremus contra medullitus, quæ Deus amplecti nos jubet, paupertatem spiritus, quam divinus sermo humilitatem nominat: luctum perpetuum die ac nocte, ex quo tanquam e fonte gaudium animæ, et consolatio Deum diligentibus in horas profluit. Ex hoc omnibus in veritate certantibus mansuetudo etiam feliciter procedit, justitiam esurientibus ac sitientibus, semperque regnum Dei, quod omnem humanum sensum exsuperat, quærentibus. Neque hoc tantum, sed et quempiam misericordem fieri, et mundo corde, plenum pacis, et pacificum, contraque tentationes animosum ac virilem hinc est, ex quotidiano luctu videlicet. Hinc item peccatorum odium in nobis nascitur. Hinc divinas in anima zelus accenditur, qui nullo modo eam quiescere, aut cum improbis ad improbitatem declinare patitur: sed eam virilitate ac virtute implet, quo in rebus adversus usque ad finem perseveret. Curramus, persequamur, donec quippiam e stantibus, ac minime fluentibus comprehendamus. Præsentia cuncta pereunt, et ut somnia prætereunt, nihilque inter ea quæ oculis aspicimus, firmum est, ac stabile. Sol, astra, cœlum, et terra, omnia transeunt; solus ex omnibus homo manet. Quid ergo ex aspectabilibus universis prodesse nobis poterit, cum moriendi necessitas advenerit? cum hinc ad illam illius sæculi requiem abibimus, et fugacia ista post nos relinquemus? Quod si hæc visibilia nondum transibunt, quid lucri inde nobis, ex hoc sæculo morte digressis, et hic exanimi relicto corpore? Ex quo enim anima corpus suum deseruerit, nec videre amplius potest per id, nec videri ab alio: sed ex inde solis invisibilibus afficitur, nullusque ei harum quæ apud nos sunt rerum sensus, aut cura superat, cum illic duplicem vitam, et geminum certamen habeat, aut regni cœlestis, et æternæ gloriæ; aut gehennæ, ac pœnæ ignis. Alterum quippe horum ad hæreditatem sempiternam pro meritis a Deo recipit. Quocirca ob hæc fallaciam hujus vitæ, et quæ putatur, ejus lætitiam fugiamus, et ad solum Christum animarum Salvatorem accurramus, quæso. Hunc invenire studeamus, qui ubique præsens adest, et inventum teneamus, prostratique pedibus ejus, eos fervide amplectamur. Eia obsecro, studeamus dum supersumus ipsum videre et contemplari Si enim digni habebimur, qui eum hic sensu vigenti videamus, non moriemur, mors nostri non dominabitur [76]. Ne exspectemus ut in futuro eum videamus, sed nunc eum videre annitamur, cum et Joannes Theologus ita dicat: *Scimus autem, quoniam Deum habemus in cordibus nostris, ex Spiritu, quem ab ipso accepimus* [77]. Quicunque igitur fidem in ipsum ex operibus infractam ac stabilem ostendistis, quæ a nobis a principio dicta sunt accurate, beneque dijudicantes, cavete, ne dum putatis vos christum in vobismet habere, non animadvertatis vos nihil habere, vacuisque manibus e vita subducamini, et audiatis (quod Deus avertat) vocem illam horribilem: *Tollite quod servus nequam videtur habere, et date plus habenti* [78]. Tunc in omnem æternitatem plorabitis, et lugebitis, et tristabimini.

ORATIO XXII.

ARGUMENTUM.

Quid sibi velit: « Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur [79]. *» Quæ sint charitatis erga Deum, et proximum argumenta. De perfecta, et consummata charitate, ejusque efficientia. Nisi hi charitatis, et sanctissimi Spiritus participes fieri laboremus, non posse nec fideles, nec Christianos esse, nec filios Dei appellari: sed potius pro infidelibus in die judicii condemnatum iri.*

Dominus ac Deus noster Jesus Christus, germanus Dei Patris Filius, ejusdem cum illo substantiæ, naturæ, gloriæ, sedens in eodem throno, et throni socius, in Patre manens, sicut et Pater in ipso, ad miseriam, afflictionemque nostram, quin etiam ad servitutem, quam per peccatum ab inimico seducti, eidem inimico serviebamus, cum respexisset, benignitate sua quanta dici non potest nos miseratus, volensque e servitute, et seductione turpissima eripere, totus inde descendit paternum sinum haud relinquens, ut ipse novit, et exsistens in terra, in tenebris, et in umbra mortis sedentibus apparuit [79*], de Spiritu sancto, et sancta semper Virgine Maria humanis artubus contectus videlicet. Cumque ambulasset, et cum hominibus nobis ac peccatoribus conversatus esset, ac divinam vivendi rationem, modumque nobis demon-

[75] II Cor. v, 20. [76] Rom. vi, 8 seqq. [77] Joan. i, 13. [78] Luc. xix, 24 seqq. [79] Marc. xvi, 16. [79*] Isa. ix.

rasset, præceptaque salutaria sanctis discipulis A magis ut infidelis, aut etiam infideli deterior ju-
is edidisset, rursus ad patrem sunm cum gloria dicabitur ; quoniam in majcribus quidem confite-
cendit, dato iisdem mandato, nempe hoc : *Eun-* tur se Christo credere, in minimis autem ipsum,
docetes omnes gentes, baptizantes eos in nomi- universorum Deum, ac Dominum contemnit : et
Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos profitens se in aliis credere ut Deo, æque ut cui-
rvare omnia. Non hoc aut illud servare, sed *om-* piam plebeio, ac vulgari fidem denegat, dicenti,
a quæcumque mandavi vobis [80]. Quoniam autem etiam de verbo otioso homines rationem redditu-
xit, *Omnia*, nihil prætermisit, quod non servare ros in die judicii : putatque se ridentem, obsce-
sserit. Quid amplius? *Qui crediderit,* inquit, *et* naque, et inania garrientem salvari posse, cum ille
ptizatus fuerit, salvabitur: qui autem non cre- miseros affirmet, qui rident, beatos autem qui
derit, condemnabitur. Num igitur, fratres charis- lugent [85]. Quinimo qui se non abnegat etiam, ne-
ni, quid hoc sit nostis, quod ait : *Qui crediderit,* que crucem bajulat, in omnium tentationum im-
baptizatus fuerit; deinde iterum : *Qui non cre-* petu usque ad mortem alacriter sustinendo, quo-
derit? Arbitror enim quod dictum est, planum modo sua causa crucifixum sequi se existimat? Et
se, ac facile ad intelligendum. Habet tamen ali- qui plus illo parentes, cognatosque diligit, quo-
bi sensus profunde latentes. Fidem hic dicit, B modo se Christi dignum discipulum ex animo re-
n hunc solam, Christum esse Deum, sed illam putat? Et qui non abnegant animam suam, sed
axime, quæ omnia de sanctis mandatis ejus seipsos amant potius, suisque voluntatibus, magis
cta complectitur, quæque in se omnia divina quam Dei obsequuntur, frustra se ejus discipulos
is mandata continet, et credit, nihil in illis, esse confidunt. Et qui in horas non unum, et mi-
que ad ultimum apicem otiosum : sed omnia nimum mandatorum, sed multa, et præcipua sol-
que ad unum iota vitam, et vitam sempiternam vunt, nihil omnino, illicitum se committere, con-
nciliare. Itaque si quis credit, ita se illa habere, mittere autem? imo sic constituti magnos se in
per sacrum baptisma ad hæc omnia sorvanda, regno cœlorum fore arbitrantur. Et quod caput
sine prætermissione facienda descriptus est, malorum est omnium, omnino ne mandata quidem
lvabitur. Qui vero sermones ejus etiam usque ad se his modis violare autumant, et nos patrocinium,
um apicem, aut unum iota, ut dictum est, non veritatis sucipientes, ad idem sentiendum
ediderit, non secus, quam si totum negavisset, inducere stolide conantur.
mnabitur. Et merito. Qui enim in magnis ei Duo enim sunt mali genera, unum, cum quis
edidit, nimirum, quod Deus cum esset, sine im- C in multitudinem peccatorum delapsus salutem
utatione factus sit homo; quod in crucem actus; suam desperat; alterum, cum malo loco boni
od mortuus, quod ab inferis redierit; quod habet, certoque sibi persuadet, se mala perpe-
livivus clausa janua ingressus, discipulis suis trando benefacere. Ac prior quidem, si de pœni-
conspectum se dederit; quod in cœlum profec- tentia, et benignitate Dei doctus didicerit, nullam
s, ad dextram Dei Patris sedeat; quod venturus esse peccatorum tantam multitudinem, quam pœ-
licare vivos et mortuos, et unicuique secundum nitentia non deleat : *Et ubi abundavit delictum, ibi*
era sua redditurus : restitutis videlicet in vitam *et superabundasse gratiam* [86]; item illud : *Gau-*
ius nobis omnibus Adami posteris, usque ad *dium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam*
imum illum diem nasciturus. qui in his, inquam, *agente* [87], forsitan se colligans, et compunctus,
credidit, dicenti autem : *Amen dico vobis, quia* concupiscet aliquando peccatis liberari, ac pœni-
am de verbo otioso reddent homines rationem tentiam ferventer amplexus exsurget, intoleran-
die judicii [81], qui istuc, inquam, ei non credit, doque conscientiæ onere levabitur. Alter revocatu
i tandem fidelis erit, interque fideles numera- difficilior, prorsus medicamentis hujusmodi curari
ur ? Qui ergo in venerandis illis, mentemque recusat. Qui enim curationem admittat, qui pœni-
humanam omnem cogitationem excedentibus D tus ne in morbo quidem se esse, aut lapsum jacere
risto credit, factisque, et faciendis ab ipso credit? Neutiquam profecto. Nemo igitur vos se-
mino nostro Jesu Christo obtemperantem, et ducat, fratres. Omnia quippe quæ Christus Deus
nsentientem gerit animum, non credit autem apostolis præcepit, nos quoque similiter servare
i, cum ab eo audit : *Qui vult venire post me,* jussit ; quæ quidem in hoc mundo servare pos-
neget semetipsum, et tollat crucem suam, et sumus. Sed in plane deliberatum nobis non est,
uatur me [82]. Et : *Qui diligit patrem, et matrem,* quia fide charitateque in Christum infirmi sumus.
fratres, et sorores, et uxorem, et filios, adhuc Et hoc verum esse testantur omnes, qui ante le-
tem et animam suam plus quam me, non potest gem, et in lege, et post Salvatoris adventum cum
us esse discipulus [83]. Et : *Qui solverit unum de* liberis et conjugibus, et omnium ad vitam requi-
ndatis istis minimis, minimus vocabitur in sitorum curis, ac sollicitudinibus Deo placuerunt,
no cœlorum [84]. Quomodo hic fidelis, et non cum se voluntate et affectu, quo illis inhærebant,

[80] Matth. XXVIII, 18, 19. [81] Matth. XII, 36. [82] Matth. XVI, 24. [83] Matth. X, 37. [84] Matth. V,
. [85] Luc. VI, 25. [86] Rom. V, 20. [87] Luc. XV, 9.

separassent, iis qui in montibus et speluncis vixerunt illustriores, fide et moribus per charitatem erga Deum conspicui. *Primum enim et magnum mandatum est, diligere Deum ex toto corde, et ex tota anima, et ex totis viribus, et ex tota mente* [88], ut ipse Dominus et antiqua lex ait. Alterum, *diligere proximum, ut seipsum* [89]. Notæ autem, et probationes Deum amantis sunt, observare mandata Christi, et pro eo usque ad mortem dura perpeti: *Qui habet*, inquit, *mandata mea, et servat ea, iste est qui diligit me* [90]. Et Apostolus: *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an augustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est, quoniam propter te* (id est, justum mandatum tuum), *mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis* [91]. Qui enim universas vitæ hujus cogitationes transcendentes, nihil aliud, quam solam Dei voluntatem cogitant, ut ad perfectam Christi charitatem pervenire possint, quotidie moriuntur. Hoc idem beatus Paulus desiderans dicebat: *Persequor, si quomodo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo* [92], hoc est, ut diligam, in quo et dilectus sum a Christo, consummatam charitatem per hujuscemodi verba indicans.

Documentum porro non diligentis Deum, et Christum ejus, est mandatis illius non parere, quod ipse Dominus testificatur, cum ait, *Qui non diligit me, sermones meos non servat* [93]. Proinde et nobis, fratres, una communis via esto, mandata scilicet Christi, quæ nos ad cœlum, ac Deum perducant. Quanquam enim sacra Scriptura diversas vias præscribit, non tamen pœnitus secundum naturam suam; verum ad facultatem, consilium atque seopum cujusque in multa figurari dicitur, quando ex multis, et diversis operibus actionibusque incipientes, quasi ex locis diversis, multisque urbibus singuli abiremus, in unum diversorium, nempe in regnum cœlorum studemus devenire. Actiones autem, et spirituales divinorum virorum viæ virtutes intelligentiæ sunt. Omnis enim virtus Dei mandatum est. Cæterum aliud mandati, aliud virtutis actio est, tametsi bonorum occasiones ex se mutuo accipiant. Actio mandati est, facere quod justum est, virtutis, ut quod fit, veritati placeat. Est enim qui mandato obtemperat, et aperte vitioso affectui servit, et pravis cogitationibus bonam actionem obscurat, ac perimit. Qui igitur in mandatis Christi ambulare cœperunt, ad unam metam debent currere, ut ex diversis regionibus et locis in unam urbem (regnum cœlorum puta), ut supra diximus, conveniant, et digni habebuntur, qui una cum Christo regnent. Urbem hic unam mihi, non multas, sanctam, et individuam virtutum trinitatem intelligito: vel potius primam reliquarum, quam et ultimam dicunt, ut finem bonorum et majorem omnibus, charitatem, inquam, ex qua, et in qua fides omnis fundata, et spes ædificata est, ac sine hac nihil eorum quæ sunt, constructum atque constitutum est, nec constituetur omnino. Etenim virtutes omnes sine hac marcidæ, et inutiles censentur. Et qui charitate destituuntur, quamvis interim nulla virtute careant, divina gloria nudi in die judicii invenintur. Corpus siquidem absque capite mortuum, ac spiritu vacuum est. Multa porro charitatis nomina, multæ actiones, multa indicia, proprietates divinæ et plurimæ, natura una, et æqualiter omnibus prorsus ineffabilis, angelisque et hominibus, et omni alii creaturæ(7) (quæ forte ignoradtur a nobis), ratione incomprehensibilitis, gloria inaccessa, consilio non investigabilis, æterna, quia et sine tempore, sub aspectum non cadens, et quæ intelligitur quidem, non tamen comprehenditur. Multa hujus non manufactæ, et sanctæ Sionis decora et elegantiæ, quam qui intueri cœpit, de cæteris spectaculis sensum moventibus non delectatur; non amplius gloriæ mundi hujus adhæret.

O desideratissima charitas, beatus qui te complexus est, quoniam post hanc terrenam pulchritudinem turbido agitatus affectu non amplexabitur. Beatus qui ex amore Dei tibi est implicitus: totum quippe mumdum abnegabit, et cum homine quocunque familiarius versans, nequaquam inquinabitur. Beatus qui venustates tuas exosculatus est, et infinita tui cupidine in te delicias suas habuit: nam aqua et sanguine ex te puriter distillante, secundum animam sanctificabitur. Beatus qui te cupide attraxit, quia pulchra immutatione immutabitur, spirituque et animo lætabitur, quoniam tu es gaudium inexplicabile. Beatus qui te acquisivit, quoniam thesauros mundi pro nihilo reputabit. Tu enim revera inexhausta es opulentia. Beatus, ac ter beatus, quem tu assumpsisti. Erit enim in abjectione quæ cernitur, omnibus gloriosis gloriosior, et honoratis omnibus honoratior, atque augustior.

[88] Matth. XXII, 37, 38. [89] Ibid. 39. [90] Joan. XIV, 21. [91] Rom. VIII, 35, 36. [92] Philipp. III, 12. [93] Joan. XIV, 23.

(7) Videtur Symeon dubitare, num præter angelicam et humanam creaturam sit alia intellectu prædita. Sed pro certo statuendum est non esse aliam; unde enim quis divinet aliam esse, cum nec Scripturæ, nec conciliorum, nec Patrum auctoritas, nec ratio aut experientia quidquam de ea tradat? Imo in cap. *Firmiter*, extra. Voy. *De summ. Trinit. et fide catholica* Dicitur Deus *creetor omnium visibilium et invisibilium, spiritualium et corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condiderit, creaturam spiritualem et corporalem; angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.* Ubi nulla alia creatura mere spiritualis agnoscitur præter angelicam; et nulla partim spiritualis, partim coporalis præter humanam.

Laudabilis qui te quærit, laudabilior qui te invenit. Beatior qui susceptus est a te, qui doctus abs te, qui habitavit in te, qui per alimentum tuum Christum immortalem nutritus est. O divina charitas, ubi Christum contines ? ubi eum abscondis? Cur arrepto Salvatore mundi longe a nobis recessisti? Aperi etiam nobis indignis ostiolum tuum, ut et nos eum videamus, Christum. inquam, propter nos passum, et credamus misericordiæ illius, ut eo conspecto ne amplius moriamur. Aperi nobis, quæ facta est ejus janua, ut in carne appareret, et quæ larga, et quæ cogi non poterant viscera Domini nostri, peccata et infirmitates omnium portare coegisti. Ne abjicias nos, dicens : *Non novi vos* [94]. Esto nobiscum, ut noveris nos; etenim tibi incogniti sumus. Habita in nobis, ut propter te Dominus, cum illi occurreris, nos quoque humiles visitet (nos quippe simul et semel indigni sumus) ut maneat, paululum tecum colloquens, et sinat etiam nos peccatores ac immaculatos ejus pedes procidere : et loquere pro nobis bona, rogaque ut peccatorum debita nobis remittantur : ut ipsi per te rursus digni sumus, qui Domino serviamus, et is alimenta nobis provideat. Nam nihil quidem debere, fame autem ex mendicitate emori, pœnæ par supplicium importat. Per te, sancta charitas, veniam consequamur. Per te bonis Domini nostri perfruamur, quorum suavitatem, nisi per te nemo gustabit. Qui enim te non, ut oportuit, dilexit, et abs te non est dilectus ut debuit, currit quidem fortasse, sed non comprehendit. Omnis autem qui currit, ante confectum curriculum de palma incertus est [95]. Ast qui te comprehendit, aut abs te comprehensus est. omnino certus est, quandoquidem finis legis tu es. Tu enim prophetarum magistra, apostolici cursus socia, martyrum virtus, Patrum et doctorum inspiratio.

Curramus igitur et nos fratres, quantum possumus eamque cum fide et observatione omnium Christi mandatorum consectemur. Qui namque hanc comprehendere meruerunt, spe sua nequaquam aliquando exciderunt. Enitamur vero, sicut per omnia, ita etiam per mutuam charitatem Deum colere. Omne siquidem studium, omnisque excitatio cum multis conjuncta laboribus, quæ non in charitatum cum spiritu contrito tendit, inanis est, et in nihil fructuosum desinit. Discipuli enim Christi ex dilectione mutua, tanquam tessera cognoscuntur: nec potest quispiam in alia quapiam virtute, aut observatione Dominici mandati discipulus Christi agnosci : *In hoc*, inquit, *cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* [96]. Quod idem et B. Paulus indicat, in quo ipse Christus loquebatur. Quinque enim excellentia dona complexus, et citra charitatem inutilia, et periculosa esse docet, linguarum, prophetiæ, fidei, eleemosynæ, et martyrii: *Si linguis hominum, et angelorum loquar*, inquit, *si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: si habuero omnem fidem, ut montes transferam : si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas : et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest* [97]. Qui autem vere ea præditus sit, ex operibus manifeste declarans, ait : *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati : omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit* [98]. Propter hanc et *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*. Propter quam homo factus Dei Filius, omnes vivificos cruciatus sponte ac libens pertulit, ut plasma suum, humanam naturam in multas partes a diabolo dissectum ac diremptum, per fidem rectam et charitatem spiritualem in unum congregaret, et a vinculis inferni liberatum recuperatumque in cœlum subveheret. Propter hanc et apostoli irrequietum illum cursum cucurrerunt, et cum totum mundum reti ac sagena verbi conclusissent, e profundo idolomaniæ ad littus regni cœlorum incolumem extraxerunt. Propter hanc Christi martyres, ne Christum amitterent, sanguinem suum profuderunt. Propter hanc divini Patres nostri, et orbis terrarum magistri animas suas pro catholica et apostolica Ecclesia non inviti abjecerunt. Propter charitatem sancti omnes usque ad sanguinem peccato restiterunt, nullam rationem præsentis vitæ ducentes, et varia mortis genera sustinuerunt, ut a mundo ad seipsos, et ad Deum colligerenter, et naturæ verba in seipsis unirent (8). Hæc est enim vera, et inculpata Dei sapientia, cujus finis illud bonum est, et veritas : siquidem bonum humanitas, et veritas amor Dei secundum fidem; argumenta charitatis, Deo homines, et illos inter se copulantis, et idcirco stabilem bonorum permansionem habentis. Hæc est, ostium et via quam Dei Verbum seipsum appellavit, et in ea procedentes, Deo et Patri puros ab omni concitatata, et sinistra motione exhibet.

Vidi ego hominem, fratres, qui diligens in eo studium poneret, variosque modos experiretur, ut fratrum, quibuscum familiariter vivebat, hunc quidem sermone, alium meneribus, alium alia quadam occasione a vitiosis actionibus et cogitatis abduceret. Et vidi talem nunc quidem flentem hu-

[94] Matth. xxv, 12. [95] I Cor. iv, 24, 25. [96] Joan. xiii, 35. [97] I Cor. xiii, 1-3. [98] Ibid. 4-8.

(8) Græce καὶ τὰ τῆς φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν ἐνώσωσι ῥήματα, *per* ῥήματα φύσεως *videtur intelligere leges et decreta naturæ, seu appetitiones naturales. Ista enim sunt, quasi verba et voces naturæ.*

: lamen: antem illius causa : aliquando et
ıam. et pectus verberantem propter alium,
), aut opere offen Jeral; suscipientem ejus
ı videlicet, et se illum ipsum, qui deli-
eputantem, ac Deo confitentem, et illi
entem suppliciter, lugentemque vehemen-
alium super certantibus et vincentibus
gaudentem, illorumque in virtute pro-
pprobantem, ut appareret, ipsum illum
uam eos virtutum laboremque præmia
ım. Propter eos autem, qui verbo, aut
linquerent, et in peccatis perseverarent,
tem ac gemebundum, ut ipsum solum re-
iis omnibus rationem reposcendum, et
dendum existimares. Et vidi alium salutis
uorum tanto flagrantem desiderio, ut sæpe
s lacrymis, toto pectore, divinoque, et
telo benignum Deum oraret, aut illis salu-
, aut se quoque cum ipsis condemnari.
ıim charitate in sancto Spiritu spirituali-
ılligatus, ne in ipsum quidem regnum
intrare, et ab eis sejungi volebat.
:tum vinculum, o vis inenarrabilis, o cœ-
gitans, vel potius divino afflatu concitata,
Dei proximique charitate egregie perfe-
ı ! Qui igitur ad hanc charitatem nondum
nec vestigium ejus in anima sua vidit, nec
entiam ulla ex parte sensit adhuc in terra
is, imo sub terra instar talpæ jacet, cæcus
, ut illa bestiola, et solo sensu aurium in
uentes auscultans. O calamitatem, quo-
Deo nati, et immortalitate donati, voca-
lestis participes, et hæredes Dei, cohære-
n Christi, et cives cœlorum facti, nondum
ı bonorum sensum hausimus : sed sine
ita dicam, sicut ferrum in ignem mitti-
ıt inanima pellis colore purpureo imbui-
sentit : ita et nos adhuc in tam multis Dei
nemus et versamur, nos in illis nullo af-
ı confitentes, et ut jam salvati, sanctisque
efferimur, et velut schemate in theatro
sanctimoniam ut histriones simulamus,
ieram ducentes; mimisque ot scortis simi-
naturali carentes pulchritudine, fucis in-
, et exoticis pigmentis seipsas stulte or-
luntur. At non sanctorum denuo natorum
:es hujusmodi. Sciendum autem, quomodo
ero materno egressus, cum aerem hunc
ens sentit, statim ad fletum et vagitum
npulsu movetur : sic et qui denuo natus
mundo hoc, ut ex utero tenebroso prodiit,
leste lumen, quod mente cernitur ingre-
ulum in illud quasi prospexit, mox increpit
ıdio repletur, et sine dolore lacrymas
t cogitans ut consentaneum est, qualibus
is *liberatus*, in quali luce versari dignus
matus. Nam qui e tenebris eximitur, hic

A solus eorum miseriam, quibus illæ dominantur, præclare cognoscit. Principium itaque in Christianismo quempiam consendi hoc est. Cæterum qui bonum tale nondum cognoverunt, et inspexerunt, nec ipsum perseverantia multa, lamentisque et lacrymis quæsiverunt, ut per hujuscemodi actiones purgati eo potirentur, et perfecte illi uniti, cum eo communionem haberent, quomodo, dic mihi, simpliciter, et absolute spirituales nominentur ? non enim sunt, quales esse oportet. Si enim *quod e carne natum est, caro est, et quod ex spiritu natum est spiritus est* [99], qui secundum corpus genitus est, et virilem ætatem attigit, spiritualiter autem se nasci debere aut cogitavit, nec credidit, nec unquam staduit, quomodo tandem spiritualis fidet, et spiritualibus sese annumerabit ? nisi clam, ut qui sordidas vestes induit, sese sanctis splendide amictis interserat, et in mensa regia cum illis discumbens, ejiciatur foras, ligatus manus et pedes [1], non ut filius lucis, sed carnis et sanguinis, et mittatur *in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus* [2].

B

Curramus igitur fideles totis viribus; festinemus pigri in laborum patientia ; resurgamus mortui, ut obtineamus, seu potius ut participes fiamus charitatis, et ita cum ipsa ab his rebus demigrantes Creatori ac Domino assistamus, extra creaturas aspectabiles cum ipsa constituti, et inaspectabili, increato, et experti omnis principii Deo uniti, cum

C

ipso inaspectabilibus, et incorruptibilibus uniamur: *Præterit enim figura hujus mundi* [3], *et cœlum ac terra magno impetu transibunt, elementa vero in medio ardentia solventur* [4]. Et qui charitate tum vacaverint, cum visibilibus creaturis ut creaturæ derelicti, in igne et horribilibus suppliciis invenientur ; charitas enim Deus est, et non creatura : *Et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo*, ut dilectus ille Joannes ait [5]. Sed forsitan : aliquis insipienter quærat, quomodo extra thalamum, et regnum, et chorum justorum alius insuper locus salutis, aut requiei non est ? Stulte, sacram Scripturam dicentem non audis, locum omnium qui salvantur Deum esse ? *Esto mihi*, inquit, *in Deum protectorem, et in locum refugii, ut salvum me facias* [6]. Salus autem est, quæ a Deo dabitur dignis, plenissima deificationis gratia, quam vix assequetur, qui acceptam in sacro baptismate gratiam fideliter custodivit, et per multa quæ passus est mala, adoptionem filiorum per Spiritum sanctum in hoc mundo sartam tectam conservavit. Pauci enim sunt profecto, qui quasi decumanis vitæ fluctibus non jactentur, neque spinis ejus suffocentur, et ejus voluptatibus inescentur ac serviant. Domus autem Dei, thalamus, et regnum omnia complexu ambiens suo, ejus deitas est, solis dæmonibus, et peccatoribus inaccessa. Videtur quidem præclusa omnibus sed fidelibus ac pro nobis tantum patet.

D

a. III, 6. [1] Matth. XXII, 13. [2] Matth. XXV, 40. [3] I Cor. VII, 31. [4] I Petr. III, 10. IV, 16. [6] Psal. XXX, 3.

Si igitur Deus lux est, a luce separati, quomodo tenebras effugiemus? Si extra thalamum inveniamur, quomodo vel aliquandum lætabimur? Si gratia privemur, quomodo tristitia carebimus? Si regno excidamus, aspectu, inquam, et contemplatione Christu, et Dei nostri, quam aliam salutem, aut consolationem exspectabimus, aut in quo alio loco delectari possimus? nusquam certe. Locus enim positionem cum circonscriptione significat. Deus autem non est in loco, sed super omnia, ut qui capi et comprehendi non potest, in quo omnium qui salvantur sedes. Quis ergo locus eorum qui regnum ejus amittunt? Annon audimus, unum mandatum transgressum primum parentem nostrum Adanum in paradiso, et ipsum cum Eva divina gloria exutum, illicoque paradiso exterminatos esse? Sic mihi etiam de terribili judicii die cogita. Quicunque divina gloria virtutum et charitate, ut ille, nudatus reperietur, extra cœlestem thalamum, et regnum Dei mox expelletur, etiamsi peccatum non habeat, audiens a justo Judice: Non novi te: qui sis. Et: *Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem*[7]? Qui namque potestam accepit in hoc sæculo Filius Dei, regnique Dei, et bonorum vitæ æternæ hæres fieri: qui didicit multis modis, per quæ opera et mandata ad hunc honorem et gloriam sustolli debeat, et hæc omnia floccipendit, prætulitque terrena et fluxa, et vitam porcorum præoptavit, temporalemque gloriam æterna potiorem duxit, quomodo non jure ab omnibus fidelibus secludetur, et cum infidelibus, cunque ipso diabolo condemnabitur? In hoc enim, ait Scriptura: *Manifestati sunt filii Dei, et filii diaboli, quia omnis qui facit justitiam, ex Deo natus est: qui autem facit peccatum, ex diabolo est*[8]. Sicut et ipse Dominus apud incredulos Judæos testatur: *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere*[9].

Idcirco rogo, patres et patres, dum tempus est, et inter vivos numeramur, studiose contendamus, ut filii Dei et lucis appellemur, id quod regeneratio nobis præstat. Nam ut Dominus noster Jesus Christus affirmavit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum*[10]. Sic rursum affirmavit: *Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei*[11]. Et iterum: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni*[12]. Hoc enim et semen Christi, per quod nos mortales cognationem ejus adipiscimur. Oderimus itaque mudum, et ea quæ sunt in mundo. Oderimus carnem, et quæ inde pullulant motiones malæ. Oderimus omnem pravam cupidatem, et avaritiam funditus. Id facere poterimus, si magnitudinem excepturæ nos gloriæ, gaudii deliciarumque cogitabimus. Quid ergo, cedo, in cœlo et in terra majus, quam Dei filium, et hæredem, et cohæredem Christi fieri? Nihil utique. Quicunque enim crediderunt, et in veratate ipsum receperunt, dedit eis filios Dei fieri[13], qui non possunt peccare, ut scriptum est: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen ejus in eo manet, et non potest peccare, quia ex Deo natus est, et mandata ejus servat*[14]. Et: *Qui servat mandata Dei, in Deo manet, et Deus in eo, et malignus non tangit eum*[15]. Nos autem, quia terrena et quæ in manibus sunt præponimus, et quia bona in cœlis reposita non quærimus, nec ab eorum desiderio pendemus, primum quidem perspicuum videntibus damus indicium, nos infidelitatis morbo oppressos, sicut legimus: *Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab invicem accipitis, gloriam autem quæ a solo Deo est non quæritis*[16]? Deinde et perturbationum nostrarum servi, terræ et terreni affigimur, nec nullo modo in cœlum ad Deum vultus tollere volumus, sed in animi insipientia ejus mandata repellentes, facimus, ne ab eo adoptari possimus. Nam qui credit Deum esse, magna quædam de eo concipit: novit enim eum solum herum, conditorem ac dominum esse omnium inexplicabilem, immortalem, et regni ejus non fore aliquando finem. Ergo qui scit talem esse Deum, quinam eumdem non amabit? quomodo non etiam animam suam in mortem pro ejus amore tradere conabitur, ut dignus sit, non dicam filius ejus, et hæres, sed unus saltem e germanis ejus servis ipsi proprius assistentibus, fieri? Si autem omni qui in agone contendit, et mandata Dei custodit, sic ut ob iis non deffectat; Deique filius factus, denuo nascitur, et pro vere fideli Christianoque ab omnibus agnoscitur, nos vero mandata ejus contemnimus, et legem Dei aspernamur (quos, quando iterum cum gloria et virtute tremenda veniet, suppliciis subjiciet) in nostra fide ipsis operibus infideles nos ostendimus, in infidelitate autem verbis solum fideles. Nolite errare, sine operibus nihil nobis sola fides proderit[17]; est enim mortua, mortui vitam non adipiscuntur, nisi prius per exsecutionem mandatorum hanc quæsierint. In qua exsecutione velut fructus cum usura producitur in vobis charitas, eleemosyna erga proximum compassio, mansuetudo, humilita lacrymæ, tentationum patientia, castimonia, puritas cordis, per quam dignamur visione Dei; et in qua Spiritus sancti adventus atque illuminatio sita est, quæ denuo nos generat, et Dei filios efficit. Christumque superinduit, et animæ lampadem accendit, et filios lucis reddit, et anima nostra tenebras dispellit, et deinceps jam æternæ vitæ consortes, quod cognoscamus, facit. Quare ne quibusdam aliis actionibus, et solis confisi jejuniis dico, vigiliis, et aliis corporis afflictationibus, hanc mandatorum Dei obedientiam vilipendamus; quasi per illas sine hac salvari queamus. Hoc enim fieri non potest, non potest, inquam, fieri, idque tibi quia-

[7] Matth. XXII, 12. [8] I Joan. III, 8, 10. [9] Joan. VIII, 44. [10] Joan. III, 3. [11] Ibid. [12] Matth. III, 11. [13] Joan. I, 16. [14] I Joan. III, 9. [15] I Joan. V, 18. [16] Joan. V, 44. [17] Jac. II, 20.

que vero per arrogantiam primus cum ipso ma- A sum te vocarit, et ad quiescendum hortatus, dixe-
m in parosidem intinges : cujus enim sit hæc rit : sede hic, et publico abstine, *donec induaris*
dacia, non te fugit. Si tibi pedes abluere volue- *virtute ex alto*[31], cum firma spe et inexplebili gau-
, eum ut dominum et magistrum reverere, et dio obedi : verax siquidem, fratres mei, talis ma-
nitere. Sin dixerit : *Nisi pedes tibi lavero, non* gister, et a mendacio alienus est. Superveniet nam-
bebis partem mecum[26], etiam totum corpus tuum que in te etiam nunc par sanctissimi Spiritus vir-
luendum alacriter expone : ut ex his quæ tibi tus, non in specie ignis, ut sensu percipi possit,
nt, sublimitatem et magnam humilitatis, etiam apparens; nec cum multo sonitu, in spiritu vehe-
os facientis, intelligas, et majorem tunc utilita- menti (hæc enim propter incredulos facta sunt) sed
n referas, si animadvertas, quam si tu patris tui in specie luminis, quod menti patet, cum omni
des abluisses. Si dixerit inter accumbendum : tranquillitate et jucunditate animi, sic, ut intelli-
ius ex vobis me tradet[27], aut scandalizat me, ne gas, tibi apparebit : quod æterni ac primi illius lu-
gas dolum : sed si conscius tibi es, confitere : sin minis procœmium, et fulgor at scintilla quædam
tem, ad pedes ejus in faciem tuam prostratus, B sempiternæ beatudinis est. Hoc nunc lucente lumi-
m lacrymis interroga : *Numquid ego sum, Do-* ne, omnis inquieta ac turbulenta cogitatio disper-
ine[28]? Etenim *in plurimis, et per ignorantiam* rit, et omnis concitatior animi motio dissipatur,
'endimus[29]. Porro in pectus Patris recumbere omnis corporis morbus sanatur. Tunc oculi cordis
n conducit tibi. Nam etsi Joannes præ multa erga tui purgantur, cernuntque Deum, quod in beatitu-
ristem charitate, ut cum homine egit libere, dinibus scriptum est[32]. Tunc velut in speculo parva
hilominus et ipse cum omnibus, cum omnia fe- errata sua intuens anima, in abyssum humilitatis
sset, seipsum inutilem servum vocare jussus est. dejicitur, perspectaque gloriæ magnitudine, omni
videris ducem tuum supra naturæ morem mira lætitia et voluptate repletur, et in insperato attonita
lere, famaque clarescere, crede, et lætare, Deo- miraculo, lacrymis ubertim rorat : atque ita totus
ie gratias age, quod hujusmodi magistrum sor- homo immutatur, et Deum cognoscit, ab eoque
us es. Sed ne invidi scandalum tibi pariant, primum cognoscitur. Hæc namque sola omnium
m eum ab illis fortasse ignominiis multari, et cœlestium ac terrestrium, præsentium et futuro-
apis cædi, et raptari conspicies : quin ut fervidus rum, tristificorum, lætificorumque contemptionem
e Petrus gladium arripe, ejusque qui contra homini ingenerat, quem simul amicum Dei, et Fi-
ıtrem tuum blaterare, aut eum attingere non lium Altissimi, et Deum (quantum quidem in ho-
retur non auriculam solum, sed et manum et C minem cadit) efficit.
ıguam amputa. Quod si etiam, ut ille, castigere, Vide igitur, frater, ne forte præter voluntatem
nnino tamen ob egregiam fidem et charitatem deteriores sequaris. Nam qui perspicientia valet,
agis laudabere. Sin, ut homo, perteritus dixeris : lupum ab ove, latronem a pastore internoscet :
on novi hominem[30], rursum super hoc amare sicut nimirum ipse Dominus ac Deus noster affir-
ora, et ne desperatione absorbeare. Quod si mavit : *Attendite*, inquit, *a falsis prophetis, qui ve-*
xis, persuasum habeo fore, ut ille te primum ad *niunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus au-*
attrabat. Si eum tanquam sceleratum in cru- *tem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognosce-*
m affigi, et pro sceleratis mori aspexeris, si po- *tis eos*[33]. Ut enim arbor ex fructu, sic homo ex ser-
s, commorere : aut certe ne malis ut malus, et mone et opere suo qualis sit cognoscitur : sed co-
oditor te adjunge, neque cum ipsis in sanguine gnoscitur ab iis in quibus sana est ratio, et animæ
nocenti communica; sed ut qui ex timiditate, et sensus constat. Cæteri namque homines etiam ad
fractione animi paulisper pastorem deserueris, ipsa opera discernenda stupidi ac stolidi sunt.
lem in illum de integro custodi. Si vinculis le- Quempiam ex inedia captantem auram popularem
bitur, ac dimittetur, itterum accede, ac velut D videntes commendant, et cum humilitate comeden-
artyrem amplius venerare. Quod si in tentationi- tem damnant. Alium in humilitata cibo abstinentem
is animam reddiderit, corpus ejus sine metu re- pro hypocryta habent ; contra ingluviei deditum,
iire, et illud multo magis quam vivens præsens simplicem, et minime in epulis accuratum ducunt,
nora, unguentoque delibutum, sumptuose tumu- qui cum crebro accumbere delectantur, vitiosas
. Quanquam enim non post triduum extremo die inde affectiones suas consolantes. Quin etiam sa-
ofecto cum universis resurget. Crede autem, lem simulantes, facetasque nugas intempestive
lum cum fiducia astare Deo, tametsi corpus ejus effutientes, et gestibus indecoris risum aliis mo-
pulcro abs te conditum jaceat, ac sine dubita- ventes, velut qui per studia istiusmodi, gestus, et
ne preces ejusdem exposce, et opitulabitur tibi sermones virtutem suam, et ἀπάθειαν tegere co-
c, atque in adversis omnibus tuebitur te e corpo- nentur dum reputant, eos qui cum religione, cum
excedentem recepiet, æternamque mansionem virtute et simplicitate cordis vitam traducunt,
æparabit tibi. Si post omnia quæ diximus, seor- vere sanctos, ut aliquos de fæce vulgi falsis ratiun-

[26] Jan. XIII, 18. [27] Matth. XXVI, 21. [28] Ibid. 22. [29] Jac. III, 2. [30] Matth. XXVI, 72. [31] Luc, XI, 19. [32] Matth. V, 1 seqq. [33] Ibid. VII, 15.

culis decipiant, iisque antevertunt. Adhæc alii loquacem, et ostendabundum, appositum ad docendum, et spiritualem esse existimant : taciturnum, et otiosa verba caventem sedulo, agrestem et mutum pronuntiant. Alii in Spiritu sancto loquentem, ut alta sapientem ac superbum aversantur, verbis ejus attoniti magis, quam compuncti : natura autem, aut ex disciplinarum peritia ore rotundo disserentem, et contra salutem suam mentientem, supra modum commendant et probant. Atque ita nullus inter hos est, qui recte, et ut se habet, rem videre, dijudicareque possit. Rari sunt enim, et his temporibus potissimum, qui animos bene regere, eorumque morbos probe curare sciant. Jejunia enim, et vigilias et speciem pietatis multi fortasse simularunt, aut etiam opere exercuerunt, nec pauca e pectore depromere, et verbis docere plures facile possunt : ast qui cum lacrymis motus a ratione aversos exscindant, virtutesque comprehensivas ita possideant ut iis spoliari nequeant, perhensivas ita possideant ut iis spoliari nequeant, perpauci reperiuntur. Virtutes comprehensivas appellamus humilitatem, vitiosarum affectionum jugulatricem, et cœlestis atque angelicæ apathiæ conciliatricem. Item charitatem, quæ nunquam stat, neque cadit; sed prioribus semper adjicit, desiderium desiderio, amorem amore cumulans. Ex qua discretio exsistit, quæ et seipsam, et sequentes se recta ducit, et bene procedendo ac proficiendo mare, quod sola intelligentia percipitur, trajicit; quam et tu Deum poscere debes, nunc maxime, quo res tuas secundum ejus beneplacitum discernas atque dijudices, et ita labores contendasque, ut Christum et in hac vita adjutorem; et in futura claritatis suæ voluptatem affatim et tibi impertientem invenias. Et neque ut pastorem sequaris lupum, neque morbido gregi te immisceas, neque solus seorsum reperiare; ut neque aut a lupo animarum perditore, aut a bellua interceptus conspiciare; aut alio atque alio morbo ægrotus, secundum animam intereas; aut cum solus ecciderís, illud *Væ* in te quadret[34] Qui enim bono se præceptori tradiderit, nihil istorum curabit, sed sollicitudinis expers, vita peracta, in Christo Jesu Domino nostro salvabitur.

ORATIO XXIV.

ARGUMENTUM.

Ducem Christi gregis ratione præditi primum semetipsum accurate considerare et explorare debere; quippe quem dicere, et exsequi Dei voluntatem semper oportet, et ita demum alios idipsum docere quo sermo doctrinæ ejus cum actione conjunctus, auditoribus gratus accidat. Alioqui salutem sibi suam ipse curet, ne tum sibi, tum quibus præest, perniciem atque interitum creet.

Dominus noster Jesus Christus non solum docentem beatum prædicat : sed eum quoque, qui fecit, ante quam doceret : *Beatus*, inquit, *qui fecit et docuit hic magnus vocabitur in regno cœlorum*[35]. Et sancti Patres Ecclesiæ lumina ac magistri, nihil scriptis mandarunt, aut voce docuerunt, quod ipsi prius facto non prætitissent, et ubi præstiterunt, res illis successit ex sententia. Etenim discipuli magistro tali operam dantes, ad ejus imitationem incitantur : nec tantum ex illis sermonibus proficiunt, quantum præclaris ejusdem actionibus et exemplo ad virtutem capessendam exardescunt, et iisdem vestigiis incedere coguntur. At enim, væ nobis, fratres, cum in istam confidenttam, et in has tenebras monachi incidimus, ut vos Christi oves sine Christo pascere aggrederemnr, ac propter voluptatem, commodaque corporis, et acquirendam pecuniam, honoremque ab hominibus (væ abjecto mihi atque misero) apostolicam dignitatem omnimodis assumere contendimus, illorumque potestatem auro mercamur, nec Deum timentes, nec homines nos intuentes reveriti. Ac solium quidem regis illo invito conscendere nemo audet. Sed neque grammatici, aut rhetoris alicujus occupare locum, qui idiota sit, neque audiente populo Scripturas recitare, qui litteras nescit, cum nos interim apostolici muneris amplitudinem quærimus; aut etiam delatam non rejicimus, qui gratiam apostolorum nondum accepimus neque fructus ejus in nobis demessos aspeximus. Et quomodo, fratres, tantam audaciæ magnitudinem concipere non formidamus? Dicite mihi, dilecti, si frequens ista, et ampla civitas quempiam advocaret, ac diceret : Te præpositum, et imperatoris protovestiarum creabimus, tu solus ascende in regiam, ingressusque, causam nostram apud imperatorem age, ipsumque precare, ut hæc et illa nobis præstet. Si is palatium nunquam intravisset; sed tam ipsis audicis omnibus, quam imperatori ignotus esset, num istuc unquam facere, aut dignitatem istam inire sustineret? Adeo projectum fore neminem omnes procul dubio fatebimur, et suasores istos ut insanos et amentes reprehensurum et irrisurum, dignitatemque non ut honoris, sed ut dedecoris, et supplicii materiam repudiaturum. Si igitur in rebus humanis hæc, et similia committere nefas est, none horribile est ac videtur, fratres, apostolicam dignitatem inconsiderate soscipere, et ad inaccessibile lemen accedere, mediatoresque, et interpretes Dei et hominum fieri? Num leve quiddam, et dispicabile hujus rei conatum ducimus? Proh dolo! fratres, quoniam, ut vereor, in quamdam tenebrarum universitatem devoluti sumus, atque idcirco quam audaci nos facinore obstrinxerimus, non videmus. Nam si viderimus, nunquam eo arrogantiæ, confidentiæpue processissemus, ut divinis rebus insultaremus, majoreque honore ac timore terrenum, quam immortalem regem Christum coleremus. Quocirca nos ipsos excutere, examinareque, et ad hunc magistrum indigne conantes ascendere, omni ratione evertere, eorumque

[34] Eccle iv, 10. [35] Matth. v, 19.

siliis obviam ire ne desinamus, sed pro virili
tra appetitu rationi haud consentaneo eos pro-
ere studeamus, ut et ipsos d mnatione li ere-
s, et nos vitam securiorem agi emus.
Porro qui in semet diligenter inquirens, omni
riæ desiderio solutum, nec ullum in se voluptа-
aut corporæ cupi!atis vestigium invenit, ava-
aque, et malevolentia ob illatam injuriam pur-
um, perfecte mansuetum. et i asci nescium,
sola auditione nominis Christi ejus amor ac
siderio accendatur, et opleatur lacrymis, et in-
per proximorum vice lugeat, alienaque delicta
æstimet, ac se majorem omnibus peccatorem
animo reputet, ac postremo, si uberem sancti
iritus gratiam, solis instar in se micantem et
eriora cordis ejus perficientem videt, et ubi mi-
culum in se manifeste perpetrari animadvertit,
ardeat quidem in eo, quod igni inaccessibili
iatur, non autem comburatur, in eo, quod ejus
ima omni turbido motu vacet : præterea, si se
miliatur, ut se haud idoneum, et indignum, hu-
næ naturæ infirmitatem sciens, arbitretur, fidit
ro supernæ gratiæ, et aptitudini, quam illa lar-
ur, et eadem ita postulante munus alacriter ca-
ssit, omnem humanam ratiocinationem repel-
is, animamque ipsam propter solum Dei man-
tum, charitatemque proximi pro fratribus morti
jectat : si insuper mentem omni mundana cogi-
ione immunem habet, et lucida humilitatis tu-
a coopertus est, ut ega adjutores suos nec mo-
e efficiatur, sed pari bonitate, candore, et
nocentia cordis suis in omnes est ; nec tunc qui-
m citra patris sui consilium ac voluntatem pro-
iciam suscipere audeat : sed humiliet se, et eo
ne precante jubenteque id faciat, præfecturam-
e ob solom fratrum salutem accipiat. Verum si
trem suum spiritualem ejusdem spiritus parti-
em, et eadem cognitione ac dono dignatum
vit, ut non divinæ voluntati contraria, sed se-
ndum ipsum donum et mansuram loquatur ei,
æ Deo placent, et ejus animæ conducant, quo
n Deo, sed homini obediens inveniatur, et gloria
llatoque sibi dono exuatur. Si enim adjutorem
num, et spiritualem consiliarum invenerit, tutius
uc munus auspicabitur, et humilius de se sentiet.
ec itaque omnia et his plura si videns viderit,
ro inveniet, et per seipsum cognoscet, imo vero
Sole justitiæ discet, si forte etiam in solem ali-
ando oculos intendit. Quod si quæ prætextun-
r talia et tam difficilia sunt, nec facile est intel-
ere, quomodo secundum Dum fiant, quanto
ndem operosior erit rei ipsius aggressio, et
ministratio, et ad tentationes sufferendas patien-
, et in bellis istiusmodi subtilissima dijudicatio.
Quare, pater spiritualis etiam atque etiam cor
um inspecta, oculum animi tui magis semper lava,
rumque et mundum conserva, per quem et cor

A tuum, et commissarum tibi ovium, vel potius patrum et fratrum tuorum perspicere poteris, bene illos in-
B ternoscens, ac pro eo ut decet gubernans. Ecclesia enim, seu conventus et congregatio monachorum corpus quoddam est, ut audis ex Paulo [35] de Christianorum Ecclesia, et ejus caput præpositus. Jam quemadmodum cætera corporis membra singula seorsum suam propriam functionem habent, ut pes ambulandi, manus tenendi et operandi, caput autem totius instar est, utpote in quo omnes sensus, et mens, et ratio habitant ; sic et in monasterio fratres non omnes omnia, sed alius aliud quiddam efficere, et in hoc vel illo ministrare consuevit. Unde in cœtu sub unius obedientia degentium vix unam, aut duas virtutes in eodem invenias. Nec mirum, membra enim particulatim sunt ; præses autem, sive præpositus omnes virtutes poscitur ; nec solum illas quæ in anima, sed etiam quæ in corpore subjuciuntur : et insuper cum virtutibus ipsa mystica, magnaque charismata. Sicut namque viri caput, ab externa conformatione, et decoraspecie eximiam, honore dignam præfert elegantiam : verumtamen nisi mens in eo vigeat, sensusque salvos, et integros habeat, inutile judicatur, sperniturque ab omnibus : ita sane et præfectus. Non enim tantummodo ab animæ et corporis do ibus ornari et fulgere, verum etiam a charismatis spiritualibus plus honestari debet : siquidem
C aliud est virtus, et aliud charisma. Virtutibus enim studio ac diligentia nostra recte fungimur, et nostri eæ laboribus comparantur : spiritualia vero charismata dona sunt quæ certantibus a Deo dantur. Verbi causa, jejunium, et castitas virtutes sunt, marcida etenim reddunt voluptates, et corporis incendia compescunt : quæ quidem nostræ voluntatis et arbitrii opera sunt. At vero sine afflictione, ac labore has exercere, et ad castimoniam, absolutamque perturbationum vacuitatem pervenire, hoc donum Dei, et charisma summum est. Rursum, iræ, et excandescentiæ imperare, magni certaminis est, laborisque non mediocris. Eo autem venire, ut ab his motum nullum sentias, et cordis tranquillitatem, perfectamque
D mansuetudinem possideas, solius Dei opus, et illius dextræ mutatio est [36]. Rursum, dispergere ac distribuere facultates omnes pauperibus, mendicumque fieri, et stipem cogere, nostri est propositi atque consilii. Sed nihil concupiscere, quin cum gaudio et voluptate mendicitatis durissima perferre incommoda, mystica quædam, et divina operatio est. Sic quælibet actio bona et honesta, secundum Dei legem suscepta, virtus dicitur. Tamen sicut agricola solum arando, fodiendo, et semina homo obruendo laborat, Dei autem munus est, ut eadem semina comprehendant, et fructum ferant matutinum ac serotinum : ita et in spiritualibus omnino usuvenire comperies. Nostrum est

[35] Rom. XII, 4 seqq. [36] Psal. LXXVI, 11.

nullam actionem subterfugere, et cum labore ac sudore virtutum sementem facere : Dei solius donum et misericordia ut imber quoque benignitatis ejus, et gratiæ terram cordium nostrorum irriget, et ex sterili frugiferam efficiat : ut si granum sermonis, quod in animas nostras cecidit, divinæ clementiæ humorem acceperit, oriatur, atque augescat, et in arborem proceram excrescat, in virilem videlicet perfectionem mensuræ ætatis plenitudinis Christi [37].

Te igitu, pastorem ovium Christi omni virtute, ut diximus qua spiritus, qua corporis conspicuum esse oportet, ut caput reliqui corporis ; ejus nempe quæ tibi subest Israelitiæ Ecclesiæ : quo fratres tanquam in archetypum bonitatis in te intuentes, ipsi quoque bonos, ac regales characteres quam maxime sibimet insculpant. Ne ergo tuba resonare in te unquam desinat : sed aliis quidem venturam super, inobedientes, et præfractos rhomphæam prænuntia : et si tibi non obtemperetur, tuam saltem a terribili ira Dei serves animam. Alios autem admone, doce, roga. Si qui interdum reprehensionibus et objurgationibus egeant, insta opportune, importune, argue, increpa, conatus eorum ad malum comprime, ut tibi mandat divinus Apostolus [38]. Viscera tua omnibus fratribus tuis æqualitar aperi, totumque collegium dilige, et honorem cuique pro dignitate (quantum scilicet ejus virtus meretur) tribue, spirituali ac virtute prædito ne illum quidem anteponens, quem in ministeriis gregis tui principem habes. Qui enim ministrant, septem diaconorum, de quibus est in Actis Apostolicis [39], dignitatem officiumque adumbrant ; qui etiam velut Spiritus administratorii sunt, in ministerium missi, et sincere, ut illi, fideliterque, ac nullius turpis lucri gratia ministrantes, mercedem merito et magnam tum hic, tum illic recipiunt. Cæterum qui orationi, quieti et ministerio verbi instant, in patientia exercitationis operum præstantissimorum, ipsorum apostolorum et coryphæorum excellentiam tecum repræsentant ; quos et in Evangelio spiritualis doctrinæ tuæ auxiliares habebis, fratrum onera suscipientes, et laboribus te levantes, in medio videlicet reliquorum, ut lapides pretiosos versantes. In hoc munere nulla tibi requies corporis, nulla oblectatio. Noctes perinde ut dies in curam concreditarum tibi animarum impendes, ne qua ex ipsis a bestia excipiatur; aut ab urso concupiscentia devorata, aut a dracone iracundiæ absorpta, aut a gryphibus superbarum cogitationum discepta, et una unius diversitatibus hujuscemodi distracta ac dissipata, multa fiat : sed ut gregem luum incolumem, fecundum, totum virtutibus multis fructuarium, divina cognitione illustratum, non scabiosum, non trucum auribus, aut plane claudum principi pastorum [40] conserves. Sic enim et multos servabis, in operibus perfectis perfectos reddens, nemini in ullo cedentes, totos castos, et a sordidis operibus puros Christo tuo offerens ; teque ipsum magnis in cœlestibus remunerationibus dignum præstabis, contubernalis apostolorum et pastorum Christi factus, et una cum ipso Dei Filio in infinita sæcula regnaturus.

Vita tua inculpata, et recta in medio fratrum, ac patrum tuorum pro canone seu regula esto proposita, ad quam aliorum obliquitates, tortuositatesque dirigantur. Ne vanitatum mundi sis amans, ne gloriæ, ne voluptatis, ne mensarum, ne vini. Ne sis nugator, aut scurrilis, aut avarus : ne iracundus, ne inanis gloriæ cupidus, ne contumeliosus, ne injuriæ memor, et malum pro malo rependens : sed esto potius pauper, gloriam, omnemque vitæ hujus voluptatem, et carnis delicias odio habens, demisso animo, frugalis, ad compunctionem facilis, placidus, mansuetus, expers iræ, non avarus, incuriosus, quietus decenter vestitus, patiens, fidelis, continens, sine sollicitudine, vigilans, diligens, æmulator, commendatarum tibi animarum, non secus quam tuorum ipsius membrarum curam gerens; et, si res postulet, pro unaquaque illarum etiam tuam animam ponens, nihil quidpiam mundanum charitati erga illos præferens. Etenim postquam aliis, ad gregem Domini ac Dei tui rationis compotem pascendum, regendumque prælatus es, oportet te juxta verbum ejus, spiritu et humilitate tua secundum Deum, ultimum esse omnium, ut tanquam validus infirmitates invalidorum sustentes ; ut medicus autem secundum animam ægrotantium morbos, et affectiones cures ; ut pastor, quod errat in viam reducas, et quod bene valet, virtutibus fecundum reddas, scabie vero opertum, et incurabile, a grege tuo absciadas, ne etiam sanis ovibus tuis luem affricet. Domini tui gregem augere labora. Ne ad remissiones, aut suavitates corporis deflectas, neque lanam, et adipem ovium Christi perperam consumas, tibi magis quam fratribus tuis monasterii opes ad voluptates tuas in thesaurum recondens. Ne propter hominum gloriam quidquam rerum ad monasterium tuum pertinentium agas aut corrigas. Ne ames crebro prodire in mulis splendide instratis, cum magno præcedentium sequentiumque famulorum comitatu. Sufficiat tibi vel semel in mense foras exire, et gregis tui negotia majoris momenti obire. Cætera curabunt qui ministrant, qui abs te ministerio verbi, et procurationis fratrum, cum precibus intento, nunquam distrabuntur. Ne tibi epulas sumptuosas, filiis abjectas, pleheias, et inconditas para : sed communis mensa, sine aliquo morbi periculo, et invitatione amicorum, tibi cum filiis tuis esto, quorum idem tecum sensus, idem institutum vitæ, sive ex coctis oleribus, et leguminibus, sive ex pisce semel per hebdomadem, Dominico die, et festo despo-

[37] Ephes. IV, 13. [38] II Tim. IV, 1 seqq. [39] Act. VI, 1 seqq. [40] I Petr. V, 4,

(hoc est, solemnioribus Domini festis per an- A piam affixus es, et idcirco horrendum Dei judicium
ı) a cellario communiter paretur. Ubi nihil ex- non effugias. Scito enim unicuique talium ab iis
it, quod animæ periculum afferat, cavebis ira, qui spectatores, et discipuli sermonis fuerunt,
lamore contra fratres ac filios tuos insurgere; locum convenientem (9), ac jure destinatum esse,
miti sermone et alloquio docebis eos, quomodo quorum canonibus, constitutionibusque legendis
mquemque ambulare, et in medio fratrum incumbere necessario debes ut ne ignores, quæ
versari deceat. Juniores, et nondum confirma- credentium in Christum abscondita sint mysteria,
monebis parcere sibi ipsis, et aliis fratribus, et ne pecces, dum pietati erga Deum parum con-
aspicientibus incessu, moribusque, ac studiis sentanea geris. Spirituales filios tuos secundum
›mpositis offendiculo sint. Qui in statu religioso Scripturas religiosis redde, eosque a sacris et di-
ius vixerunt, eos prudenti oratione ad patien- vinis locis, simul et vasis templi Dei sanctificati,
ı tetationum ab inimico supervenientium, hu- et ministerii ejus abstinere doce siquidem scriptum
itatem, contritionem cordis, compunctionem, est: *Beatus homo, qui semper est pavidus*[43], quan-
ymas, diligentiam, persolutionem precationum, doquidem solis consecratis, et qui ex certaminibus
tum luctum, et ad verbo opereque cæteris com- ac pœnitentia per lacrymas multas purgati, imma-
landum erudies. Sacerdotes pietatem docebis, B culatorumque Christi mysteriorum participes sunt,
etem, divinarum Scripturarum meditationem, sanctificatis, et religiosissimis monachorum mini-
uratam apostolicorum canonum, traditionum- sterium talium, et contrectatio a Patribus, et apo-
scientiam, dogmatum sinceritatem, cordis stolis dicata est. Non omnibus, et cuique volenti
itatem, in precibus constantiam et compunc- ingressum divini tabernaculi, sed sacratis dun-
iem, in timore et tremore a Dei solium assis- taxat, ut dictum est, et sanctificatis, religiosissi-
tiam, sacrificii mysterium, revelationem mys- misque fratribus, et patribus tuis permittito. Re-
orum Dei, quoniam secundum Domini vo- liquis, et inordinate ambulantibus (vide quid tibi
ı [41], ipsis datum est nosse mysterium regni Dei, dicatur) ipsum claudes. Multi quippe, mihi crede,
oti fratrum multitudini, et extraneis divinum propter contemptum itiusmodi rerum e vita præ-
et lumen, verbum vitæ in seipsis continentes senti tolluntur. Et plane, si hoc præceptum vili-
t. Quod si etiam contra turbulentos, et inor- penderis, sanguis de hac vita sublatorum de ma-
atos aliquando te in virga et baculo cum ratione nibus tuis requiretur [43*].
ici oportet, ut malum aliquod prohibeas, et Hæc sunt, et plura his, o pastor ovium Christi,
tiferam inter eos labem reprimas, ne opus C quæ ad gregis tui custodiam perfecte scire, et stu-
um, et affectu vitiosus in deterius serpat, neque diose facere debes. Proinde si nosti, te ad tantam
c apostolicis Constitutionibus, et divinis Patri- sufficientiam progressum, tantaque charismata fe-
alienum judicatur. Omnis siquidem motio, et liciter adeptum, ex solo elucente ex te lumine
o nostra, quæ improbitatem compescit, ac bonorum operum, et divinæ sapientiæ ac notitiæ,
sequitur, justitiæ autem ac virtuti patrocinatur, ad illuminandum omnes familiariter adeuntes ad
labilis est, et Deo placet, justisque omnibus te tuos, alienosque et rege fidenter oves Christi
hatur maxime. Testis Jesus qui contumaces scienti sermone collate tibi gratiæ et actione vir-
æos ex domo orationis domum negotiationis tutis secundum modum et legem tibi prius datam
entes, flagello percussit, et mensas nummula- desuper; et pasce agnos ejus in pascuis salutiferis
um evertit [42]. Ne igitur prætexens mansuetu- mandatorum illius, donec crescant, et in mensu-
em, propter solam laudem humanam modicum ram ætatis plenitudinis Christi occurant [44], et inde
dpiam præter Dei mandatum admissum ad sub- præmium consequere, quando cum apostolis con-
sionem apostolicorum canonum, et constitutio- sidebis et habitis. Sin minus, apud te ipsum pa-
n, contumeliamque vitæ evangelicæ, et status D vita, si quid mihi credis de salute tua sollicito:
nastici neglexeris; sed Jesum ac Dominum siquidem Deus noster ignis consumens est [45],
m imitatus, infremens, ac teipsum sine turba- quem decet omnis gloria, honor et adoratio in
ıe turbans, mandata Dei, et canones ab ejus sæcula. Amen.
stolis præscriptus ulciscere. Cum omnibus istis
ım cujusque cogitationes diligenter investiga,
ıoris, qui ex ipsis ad comprecantium, et com-
nicantium cœtum admittendi, et quibus excom-
nicatione ac pœnitentia cum lacrymis, statione-
ı pœnitentium opus sit, ne Ecclesiam pro tem-
sancto speluncam latronum, aut lupanar vel
ıs vel insciens faciens, dum per affectum cui-

ORATIO XXV.

Argumentum.

De primordiis vitæ admodum frugiferis ac salutaribus, pro iis qui nuper mundo, et mundanis renuntiantes, ad vitam solitariam confugerunt, et doctrina ad tyrones, seu novitios longe utilissima.

Quicunque, fratres, mundo et iis quæ in mundo sunt universis recens renuntiavit, seque ad vitam

[1] Luc. VIII, 10. [42] Joan. II, 1 seqq. [43] Prov. XXVIII, 14. [43*] Ezech. III, 18. [44] Ephes. IV, 13 Deut. IV, 24.

9) De loco pœnitentium vide epist. 5. Gregorii ıumaturgi can. XI. Bal. Sum. in scholiis ad can. cit. Ant. Augustinum in notis ad eumdem canonem.

et stadium monachorum contulit, si quidem propter Deum in fecit, et hanc artem artium discere constituit, suumque e mundo discessum non inanem esse desiderat, ab ipso stat m initio impigerime, et ardentissima cum voluntate, propositoque ad virtutis opera incumbere debet. Atque ut elementa et principia scientiæ scientiarum, nostri, inquam, religiosi instituti et ἀσκήσεως his qui nuper e mundo ad eam tauquam ad scholam quandam accesserunt, introductione quadam scriptis tradamus, primo loco ipsis, et qui eos sequentur, hæc rudius summatimque præcipimus. Scire igitur licet, qui jam terrenum hominem cum prudentia sua per ea que apparent exuit, cœlestemque cum habitu monastico induit, nocte med a, ante diluculum surgere debere, precem prescriptam fundere, B atque ita demum cum omnibus ad doxologiam congregari, eaque considerate, et vigilanter perfungi, ut at principium hymnodiæ attentus sit vehementer, sive ad hexapsalmum, ad versiculos, ad lectionem, citra omnem pigritiam; non discincto corpore, et pedem ante pedem collocans, aut muris, columnisve se acclinans. Manus constanter junctas, pedes æqualiter in terra firmatos habere, caput non hac illac agitare, et antrorsum illud inflectere, mente non efferri, nec curiosa cogitare, aut cum negligentioribus, et inter se fabulantibus ac susurrantibus a cœptis abduci : quin potius nec oculos, nec animum in sublime tollere, soliqne psalmodiæ, et lectioni, et virtuti eorum quæ spal- C luntur, atque e divinis Scripturis leguntur, quoad ejus fieri potest, attentum se præbere, ut ne quid eum non animadversum prætereat : verum ex omnibus pinguescens ejus anima, ad compunctionem, humilitatem et illuminationem sancti Spiritus pertingat.

Quocirca vos universos tarquam unum, Patres, fratres, et filii mei, obsecro, et hoc ut legem salutarem jubeo, ut unusquisque vestrum tale initium ad opus virtutis, imo vero ad opus Dei faciat (per quod et mercedem laborius nostris respondentem, ceu ab eo qui bonos amet accipimus) ut si fieri queat, nemo nostrum sine lacrymis ad officium et lectionem accedat. Si enim, mi frater, ita te ad opus hoc assuefeceris, brevi tempore proces- D sus efficies, et in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi occurres. Instans enim tibi ipsi, ne citra lacrymas præscriptum Ecclesiæ, seu congregationis officium decurras, habitum boni hujus adipiscaris, atque in ipsa stichologia, et troparis quæ psallis, aliter animus tuus, dum divinos eorum sensus, in se recipit, et per ea quæ dicuntur, ac ea quæ intelliguntur, mens provehitur, dulcique fletu stillans, ita in cœtu fratrum, ut in cœlo cum beatis mentibus vivis Fer igitur A tibi et hanc legem, ne ante ultimam precationem e synaxi sine magna necessitate, aut corporis levandi unquam exeas : sed in statione tua, ut dictum est, persevera : siquidem *qui perseveraverit usque in finem, hic*, ut scriptum exstat, *salvus erit*[46]. Non hoc tantum ; sed primum quidem auxilium occulte, ut non sentiat · deinde etiam ut sentiat, pauloque post in illuminatione ab omnipotenti Deo accipiet. Absoluta matutina doxologia, statim egrediens ne ab hujus, aut illius ore pendere, et otisia colloqui incipias. Verum postquam seorsum in cella consuetam, et longam precationem cum lacrymis, et adoratione multa persolveris, ad opus aliquod corporeum aggredere, statimque eo decurre, sive ministerium est ad ministerium, sive opus manuum ad opus manuum, sive lectio ad lectionem. Ne porro otiosus omnino in cella desidere velis, ne, quod dictu nefas: *Otiostas te multam malitiam doceat* [47]. Sed neque monasterium obambula, laborantesque, aut ministrantes curiose observa. Custodi autem silentium, et abstine te ab omnium familiaritate et consuetudine, quæ est vera peregrinitas. Tibi soli, et operi manuum qualecunque est, attende. Alterius cellam, nisi a patre tuo spirituali, aut a menasterii curatore missus sis (10), ne ingrediare. Quo cum veneris, cave neve dicas, neve audias quidpiam extra id quod res postulat, cujus ergo missus es : sed cum breviter responderis, revertere. Quod si in transitu fratrem solum, aut cum altero sedentem, et intempestive garrientem aspexeris, capite profundius inclinato tacitus præteri. Noli accedere et una considere, memor illius ex Psalmo : *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit* [48]. Pestilentes namque sunt hujusmodi, sicut et Paulus ait : *Corrumpunt bonos mores colloquia prava*[49]. Jam si quid pestis est, idem est et corruptio. Quare cum otiosa fabulantibus, dilecte, ne sederis, nec dicas : Audiam et ego quid locamini; sed ut modo aiebam, sub misso rev renter capite, præteri.

Silentium et statum conditionemque peregrini serva. Silentium, dum tibimetipsi tacens ais, quidnam ego boni possum proloqui, qui totus sum lutum, et fatuus? imo e iam hospes, et indignus, qui loquar, aut audiam, aut inter homines numerer. Peregrinitatem vero, fugamque omnis consortii, dum hæc cogitas, et tibimet occinis, constituens tibi peccata tua ante oculos, nec primoribus duntaxat labris, sed ex precordiis dicis : Quis sum ego abjectus et vilis, ignobilis et mendicus, ut cellam alterius subeam? nonne ut me viderit, quasi monstrum aversabitur? nonne dicet, quid exsecrandus iste ad me venit, ut cellulam meam incestet? Et quanquam a principio hæc apud te

[46] Matth. x, 22. [47] Eccli XXXIII, 29. [48] Psal. I, 1. [49] I Cor. xv, 33.

(10) Περὶ τοῦ διακονητοῦ τῆς μονῆς vide Cassian. Collat. XXI, cap. 1 et 2.

'e non potuisti, tamen sensim etiam ad hoc, a tibi cooperante pervenies. Tantum audi me ilem ; tantum fac horum initium, frater, tan- hæc facere, et agere, et loqui ordire, et Deus n deseret : mire enim te amat, teque ad agni- m veritatis venire[50], et salvari desiderat. Cum us usque ad horam liturgiæ, seu missæ sic egeris, iterum magno studio, et alacritate ad tin vade. Sta ea forma, quam in matutina logia tibi præscripsimus, et luctus neutiquam iscere. Asta cum tremoro, utpote Filium Dei ter te sacrificari conspiciens, et si dignos es, ad hoc expiatus, in timore et gaudio accede nunicaturus bonis inenarrabilibus. Post ex- as preces ingressus, cum omnibus accubitum iec te a fratribus tuis separa. Et siquidem mi- are jubeberis, asta ut Christo, non ut homini- sincero affectu, et ex charitate, omnibus. ut is, vel potius, sicut dicebamus, ut ipsi Christo straturus : animo singulos veluti complexans, psum intentiones ac voluntate totum per cha- m eis impendens, et te ex ministerio isto ad imonii fructum percipiendum confirmans. si mense cum cæteris tu quoque accubueris, iid tibi, ut dilecto patri, ac fratri meo man- Ad appositas epulas ne festinus ac præceps m extendas, antequam seniores de fratribus dere incipiant, et antequam superne a sacer- recitata sit benedictio. Cumque simul cum fra- s ac patribus tuis corpus cibo reficere cœperis, de tibi, quam compositissime, et tacitus se- , cum nullo penitus loquens, in lectione de- , et ut corpus, sic animum quoque ex divinis i Spiritus oraculis alens. Oportet enim te, geminus sis, ex animo, inquam, et corpore ans, convenienter gemino alimento ac mensa Et cum corpus tibi sit terrestre, quod sensu ipitur animus vero, qui sola ratione compre- itur, ac divinus est, illud etiam sensibilibus, terra nascentibus eduliis, hunc intellectua- , divinisque Scripturarum dapibus nutrire. ie partes in mensa appositas, que forte major minor sit curiose ne inspicias : sed quæ tibi bita fuerit, eam cum omni gratiarum actione eptam comede, idque temperanter, in omni- saturitatem fugiens; indignum videlicet te um mensa reputans, taliaque tecum volvens : sum ego abjectus et nullius pretii, ut hisce tis assideam, et cibum una capiam ? Sic tecum ens, toto corde te solum peccatorem ducito. nadmodum mendicus aliquis, et pannis obsi- si in medium principum ac divitum splendide otuoseque vestitorum inciderit, erubescit, ac re perfusus, ne appropinquare quidem, aut ius accedere ad quemquam eorum audet. Si- er tu erga omnes te gere, locum postremum ber eligens, et os pudore suffundens, cum ante

A quempiam sedere conspiceris; perinde ac si omnes illi divites sint virtutibus, tu autem mendicus, et nudus, et qui inter eos versere, eorumque vultus aspicias, indignissimus.

Cæterum cibum tacturus, rursum ista peccatorum tuorum recordatus cogitabis : An non in judicium et condemnationem fiat, si quid ex appositis contigero? Deo enim qui hæc procreavit, nobisque vescenda largitus est, ego ab infantia mea inobediens fui, et sanctas leges ejus non custodivi. Et quomodo bonis ipsius proinde ut sancti Patres isti ego quoque indignus et reus perfruar? Quo vultu ante oculus Domini mei ego nequam et improbus et ingratus servus, priusquam peccatorum me pœnituerit, et ab illius benignitate B veniam perfecte acceperim, sicut qui non peccaverunt, aut cum peccassent, per pœnitentiam veniam impetrarunt, ipse pariter comedam, et bibam et cum sanctis gaudeam? Nullo modo sed cibo et potione solum utar, ne vita deficiam, et meipsum macerabo, cruciabo et damnabo, ut Deus desuper respiciens, et angustias voluntariamque afflictionem meam intuens, misereatur, et multa mihi peccata mea ignoscat. Hæc igitur cogita, horum identem memento. Adhæc impera tibi tot bolos edere, ut saturitas non sequatur, multo pauciores utique, quam pro necessitate, et quam concoquere posses. Item unum, aut duo pocula, et id una hora diei constitua sumere. Cum comedis, ne cogitationi subeunti cedas, ut aliquid de appositis eligas, C quod absumas : sed cave ne quid comedas, quod tibi sapidum fore visum est : sola vero quæ ante te sunt, comede. Quin etiam si forte fructus, aut alia quædam bellaria fuerint, et unum quiddam tibi arriserit, dixeritque tacita cogitatio : Pulchrum est illud, accipe et comede, da operam ne vincare, neve tangas illud ; quando per aliud nihil Adamus e paradiso exterminatus est, nisi quia arboris fructus pulcher ei, et bonus ad vescendum apparuit, et comedit ex ipso, ideoque ejectus et expulsus, morteque et corruptione damnatus est. Qui ergo in paradisum illum, vel potius in regnum cœlorum reverti volunt, continentiam sine ulla transgressione etiam ad hæc usque servare debent, ne paulatim in majores, et noxias cupiditates in- D currant. Si te fratres simul accumbentes hortantur, ut amplius comedas, aut bibas, nihil aliud respondebis, nisi quod junctis manibus paulum assurgens, inclinato capite, ac voce leni dices : Ignosce. Sic semper in omnibus respondeto. Nec quemquam de tuis reliquiis honora, nec ab aliis quidquam accipe. Si vinum non bibis, illud ne poscas; sed nec alteri cupiam ex fratribus porrigas, nisi forte peregrinus est, et usus alicujus gratia ad te venit. Noli unquam cum aliquo ante tempus gustare, nec vesperi comedere, aut hibere, aut cœnare iterum; hinc enim mala omnia profi-

I Tim. II, 4.

ciscuntur. Atque hæ sunt insidiæ, et tindiculæ diaboli, quæ cum speciem boni habeant, tamen venenum tegunt mortiferum, quas, qui credit nobis, fugiet, et qui paret verbis meis meis, adjuvante Deo, et Spiritus sancti gratia, nullum ab eis vulnus detrimentumve reportabit. Cæteri vitam mundanam sub habitu monachi se consectari nesciunt, nec se in barathra et præcipitia incedere sentiunt.

Tu igitur, frater amantissime, hæc servare velis, etiamsi tibi moriendum sit; alioqui dæmonem gastrimargiæ, seu gulæ effugere non poteris. Si servaveris, scito diabolum conspectum tuum non ferentem, omnes contra te ignavos ac desides excitaturum, qui per obris conscindent, irredebunt, invidebunt, illudent, vexabuntque millies, ut te a bono consilio, et actionibus salutiferis avocent: quæ si æquo animo toleres, magnum a Deo et Salvatore nostro auxilium, solatiumque consequere. Proinde et aliis in cœna sedentibus ac vescentibus, te autem non, sed sive ministrante, sive aliud agente, ne obliviscare, etiam hæc tibimet tacitus cantare: Si satis et me pœnituisset, et mihi quoque peccata mea remissa essent, gauderem et ego, et cum fratribus meis accumberem. Quoniam autem per fœda facinera mea indignum me reddidi miser, hic secundem opera mea recipio. Hæc tibi dicito, et impera ventri quantum potes. Primos accubitus nunquam desidera; sed odi ex animo, ut superbiæ materiam. Humilitas enim tua exaltabit te: et infimum esse omnium, primum te efficiet; quia scriptum est: *Omnis qui seipsum exaltat humiliabitur, et qui seipsum humiliat exaltabitur*[51]. Ubi vero cum fratribus universis de mensa surrexeris, Deoque gratias egeris, atque a sacerdote dimissus fueris, cum silentio in cellam tuam festina, clausoque ostio librum arripe, et post brevem lectionem, si quidem dies æstivi sunt, super storeolam tuam recubans, breviculum somnum carpe. Etenim saturitatem vitans, et tenuem adhibens alimoniam panem scilicet et aquam cum mensura, et olora, aut legumina, mi nus dormies, et citius exsurges. Si hiems fuerit, postquam pauca legeris, operi manuum accingere, et in eo persevera, quoad lignum ad vespertinam hymnodiam vos convocaverit (11). Tum rursus synaxin ingressus, sta cum timore et attentione coram Deo psallens, ei, et confitens, nihilque penitus negligens. Vespertino officio completo, si potes a cibo et potu abstinere omnino, decreverisque semel in die cibum sumere, non vulgarem in persolvendo vespertino officio tuo, et in nocturna precatione, vigiliaque utilitatem invenies. Sin autem, uno paximatio seu pane, et uno aquæ poculo, extra in valitudinem aliquam et langorem stomachi, contentus esto. Ubi cum fratribus preces vespertinas Dea reddideris, ad pedes præpositi perinde ut ad ipsos Christi pedes procumbes et benedictione ab eo percepta, salutatisque sanctis fratribus, tacitus, nemini verbum faciens in cellam tuam recede, obseratoque ostio, corripe primum codicem, et paginis circiter tribus attente perlectis, sta ad orandum, psalle, et adora Deum quiete, ut a nullo audiaris. Sta autem honeste, nec cogitationes alibi temere vagari sine, sed eas collige. Conjunge manus, conjunge pedes æqualiter, et immobiliter, pari vestigio. Oculos claude, ne aliud aspiciant, mentemque distrahant. Mentem porro ipsam, totumque cor tuum in cœlum ad Deum eleva, inde cum gemitibus et lacrymis misericordiam implorans. Psalmos a Patre tuo spirituali tibi constitutos habe, qui nimirum verba pœnitentiæ et compunctionis continent, et quotquot viribus, voluntatique sufficiunt. Necesse est enim te psalmorum hymnodiam, et crebitatem genuflexionis, tempus stationis ad vires, et robur tuum exigere, ne te conscientia tua reprehendes dicat: Adhuc stare, hymnos promere, ac Deo confiteri poteras. Adhæc sint tibi etiam preces ipsæ definitæ, matutinam et vespertinam ad Deum confessionem continentes. Defunctus precibus, denuo paulisper lege. Deinde opus manuum capesse, et usque ad primam vigiliam finitam, id est, usque ad tertiam horam noctis hoc age. Cum sic surrexeris, et feceris τὸν ἅμαμον, (psalmodiæ genus est) signato corpore toto super stoream tuam cuba, et usque ad noctem mediam somno capto, deinceps fac, ut tibi a principio formam traddimus (12).

Præterea cogitata cordis tui Patri tuo spirituali in horas, si potest, indica sin minus, ne unam vesperam, dilecte, prætereas, sed post matutinum, dicussis omnibus quæ tibi contigerunt, ei expone, et fidem indubitatam erga illum habe, et si totus mundus ei convitietur atque obtrectet, et

[51] Matth. XXIII, 12.

(11) Ἕως τοῦ ξύλου τὴν ὁμνῳδίαν σημάνῃ τοῦ λυχνικοῦ Syn. 7: act. 4 *sacra ligna pulsantes*; neque enim olim in hunc usum erant æra, ut hodie

(12) Præcipiebant hæc et similia veteres illi monasticæ vitæ magistri, tum reverentiæ causa erga superiores; tum ut subditos a temerariis judiciis arcerent: a quibus nemo remotius distat quam ille qui ne de manifestis quidem judicium ferre solet. Nec mirum, talia præcepta religiosæ vitæ professoribus fuisse data, quando ut Constantium Magnum imperatorem simile quid factitasse accepimus: *In Scripturis narratur Constantinus imperator dixisse*, inquit Nicolaus primus Pontifex, in epist. ad Ludovicum imperatorem, et refertur a Gratiano d. 96: *Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam exspoliarem, et cooperirem eum ne ab aliquo videretur.* Hæc de Constantino Nicolaus Pontifex, et ante eum Ruffinus et Theodoretus.

vis tu ipse oculis tuis fornicantem videas, ne lalizeris, nec fidem tuam in ipsum minuas, iperans dicenti: *Nolite judicare, et non judi-ini*[52]. Sic te faciente, et certante quotidie, rocrastitinabit Deus te visitare desuper, sed um de sancto habitaculo suo mittet, et gratia issimi Spiritus ejus obumbrabit tibi, brevique stituto tuo progressus, spiritualem ætatem is: *Et in virum perfectum occurres, in men-ætatis plenitudinis Christi*[53], illuminatus, mine cognitionis omnes tecum familiariter ntes, tecumque sermonem conferentes, instar lluminans, ac Deum, qui donum sancti sui, ac i Spiritus impertivit, moribus et oratione icans; quem decet omnis gloria, honor, et tio nunc et semper, et in omnium sæculo-eternitatem. Amen.

ORATIO XXVI.

ARGUMENTUM.

enitentia, et principio vitæ solitariæ, et quo-lo quis via et ordine ad virtutem proced-ns, ndatorum observatione perfectionem consequa-.

i omnia oculis subjecta, et insuper animam contempsit, ut veram ac legitimam pœni-m secundum Dei mandatum præstare queat, us istuc incepit, non a seipso id dicendum mat: sed ubi se ad artificem perfugumque vi-pplicarit, cum timore ac tremore multo, et ntis precibus, eidem se subjiciens, spiritua-b eo actionum cum virtute conjunctarum linam, et exercitationem, quæque pœnitenti da sint, docetur ac percipit. Timorem autem, morem cum postulo intelligi, ne tali bono etur, et ut reprobus mandatorum Dei exse-ad ignem sempiternum condemneter. Nam nes ejus quasi ex ore Dei procedere arbi-, et quasi in iisdem custodiendis, aut despi-is vita æterna verteretur, accurate eos ser-atque ita cum fide indubitata cœperit, a pro-s Dei pendes, quotidie secundum Deum pro-et via progrediens, ætate spirituali crescit, perfectus in Christo Deo evadit. A quibus promissis? Audi intelligenter, qualia Domi-oster Jesus Christus nobis polliceatur: *Amen dico vobis, quia gaudium erit in cœlo super eccatore pœnitentiam agente*[54]. Et iterum: *enit ad me* (tali videlicet itinere) *eum non m foras*[55]. Et rursum: *Qui sitit veniat ad bibat*[56]. Et: *Qui credit in me, non gustabit m in æternum*[57]. Et alibi: *Convertimini ad t convertar ad vos*[58]. Et: *Venite ad me om-ui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam*. Et alio loco: *Qui habet mandata mea, et t ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit iligatur a Patre meo, et ego et Pater per Spi-ritum veniemus, et mansionem apud eum faciemus*[60]. Et: *Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se*[61]? In his ergo pollicitationibus, et promissis Dei, fide non dubia sperans, ut diximus, multa alacritate, cupidissimeque omnia ejus mandata impigre observat; quorum primum hoc est: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum*[62]. Et rursum. *Pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur*[63]. Post hæc docere nos volens Deus, quemadmodum, et qualibus verbis, aut operibus petere oporteat, inquit: *Qui vult inter vos esse primus, sit omnium ultimus, et omnium servus, et omnium minister*[64]. *Qui enim seipsum exaltat humiliabitur: qui vero seipsum humiliat, exaltabitur*[65].

Hæc omnia, et his similia, qui jugitur animo versat, et in ipsis dies, noctesque est occupatus, intelligensque et sentiens ea reputat, et studiose facit, paulatim obliviscitur mundi, rerum mundi, rerum hujus vitæ, cognatorum, rerum denique suarum, et consuetudinem spiritalium pro portione capit. Sic autem in dies proficiens, quomodo cogitationes pristinarum, seu anticipatarum opinionum sensim recedant, experitur ac sensit. Deinde quo pacto ipsæ illæ opiniones ac sententiæ minuantur, et emollitum cor humilitatem amplectatur: et quomodo postea ipsum cor cogitationes humilitatem, ingenerantes producat. Hæc autem ita experiens, vix ad compunctionem, et fletum adducitur, sed tamen adducitur multis tribulationibus, et plus humiliatum, amplius compungitur. Nam humilitas luctum gignit, luctus genitricem suam alit, et crescere facit. Ipsa autem mandatorum per humilitatem observatio (o rem admirandam) sordes omnes ex anima eluit. Etiam omnem affectionem rationi adversantem, et concupiscentiam malam, corpoream, inquam, et ad vitam istam pertinentem expellit. Qua ratione homo secundum animam ab omni terrena cupiditate asseritur ac liberatur; non solum a vinculis corpores, sed similiter ac si quis exuta veste totus nudus fiat. Et jure quidem. Absolvitur enim primum anima a stupore, quem Apostolus velamen appellat[66], qui Judæarum incredulorum corda occupat. Imo et nunc omnis, qui mandatis novæ gratiæ non quantum potest ac valet, et ferventi animo paret, hoc velamen parti intelligenti animæ suæ superpositum habet, et ad sublimitatem agnitionis filii Dei suvehi nequit. Sicut insuper qui secundum corpus exutus est, vulnera in corpore suo videt: ita iste vitiosos affectus animam ejus obtinentes tunc liquido perspicit (exempli causa, amorem gloriæ, avaritiam, injuriarum memoriam

[52] Matth. VII 1. [53] Ephes. IV, 13. [54] Luc. XV, 7. [55] Joan. VI, 37. [56] Joan. VII, 37. [57] Joan. 52. [58] Zach. I, 3. [59] Matth. XI 28. [60] I Joan. XIV, 21-23. [61] Matth. VIII, 11. [62] Matth. [63] Matth. VII, 8. [64] Marc. IX, 34. [65] Matth. XXIII, 12. [66] II Cor. III, 15.

odium fraternum, invidiam, zelum, contentionem, existimationem præclaram sui, et reliquos deinceps) mandata ut medicinas, tentationes ut cauterem, seu ferrum chirurgicum his imponens, humiliatusque ac lugens, et opem divinam ardenter exquirens, gratiam sancti Spiritus advenientem, ac singulos evellentem perimentemque videt, donec animam ejus ab omnibus istis tandem perfecte liberam reddat. Non enim illam ex parte, sed omnino ac pure Paracletus præsens in libertatem vindicare vult. Cum nominatis enim affectionibus quidquid est mœstitudinis, quidquid negligentiæ, quidquid desidiæ, ignorantiæ, oblivionis, gastrimargiæ, studii voluptarii, hæc, inquam, omnia fugat, adeoque hominem renovat, et instaurat anima simul et corpore, ut non interitui obnoxium, et ponderosum atque crassum, sed spirituale, et expers materiæ, et jam idoneum, quod in cœlum rapiatur, corpus gestare videatur. Nec istud solum gratia Spiritus in eo operatur: sed nec intueri quidpiam sensibilium ei permittit: vel potius quasi non intueretur, ita eum has res intueri facit. Nam cum mens iis quæ intelliguntur, se dediderit, ab his quæ in sensum cadunt tota discedit, etsi ea videre et animadvertere putetur. Sic igitur in his, nempe quæ intelligentia sola perspiciuntur, immorans, secundum sanctum, cujus illa vox: *Nostra autem conversatio in cœlis est, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur* [67], ibi detinetur, illuminatur, assiduo spirituali ætate augescens, et infantiæ sensibus evacuatis, in virilem perfectionem proficiens. Quapropter juxta mensuram quoque ætatis hujus suæ, secundum vires et functiones animæ immutatur, et ad mandata Dei factitanda fortior ac potentior fit. Quæ quotidie implens, pro portione exsecutionis eorum adhuc purgatur, splendescit, collustratur, magnorum mysteriorum revelationes meretur, quorum profunditatem nemo illorum qui in eamdem puritatem ut eveheruntur, non contenderunt, aut vidit unquam, aut videre potest.

Mysteria autem dico, quæ cum ab omnibus videantur, non tamen comprehunduntur. Etenim mens a Spiritu innovatore illuminata, etiam oculos novos, aures item novas acquirit, ut de cætero non ut homo sensibilia sensibiliter, sed ut homine jam superior, sensibilia et corporea spiritualiter, et tanquam similitudines inaspectabilium, eorumque formas velut informes ac specie carentes intuetur, auditque, non ut quispiam dixerit, vocem, aut voces hominum; sed solius, et viventis Verbi, quando per humanam vocem se exeruerit. Hoc enim, et solum, tanquam notum sibi, et amicum per aures anima suscipit, eique aditum concedit, et receptum libens amplectitur: sicut ait Dominus: *Oves meæ vocem meam audiunt, alienorum autem non audiunt* [68]. Reliquos omnium hominum sermones audit illa quidem, non tamen admittit, nec ad se penetrare patitur; sed eos aversata, vacuos dimittit. Aliquando nec allapsum, aut pullum eorum percipit: sed quanquam audit, veluti surdus non audiens [69], sic erga eos esse habet. Proinde cum talis evaserit, statim Deus eam inhabitat, fiuntque in ea quæcunque cupiverit, etiam supra quam cupiverit. Deus enim cum sit omne bonum, animam, in qua sedem posuerit, omni bono implet, quantum potis est natura nostra impleri; Deus quippe a nulla re condita capitur ac sustinetur. Bona autem illa intelligo: *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis ascenderunt* [70], ejus puta, qui talis nondum exstitit. Quare etiam docet hujusmodi hominem habitans in eo Deus, de futuris, et præsentibus; nec verbo sed opere, experientia, et reipsa intellectuales ejus oculos revelans, quæcunque vul, et quæ ei conducum, demonstrat. Cætera non indaganda, nec quærenda, nec curiose scrutanda suadet [71]; quandoquidem nec quæ Deus ipsi revelat et ostendit, sine reverentia, ac libere potest perspicere atque intueri: sed quasi per transennam profunditatem divitiarum sapientiæ, et cognitionis Dei inspiciens, mox æstuat, et percellitur, semet aspiciens, et cogitans quis sit, et qualibus spectandis dignatus sit. Magnitudinem enim benignitatis Dei considerans, et obstupescens, seque talium bonorum spectaculo toto pectore indignum statuens, nec ad ea aperte respicere, nec ea pernoscere vult: sed timore et tremore, ac reverentia coarctatus exclamat: *Quis sum ego, Domine, et quæ domus patris mei* [72], quoniam talia mysteria indigno committere non dubitasti, meque tantorum bonorum tuorum non modo contemplatorem, sed etiam participem et consortem admirabiliter fecisti? Talis itaque qui jam super omnem creaturam se extulit, retro redire, et quæ creaturæ sunt, in iis curiose inquirendis versari minime vult. Nam cum angelorum Dominum possidea, essentiam et naturam ministrantium ei angelorum pervestigare abhorret, cum sciat, Deo non placere, hominem quæ supra hominem sunt, per curiositatem indagare. Si enim jussi sumus divinas Scripturas non curiose discutere [73], multo magis supra ea quæ scripta sunt, nos curiosos esse omnino haud oportet. Talis Deum videt, quantum fieri potest, et quantum ipsi Deo libet, et semper eum videre studet, atque ut post obitum videat, perpetuo rogat, et sola ejus visione contentus, nihil præterea requirit. Unde nec Deum ac Dominum suum, a quo repletur lumine, et a quo vitæ sinceræ, et incorruptæ voluptatem habet, relinquere, et ad sua vincula respicere cupit. Talis visus, sive desuper a Deo illustratus, et ipse præcellentem ejus

[67] Philipp. II, 20; II Cor. IV, 18. [68] Joan. X, 16. [69] Psal. XXXVII, 14. [70] I Cor. II, 9. [71] Rom. XI, 33. [72] II Reg. VII, 18. [73] Eccli. III, 22.

am videns, ut al aliis qualis, et in quanta a sit videatur, hoc illi in mentem venire uam potest. Quælibet enim sancta anima cupiditate gloriæ vacat : siquidem regia, et issima spiritus tunica ornata, et immensa gloria repleta, non solum humanam gloriam nihilo putat, sed omnino nec ad oblatam sibi convertit. A Deo quippe visa, et ipsa vicissim videns, alium aliquem hominem videre, aut io videri nunquam desiderabit.

amobrem obsecro vos, fratres in Christo, ne is duntaxat ineffabilia discere velimus, quod et ntibus et audientibus æque est impossibile. ie enim qui quæ solo intellectu percipiuntur, vina sunt docent, ea manifestis exemplis per- ie demonstrare, eorumque veritatem, ut in tio aliquo solertes, ac triti repræsentare : qui docentur, ex verbis solis eorum quæ di- ir evidentiam discere possunt : sed actione, ibus et sudoribus ipsa comprehendere, et mplari studeamus : ut si inde etiam rationes m, velut sacra mysteria docti fuerimus, et ficetur Deus, sic nobis habentibus, et nos per im cognitionem glorificemus eum, ipseque ficet nos in ipso Christo Deo nostro ; quem omnis gloria, honor et adoratio cum Patre, nctissimo ac vivifico Spiritu, nunc et semper, sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXVII.

ARGUMENTUM.

rbida et infideli ac prava affectione Quæ sit Dei n filiis lucis consociatio, et quonam pacto in illis ciatur. Ad finem, sacerdotio indigne fungi autium insectatio.

nper, et omni tempore, fratres, inter se con- sunt lux et tenebræ, fides et infidelitas, cogni- ignorantia, charitas et odium. Nam cum ab dixisset Deus, *Fiat lux* [74], eaque exsti- , illico tenebræ evanuerunt. Luce occidente, nox rediit. Adam vero fide in Deum muni- tutus, immortali gloria circumfluebat, et in iso erat. Ab inimico autem ad infidelitatem lus, morte damnatus, et paradiso exturbatus, ivina spiritualique cognitione carnalem co- nem recepit. Etenim oculis animæ orbatus, ie perenni spoliatus, corporeis oculis cœpit ere, iisque sensibilibus et aspectabilibus ex iotione adjectis, cognovit Evam uxorem suam, oncepit et peperit Cain [75]. Porro talis cogni re omnis boni ignorantia est, Nisi enim prius im cognitionem visionemque perdidisset, iam in istam cognitionem devolutus esset. einde et Cain filius ejus, nisi ante in odium, idiam erga Abel fratrem suum exarsisset, necem attulisset. Quotquot igitur tenebris ab ortu insitis obisdentur, et in lumen quod animo et cogitatione cernitur quodque primus i le pater amisit, aspectum defigere nolunt, hi in ipso lumine natos, et quæ luminis sunt disserentes. eorum sermonibus perculsi, pro hostibus sibi adversa iis ducunt. Quemadmodum namque radius solis, ubi domum quampiam obscuram intraverit, tenebras ut jaculum penetrat, ac dissecat : ita spiritualis, et sancti viri a Deo inspirata oratio, ceu gladius anceps cor hominis carnalis consauciat, idque ad contradictionem et odium, præ ignorantia, et infidelitate concitat : *Qui autem existimat se aliquid scire, cum nihil sciat* [76], etiamsi angelum de cœlo ad se descendentem viderit, ut malum dæmonem adversatur : et quamvis Apostolum, quamvis prophetam Dei, etiam ipsum ut alium quemdam Simonem Magum abominatur ; et quod extremæ stoliditatis est, cæcus cidentem ut cæcum ducit quique ipsemet revera mugator est, ejus verba pro nugis habet. Et quomodo cæcus, si qui noctu sæpius affirment solem lucere, fidem eis adjungit, et rursum in meridie lucem esse dicentibus non credit, suspicans se ab utrisque decipi : et sive lucem in die, sive tenebras in nocte sibi prædicantes ambiguus rejicit : ita qui in tenebris animi perturbationum sedent, sensumque ignorantia obcæcatum habent, vel potius, qui sensum Christi non habent, ipsius sensum habentem, velut ejus expertem, et non habentem velut ejus compotem reputant. De quibus bene David propheta : *Stultus, et insipiens peribunt* [77]. Quocirca tales totam divinam Secundum secundum proprias ipsorum concupiscentias depravant, et pro vitiosis eorum affectibus, quos in ipsa non inveniunt, sed adulterantes eam patiuntur, corrumpunt. Cedo igitur, qui de rebus perperam indicant, nec præarrogantia doceri se sinunt, et cæci sunt, recte unquam pro semetipsos sensus lucis cognoscent ? Oculis captus, nec lucem intuens, qui tandem litteras in luce leget? Qui vero cæcus est sensu, et Christi sensum in se non habet, quomodo in lumine Christi sensus repositos ac reconditos videre et expendere potest ? Talis, quamvis millies exterioribus oculis scripta sensum moventia legat, nunquam, opinor, spiritualia, et materiæ expertia, et luci similia in nocturno ac tenebroso loco videre queat. Nemo itaque vos seducat. Deus lux est, et quibus conjunctus fuerit, cum iis pro gradu puritatis ipsorum claritatem suam communicat. Atque tunc exstincta lampas animæ, id est, mens divinum ignem se circumplexum, et radaccensum esse cognoscit.

O mira res, homo Deo spiritualiter corporaliterque unitur (13) : siquidem anima non a mente, nec ab anima corpus sejungitur, et unione essen-

Gen. I, 3. [75] Gen. IV, 1. [76] I Cor. VIII, 2. [77] Psal. XLVIII, 11.

) Verba Græca cunt ipsa : Ὁ τοῦ θαύματος θρωπος Θεῷ ἑνοῦται πνευματικῶς, καὶ σωματικῶς, εἴπερ οὐ χωρίζεται τοῦ νοῦ ἡ ψυχὴ οὐδὲ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα. ἀλλὰ τῇ οὐσιωδῶς ἑνώσει γίνε-

tiali, etiam homo per gratiam τρισυπόστατος fit, unus per adoptionem Deus, ex corpore videlicet et anima, et (cujus factus est particeps) divino Spiritu constans, impleturque tunc illud Davidis prophetæ: *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes*[78]. Filii Excelsi secundum imaginem videlicet, similitudinemque Altissimi: divina progenies ex divino Spiritu; quibus dixit merito Dominus, semperque dicit: *Manete in me, ut fructum multum afferatis*[78']. Fructum intelligit eorum copiam, qui apud ipsum salvantur: *Palmes*, inquit, *nisi manserit in vite arescit, et in ignem mittitur. Manete igitur vos in me, et ego in vobis* [79]. Quomodo igitur maneat in nobis, et quomodo vicissim nos maneamus in ipso, Dominus ipse docuit illis verbis, *Tu Pater, in me, et ego in te, et hi in me, et ego in illis* [80]. Et istud volens confirmare, iterato ait: *Ili in me, et et ego in illis, sic ut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* [81]. Adhuc porro, ut audientibus plenam fidem ac certam faciat, hæc adjungit: *Sicut tu me dilexisti, ego illos dilexi: et gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut nos unum sumus* [82]. Patet ergo, sicut manet Pater in Filio suo, et Filius in sinu Patris, secundum naturam: sic etiam qui in veritate crediderunt, et per Spiritum sanctum regenerati sunt, Christique ac Dei per ejus donum facti sunt fratres, et filii Dei, et adoptione dii, manere eos in Deo per gratiam, et Deum in illis.

Quam ob causam qui tales non evaserunt, nec actione, et cognitione, spectationeque universe sunt immutati, quomodo seipsos appellare Christianos non verentur? quomodo os aperire, deque occultis mysteriis, velut super stratum neglectim jacentes impudenter loqui audent? quomodo inter Christianos, et spirituales se numerare non pudet? quomodo sacerdotum assessores, corporisque et sanguinis Domini sacrifici, et ministri esse non perhorrescunt? Prorsus mirari satis non queo. Sed nimirum cæcitas mentis, ut dictum est, illiusque comites stupor et stultitia, et hinc nascens arrogantia, tale aurum, pretiosissimumque lapidem ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, ut lutum conculcare facit. O audaciam horribilem, cujus impulsu tanquam sublimem gradum conscendunt, ut ibi stantes, infimæ multitudini excellentes, et conspicui appareat. Quis ergo Christianus hosce Christianos nominabit?

Verum hactenus contra eos qui omnia scire et dicere conantur, et existimant se aliquid esse cum nihil sint, velut in cippo qualec sint Christiani docuimus: ut sese cum archetypo comparantes, quantum a germane Christianis absint, intelligant. Ad vos autem Christi servos, et discere cupientes, paratosque ad audiendum, universitatis Dominus per sancta Evangelia sua clamat: *Dum lucem habetis, ad lumen currite, ne vos tenebræ comprehendant* [83]. Currite per pœnitentiam in via mandatorum ejus, currite. Currite dum durat ejus illuminatio, priusquam nox mortis vos comprehendat, et ad tenebras sempiternas amandemini. Currite, quærite, pulsate, ut janua regni cœlorum vobis aperiatur, et sitis intra illud, et ipsum intra vos possideatis. Qui enim ante de hac vita exierunt, quam id acquisissent, ubi tandem ad mortuos profecti illud reperient? Hic ergo petere, et quærere, et pulsare in pœnitentia et lacrymis jussi sumus; et sic facientibus, Dominus id se nobis daturum est pollicitus. Quod si hoc facere, et Christo Domino obedire detractabimus, utadhuc superstites ab ipso regnum cœlorum intra nos accipere festinemus, nonne cum illuc excesserimus, merito dicentem nobis audiemus, quid nunc quæritis, quod a me oblatum vobis accipere noluistis? Nonne sæpenumero hortante me, ut laboraretis, et id a me sumeretis, vos recusastis, et contempsistis: pereuntiumque, ac terrenorum voluptatem prætu istis? Quibus ergo factis, aut qua pratione id in posterum invenire poteritis? Quapropter, Patres et fratres mei, quæso vos, omni sedulitate mandata Dei nostri custodiamus, quo vitam regnumque æternum consequamur; et ne audiamus nunc quidem: *Qui non odebit Filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum* [84]; in futuro autem sæculo, *Nescio unde sitis* [85]: sed benedictam potius illam vocem excipiamus: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum vobis præparatum* [86], quoniam salutem vestram esurientem me per observationem mandatorum meorum pavistis, potastis, vestivistis, collegivistis, et venistis ad me, purgate corda vestra ab omni macula, et sordibus peccati. De reliquo fruimini bonis mei cum

[78] Psal. LXXXI, 6. [78'] Joan XV, 4. 8. [79] Ibid. 4. [80] Joan. XVII, 21. [81] Ibid. 23. [82] Ibid. 22. [83] Joan. XII, 35. [84] Joan. III, 36. [85] Matth. XXV, 12. [86] Ibid. 34.

ται τρισυπόστατος κατὰ χάριν, καὶ ὁ ἄνθρωπος, εἷς θέσει θεὸς ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς, καὶ οὗπερ μετέληφε θείου πνεύματος, καὶ πληροῦται τηνικαῦτα τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου Δαβίδ Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες, καθ' εἰκόνα δηλαδὴ, καὶ καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Ὑψίστου, γεννήματα θεῖα ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος. Occurrit, quod Jureconsultus, *ff. De legibus*, monet: *Benignius leges interpretandæ sunt, quo voluntas earum conservetur. Et: In ambigua voce legis, ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.* Idem ego in hac Simeonis oratione faciendum esse dico. Nam illud οὐσιωδῶς ἑνώσει, nec ad Deum, nec ad gratiam referendum est. (Neque enim homo justus aut cum Deo, aut cum gratia essentialiter unitur) sed ad solam conjunctionem corporis et animæ; quæ utique essentialis est; et quia corpus, anima et gratia sunt res trinæ in eodem composito; ideo ait hominem per gratiam fieri θεὸν τρισυπόστατον. Ubi vox τρισυπόστατος improprie et secundum similitudinem accipi debet; ut ipse Simeon satis superque declarat.

ptate inexplicabili, cum vita immortali ac piterna, qua contingat nos omnes potiri, gra- et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui ia et imperium cum Patre principii experte, et tissimo vivificoque Spiritu nunc et semper, et infinita sæcula. Amen.

ORATIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

orruptoribus ac pestiferis hominibus fugiendis, que repudiandis eorum sermonibus, et cultura rtutis arripienda. De indicio libertatis animæ, et tis crucem suam tollens, Christum sequatur. Quemadmodum fideles Dei bonis ineffabilibus tum in c tum in futuro sæculo fruantur. De justo Dei per justis, et peccatoribus judicio.

uisquis Deum invenire desiderat, abneget seipsum, et animæ suæ ne parcat : sed inimici- inter se, et omne, secundum carnem ambues ponat, ne alicujus horum sermonibus atoriis incitatus, retro convertatur. Ne cum n cathedra sedeat; nec colloquia cum illis a serat, per quæ virus in animam infundatur, ose prioribus nequam consiliis, cogitationique immorari cogatur. Homo cum homo escam ; audi me, et procul ab illio recede ne animam n iterum ad inferos deducas. Mentem tuam , et constabili, et ne illam ad vana, et inania ienda vagari sinas. Ne pedem referas. Ne piger neve socordia gravere, et opprimare. Ne des num oculis tuis, neu guttur tuum alicujus cibi itate demulceas, donec videas per quid, et ter quid vocati simus, et quorsum secundum um tuum festines. Hujusmodi cogitationibus, te subierint, locum non relinques. Quid tibi re, et ista importuna defatigatione opus est ? ipus jam implevisti, hæc bis terque faciens, ullum inde fructum perspexisti. Ne, frater mi, oc laqueo impliceris, neve prodas salutem n : sed impius ac generosius ad virtutis incumbe potius, Patrumque tuorum secundum m sermonibus, et institutionibus ne diffide. stitue igitur apud animum, a vita citius, quam ac vitali inquisitione discedere. Quod si ab o nihil cuntactus fecisses, benignus Deus non lespexisset, tibique desiderii tui fructum pro o concessisset.

edia nocte experrectus, memento ejus qui : *Media nocte surgebam ad confitendum tibi r judicia justitiæ tuæ* [87]. Et gratias age Deo, e ad laudes ipsius canendas e somno excitavit: le, et exsulta, quia ignus est habitus, qui cum tis angelis Deum concelebres. Christianus enim ator, de flagitiis anteactæ vitæ dolens, et n Deo gratam instituens, nisi ad divinas xes, et sacras psalmodias, et precationes iam, alacritatem, taleque studium, et attentio-, quantam et qualem antea ut voluptates, que improbitatem, ostendit; sed velut laborans adhuc, et quodam onere pressus, vim ut uno verbo dicam, ac tyrannidem se perpeti existimat, ac proinde invitus his fungitur, ne is e manibus diaboli se evasisse, verum improbi tyranni imperio etiam num subjectum intelligi arbitretur. Ast ubi cum gaudio et jucunditate animi se orantem ac psallentem, mentemque omnia hujus vitæ blandimenta, et quidquid ea in pretio habet, exsecrantem cognoverit, tum demum sub Christi regnum se successisse credat. Hoc redemptionis et libertatis manifestum argumentum est, de qua scripsit Apostolus : *In libertate, qua nos Christus liberavit, state* [88]. Ergo unusquisque ad hanc libertatem adipiscendam properet, eamque a Christo flagitet. Sin consuetam synaxin moleste fert, et longitudinis hymnorum, qui Deo canuntur eum tædet, et frangitur, prorsus nescit : *Quam dulcia sint eloquia Dei in faucibus diligentium eum, et super mel ac favum in ore cognoscentium ipsum* [89]; sed totus caro, nempe carnali prorsus animo, et magis carnali sensu, non potest spiritualiter gustare, quæ a Deo data sunt nobis beneficia, verum omnia divina ei amara videntur ; et illud : *Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus* [90], ignorat. Quod qui evidenter non scit, a charitate, et dulcedine Dei alienus est. Qui porro gustus horum exsors est, proh dolor ! Dei inimicus, et a regno cœlorum extraneus, ac peregrinus est. Quam enim, quæso, aliam spem habebit, aut cujus alius dilectione implicabitur, aut a quo consolationem seu hic, seu post obitum inveniet ? In die vero judicii, quid respondebit, quando Christus veniet reddere unicuique secundum opera sua [91] : quando a monachis, qui se illi coram multis testibus aggregarunt, pacta quæ ad sanctum altare, et coram sanctis angelis ejus præstituros ac servaturos se pepigerunt, requiret.

Quid enim interrogati respondemus ? Annon, ad sanctum altare, et ad sacrum hunc conventum, vitam monasticam, et vitæ institutum angelicum sectari desiderantes non accessisse ? Quid enim ad singula referimus ? nonne illud? *Etiam, venerande Pater ?* Sacerdos autem, quid rursum nobis dicit ? Scitote, fratres, venisse vos, ut militibus ac famulis Christi regis cœlestis adnumeremini, ideoque ad tentationes vos comparate. Videbidis enim jam hinc inimicum omnes artes suas adversum vos ferventius experiri. Oportebit igitur et esurire, et sitire, et algere, ignominiam accipere, conspui, alapis cædi, subsannari, et quævis tristia propter Deum properre, Quid nos tum ad ista ? nonne passuros et toleraturos omnia promittimus, et illud solemne: *Etiam, reverende Pater*, ad omnem interrogationem per patientiam ferendorum incommodorum enuntiamus ? Nonne continentiam, vigilias, obedientiam usque ad mortem servaturos, præposito, totique fratrum collegio coram

Psal. cxviii, 62. [88] Galat. iv, 31. [89] Psal. cxviii, 103. [90] Psal. xxxiii, 9. [91] Matth. xvi, 27.

Deo et angelis promittimus? Quam ob causam vero militare, Christique bellatoribus accenseri voluimus? nonne ut contra hostes sub aspectum non venientes pugnaremus, ut contra concitatos animi motus bellum capesseremus? Et nunc, perinde ut si pacta conventa nemo a nobis exacturus sit nos gerimus: solutique timore Dei et mandata ejus contemnentes vivimus. Mihi equidem in mentem venit admirari, quomodo in tantam caliginem præcipitaverimus, omniaque cum animorum nostrorum detrimento faciamus: cumque nosmetipsi jugulemus, id tanquam vivi ac superstites non curemus: et cum ipsi nos peccatorum vinculis constringamus, etiam gaudium agitemus, committamusque omnia quæ Deus odit, et quæ in gehennam ignis animas nostras deturbent, et ea vincula a nobis auferentes, quasi truculentæ bestiæ, devorare conemur. Nam si a quopiam fuerimus impediti, ne quid contra animas nostras moliamur, illum more canum rabidorum allatramus, et convitiis incessimus, nec desinimus, donec re perpetrata animis nostris exitium conflaverimus. Postmodum ad hujusmodi perversitatem assuefacti, naturaliter perversi, atque improbi reddimur, nec amplius cœlo caput tollere libet. Ubi post hominum memoriam similis machinatio audita est? Quis dæmon modum perditionis hoc majorem adversum animas nostras excogitabit imo certe, quid hoc amplius contra nos dæmones cum omni cura, et sollicitudine invenire poterunt? Monachos fore nos spopondimus, et en supra mundanos improbitati nos alligavimus. Ad famem, sitim, afflictionem sustinendam, ut ante dicebamus, descripti sumus, et propter unicum panis frustum (quod forte extra definitum cibi sumendi tempus requirimus) verbis velitari, et probra jactare non erubescimus. Omnibus quæ in mundo sunt, renuntiare venimus, parentibus, inquam, fratribus, et amicis, et tamen illos de monasterii panibus alere potius non cessamus. Mundum ut hostem fugimus, et interim mundanos, et quæ mundi sunt, plus quam Christum ipsum diligimus.

Qui autem assequi vult quæ cupit, et desiderat, bona Dei videlicet, et ex homine in angelum terrestrem migrare, afflictationem corporis amabit, malorum perpassionem amplectetur, tentationes ut omnis boni sibi conciliatrices haud aspernabitur. Ut enim aurum multa infectum ærugine, nisi in prunas conjiciatur, et malleis tundatur, purgari aliter, atque in pristinum fulgorem restitui non potest: sic anima quoque peccati ærugine cooperta, et ad summum facta inutilis, alia via purgari, et antiquam recuperare pulchritudinem nequit, nisi tentationibus jactetur, et tribulationum conflaturam subeat. Nam et istuc Domini nostri verbum subindicat: *Vende facultates tuas, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et veni sequere me* [92], tentationes, ac tribulationes crucis nomine insinuans. Dare porro omnia, pecunias ac possessiones, incursibus autem tentationum reliquorum acerborum ac molestorum non excelso animo resistere, animæ ignavæ, ac sua commoda non intelligentis nihil videtur. Nihil enim pecuniis tantummodo aliisque rebus abjiciendis ac deferendis, et ad vitam solitariem confugiendo proficitur, nisi in tentationibus, et tribulationibus, et secundum Deus molestiis usque ad finem perseveres. Neque enim Christus Deus noster in rerum nostrarum abjectione, sed in patientia nostra animas nostras possessuros affirmavit [93]. Facultatum in pauperes distributionem, et fugam sæculi bonam atque utilem es e constat: verumtamen sola per seipsam, citra tentationum tolerantiam, hominem secundum Deum perfectum reddere non potest. Quod ut ita se habere, et ita Deo placere credas, audi ipsius verba ad divitem: *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et veni sequere me.* Vocabulo *crucis*, ut dictum est tribulationes et tentationes obscurius significat Quoniam enim *regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* [94], aliterbue fidelis in ipsum, nisi per angustam portam tribulationum, et tentationum introire nequit, merito divina Scriptura præcipit: *Contendite intrare per angustam portam* [95]. Et iterum: *In patientia vestra possidebitis animas vestras* [96]. Et: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum*, ut et alibi id Scriptura testatur [97]. *Fili, accedens ad servitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, et sustine* [98]. Et Apostolus: *Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes, ergo adulteri, et non filii estis* [99]. Et alio loco: Omnia quæ tibi inferuntur, ut bona suscipe, sciens sine Deo nihil fieri. Qui enim fortunis suis in egentes collatis e mundo et rebus ejus recedit, in spe mercedis, et voluptate multa gestat conscientiam. Et aliquando vana gloria mercedem furatur. Qui vero postquam omnia dedit pauperibus, etiam molesta sustinet, et gratias agit, et adversa patienter perfert, in eo quidem maximam acerbitatem, laborem, ac dolorem sentit: sed præsens ac futurum præmium, ingentemque retributionem pro perfugio habet: utpote qui passiones Christi imitetur, eumque in diebus tentationum, et adversitatum irruentium sustineat, et exspectet. Quocirca oro vos, fratres in Christo, demus operam secundum vocem Domini, Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi, ut postquam mundo, et his quæ in mundo sunt valediximus, per angustam portam intremus, quæ carnalis nostri sensus, et voluntatis præcisio, et fuga est. Nisi enim carni, concupiscentiis, ac voluntatibus ejus moriamur, remissionem, abso-

[92] Matth. XIX, 21. [93] Luc. XXI, 19. [94] Matth. XI, 12. [95] Matth. VII, 13. [96] Luc XXI, 19. [97] Act. XIV, 21. [98] Eccli. II, 1, 2. [99] Hebr. XII, 8.

tionemque malorum, et libertatem, et sequentem a
ncto Spiritu consolationem adipisci non poteri-
us: quæ nisi superveniat, nemo Dominum nec in
oc nec in futuro sæculo videbit. Nam recte te fecisse
im omnes facultates tuas in pauperes distribuisti
i tamen nihil tibi exemplo Ananiæ illius reser-
sti [1]) et adhæc mundo, et iis quæ in mundo
int renuntiasti, desertisque hujus vitæ curis ad
ortum æternæ vitæ cucurristi, speciem et figuram
etatis indutus, ego quoque non inficior, et te ob
oc studium laudo: sed insuper prudentiam carnis
lut tunicam exuere, et secundum stolam, quam
r Christum induisti, mores animæ, ipsamque
iritualem prudentiam possidere necesse est:
que hoc solum, sed etiam per pœnitentiam tuni-
m lucidam, qui est ipse Spiritus sanctus, su-
rinduere; quod nisi per constantem mandato-
m observationem, et tolerantiam tribulationum
n est ut fiat. Pressa enim per tentationes, ad
crymas commovetur; lacrymæ cor purgantes,
mplum, et diversorium Spiritus sancti efficiunt.
ec enim nobis ad salutem, et perfectionem solus
stitus, et exterior statuæ ornatus sufficit: sed ut
teriorem, ita interiorem hominem nostrum or-
re amictu Spiritus, totosque et integros cum
ima, et corpore Deo se offerre oportet. Et cor-
ralem quidem exercitationem propter virtutis
bores assumere, ut egregie molestis secundum
um assuescamus, et feramus ingenue amnritiem
junii, difficultatem continentiæ, necessitatem vi-
iarum, afflictionis omne genus: pietate autem
iritus erudire animam ad sapiendum quæ oportet
pere, et meditandam semper vitam æternam,
se humilem, mitem, contritum, compunctum,
gentem assidue, et lucem spiritus per preces ad
elicientem, quæ et adesse illi per pœnitentiam
ventissimam consuevere, purgatæ per uberes
crymas, sine quibus nec tunicam ejus mundari,
c in sublime contemplationis eam ascendere li-
t. Nam ut vestimentum e cœno alicunde, et ster-
ilinio nimium quantum defœdatum, nisi aqua
lta, et crebro pedibus calcatum non purgatur:
; et animæ vestis ex luto, et sterquilinio pec-
tricum affectionum turpata, nisi per ubertim
entes lacrymas, tentationumque, et tribulatio-
m tolerantiam a sordibus non abluitur. Nam
m a corporis nostri substantia naturaliter duæ
xiones exsistant, una superior lacrymarum, al-
a inferior, a facultate genitali: et hæc quidem
contra quam natura, et legibus institutum est,
t, animam contaminet; illa si ex pœnitudine
ocedat, eamdem purget, eos qui turbulenta, et
n peccato conjuncta cordis motione, cupidita-
n a ratione alienarum formas sibi insculpserunt,
ita animam inquinarunt, plurimis lacrymis
ndari, tunicamque animæ purissimam acquirere
ortet. Alioqui videre Deum, ipsum lumen, quod

A cujusvis nominis per pœnitentiam ad se venientis cor illuminat, est impossibile: siquidem mundi corde Deum vident [2].

Enitamur itaque patres, fratres, et filii mei per diligentiam in moribus, et jugem occultarum cogitationum confessionem cor purum obtinere. Quæ enim frequenter, et quotidie fit a nobis harum confessi, si ex animo pœnitente procedat, pesipiscentiam doloremque in nobis factorum, meditatorumve operatur, qui ex intimis animæ lacrymas ciet; lacrymæ animam purgant, et ingentia peccata delent; quibus deletis, sancti Spiritus solatiis permulcetur, ex compunctione fluento quodam dulcedinis irrigatur, unde quotidie, ita ut intelli-
B gentia percipiamur, pinguescit, et fructus spiritus alit; quos tempore congruenti ceu frumentum multo cum fœnore ad se in vitam immortalem, ac sempiternam citra ullam absumptionem nutriendam offert. Cum hucusque studio suæ præclare pervenerit, Deo familiaris, et domicilium habitaculumque sacrosanctæ Trinitatis evadit, pure intuens Deum fabricatorem suum, et cum ipso versans quotidie, e corpore, et mundo, et aere isto excidit, et virtutibus, atque alis charitatis a Deo elevata in cœlum ascendens, cum omnibus justis a laboribus suis requiescit, et est in infinito ac divino lumine, ubi apostolorum Christi, martyrum, sanctorum et omnium supernarum virtutum
C ordines una choris indulgent. Hunc itaque statum, fratres in Ghristo, nos quoque complectamur ne sanctis Patribus nostris inferiores simus: sed ut per exercitationem rerum honestarum, et per obedientiam Christi mandatorum, in virum perfectum evadamus, in mensuram ætatis plenitudinis Christi [3]. Nihil enim prohibet, si velimus. Sic et Deum nobis ipsis glorificabimus, et Deus a nobis lætitia afficietur, et ex hac vita demigrantes eum inveniemus, qui nos ut magnus Abrahæ sinus in regno cœlorum excipiat, et foveat. Et qui in medio tumultu, et strepitu, et qui in cœnobiis, et qui in montibus, ac speluncis sunt, mandatisque Christi convenienter vivunt, salvantur, et magnis a Deo donis dignantur: *Voluntatem enim timentium*
D *se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvabit eos* [4]. Ubi timor, ait divinus Gregorius, ibi mandatorum custodia; ubi mandatorum, custodia, ibi canis purgatio; nempe nubis obtenebrantis animam, nec sinentis divinum radium clare intueri. Ubi purgatio, ibi illuminatio. Illuminatio autem desiderii impletio his, qui maxima, aut maximum, aut plusquam magnum appetunt. Itaque cum hæc dixit, finem non finem esse omnis animæ illuminationem Spiritus significavit, quam adeptus quis, finem quidem, et extremum sensibilium omnium comprehendit, principium autem cognitionis spiritualium invenit. Quamobrem uti cursum mandatorum Christi patienter laborando curratis oro, et

[1] Act. v, 1 seqq. [2] Matth. v, 8. [3] Ephes. iv, 13. [4] Psal. cxliv, 19.

facies vestræ non confundentur : sed sicut cuilibet patienter, constanterque pulsanti portas regni sui aperit, et dat petenti Spiritum rectum, et sanctissimum, nec fieri potest, ut tota anima quærens non inveniat, et ditescat divitiis donorum ejus : sic et nos in bonis ejus ineffabilibus, nunc quidem ex parte, cum inintelligentia, et cognitione præstantiorum ; in futuro autem sæculo perfecte et consummate cum sanctis omnibus delicias nostras habeamus. Æterna quippe bona a Deo electis, et salvandis partim jam nunc pignora dantur, ipsis proposita, revelata, apparentia, et visa, partim post mortem, et resurrectionem contingunt.

Discite igitur, dilecti fratres, thesaurum inexplicabilem, super omnem principatum et potestatem, cujus hæreditatem justi adituri sunt, non in futuro sæculo duntaxat, sed jam quodammodo ante oculos, et manus, et pedes nostros propositum esse ; quem nos animæ oculos præ ignorantia, infidelitate, sensu perturbationum, quasi quadam caligine offusi, et cæcati, non videmus : Venite, credite thesaurum istum, quem vobis prædico, lumen mundi esse : *Ego sum resurrectio et vita*[5]. Ego sum *granum sinapis*[6], quod in terra absconditur. Ego sum *margarita*[7], quæ a fidelibus emitur. Ego sum *regnum cœlorum*[8], quod intra vos latet. Et quemadmodum cernor ab his qui me nunc quæsierunt, et invenirunt : sic fulgebo, illis, et super omnes cœlos residens. Ego qui etiam hic natura a vobis non capior, et invisibilis videor, non quantus sum me ostendens, quanquam totus maneo qui sum, dum videor ; sed quantum me videntium natura, et virtus capit. Ego sum *fermentum*[9], quod acceptum anima misit in tres partes suos, et fermentatur ipsa, et tota mihi similis efficitur. Quale enim fermentum, talis fit etiam farina, quæ huic cum aqua, et sale miscetur. Qui enim, inquit, mecum est, connaturalis Pater meus, et ejus Spiritus, idonei natura sunt, ut pro aqua, et sale sint. Ego pro sensibili intelligibilis paradisus servis meis factus sum, in quo colloco omnes credentes in me, et regeneratos per Spiritum : qui peccare amplius non possunt ; nec princeps hujus mundi quidquam adversum illos valet. Ego enim sum in illis, et ipsi in me, et vincunt mundum, quia extra mundum sunt, meque fortissimum omnium secum habent. Ego sum fons lucidus immortalis fluenti ac fluvii, in quo non post mortem, sed in horas, qui me toto pectore diligunt, aqua ex me defluente lavantur, corpusque et animam ab ea labe purgant, et toti instar lampadis, et in speciem radiis solis micant. Ego sum qui in horas, ut mane, in his exorior, et videor sol per intellectum ; sicut olim quoque in prophetis manifestabam meipsum, ipsique videntes laudabant, et invocabant me semper. *Mane*, inquit David, *Exaudi me*[10]. *Mane astabo tibi et videbo*[11]. Et alius : *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur*[12], quando et tu videlicet mandata mea custodiveris. Et quid attinet omnia percensere, quæ Deus salutis nostræ sitiens ad nos loquitur ? nisi omnino, ut per omnia cognoscatis et credatis, sedentes in tenebris magni luminis fulgorem videre oportere, si quidquam vident. Et ne qui de vobis cogitent, fulsisse quidem, sed qui adhuc in corpore sunt homines, ipsum videre non posse. Si enim hoc fieri non poterat, quid luxit, et lucid adhuc, cum ab eis non cernatur ? Imo vero lumen semper erat, et semper luxit, et lucet in his qui purgati sunt, et in tenebris apparebat, et tenebræ id non comprehendebant[13]. Et nunc lucet, et tenebræ id non comprehendunt, sive non tangunt. Quod autem dixit, quia ortum est populo sedenti in tenebris[14], id est, modo placuisse revelari iis in quibus et manifestatur. Alii enim in tenebris versantes, illud non comprehendunt. Invisibis enim, tunc quidem per corpus visus est omnibus, qui aspexerunt eum credentibus et non credentibus. Etiam divinitatis ejus lumen cognitum et revelatum est solis illis per opera fidelibus, qui et dicebant ei : *Ecce nos, Domine, reliquimus omnia, et secuti sumus te*[15]. Quod ait, *omnia*, ea voce pecunias, possessiones, voluntates, contemptum hujus vitæ et abominationem ejus, propter gustum subsistensis in nobis et æternæ illius vitæ complexus est. Hoc enim plane dulcius est, et anteponendum omnibus, quod est ipse Deus Hæc, fratres mei, sunt Dei admirabil a. Misereamur itaque nostri ipsorum quæso, et hujus vitæ participes fieri elaboremus, quæ est lumen Dei, ipse Spiritus sanctus, sui participes sanctificans, et deos per adoptionem faciens. Credamus toto animo in Deum, terram, et omnia prætereuntia relinquamus, ad illum accedamus, ei adhæreamus, quoniam adhuc modicum, et cœlum ac terra transibunt, et extra illum non est status, nec terminus, nec comprehendi potest, quo peccatores decidant. Deus enim capi non potest, nec intellectu comprehendi. Quis igitur locus est, die mihi, regno ejus excidentium.

Cogor lamentari, et cor meum comedo, et maceror, cum cogito Dominum tam munificum et humanum, ut propter solam in se fidem talia nobis largiatur, quæ mentem, auditum, et cogitationem superant, nec in cor hominis ascenderunt unquam; eos autem velut bestias præferre terram solam, et terrena, nobis per multam misericordiam ad sufficientem corporis usum impertita, ut ex his moderate et pro portione alamur, et anima nostra citra impedimentum ad superna gradiatur, ipsa quoque intellectuali pastu ex Spiritu, juxta men-

[5] Joan. XI, 25. [6] Matth. XXIII, 31. [7] Ibid. [8] Luc. XVII, 20. [9] Matth. XIII, 33. [10] Psal. V. 4. [11] Ibid. 5. [12] Isa. LVIII, 8. [13] Joan. I, 5. [14] Isa. IX, 2. [15] Matth. XIX. 27.

am purgationis et ascensus sui nutrita. Hoc
m est homo, et hoc fine conditi, et ob istud in
ndum procreati sumus, ut hic paucis affecti
ieficiis, per gratiarum actionem, et pium erga
ım affectum, majoribus, et æternis illic per-
amur. At enim, proh dolor? nihil prorsus de
ıris solliciti, ingrati etiam de his sumus, quæ
manibus habemus, et dæmones imitamur, vel
nonibus etiam, si vera dicenda sunt, deterio-
sumus. Atque idcirco et atrocius supplicium
ɔis debetur, quanto et præstantioribus beneficiis
nulati sumus, et Deum propter nos similem
ıtri, solo peccato excepto, factum cognoscimus,
nos ab errore et peccato liberaret. Sed quid
his sigillatim verba facere opus est? Profecto,
'bo tantum credentes, facti negamus, ut etiam
ıtus Paulus infidelitatem reprehendens ait :
nfitentur se Deum nosse, factis vutem negant,
ɔminati, et incredibiles, et ad omne opus bonum
ɔrobi[16]. An non ubique Christi nomen personat?
urbibus, in vicis, in cœnobiis, in montibus.
ære, si placet, et scrutare diligenter, an servent
ndata ejus, et vix invenies unum e millibus,
dilectus ille discipulus Joannes ait: *Omnis qui*
ɔcat, non vidit Deum, neque novit eum[17]. Et ite-
n : *Omnis qui facit peccatum, ex diabolo est* [18].
i igitur, bona quæ sunt in manibus nostris re-
quentes, inanibus autem, et fluxis dediti et
ixi, spem habemus ?

Jt porro ad singulos vanitati adhærentes ser-
nem convertam, age, quo pacto dicis, hæc om-
novi, et me mortalem, et umbram esse quæ
entur, et mortem improvisam, et gloriam jus-
um æternam, et confusionem peccatorum carere
ɐ, et interim ab improbitate non desistis ? Si
im vides, quomodo tanquam cæcus offendens,
um corpus, totamque animam denigratus es? Si
ıti meliora, quomodo quasi expers sensus, dete-
ra sequeris ? Si nosti omnia esse umbram, et
nia præterire quæ videntur, non erubescis
n umbra colludere, et fluentia pro thesauro
ligere ? non advertis te, ut puerum, in vas
ıfractum haurire ! et te putas tibi amicissimum.
'absurdum sane et grave est, putare, et exi-
nare ; nam per hæc esse auferlur. Homo,
din' Christum esse Deum? Si credis, time, et
ndata ejus serva. Si non credis, at saltem
mones ipsos, quos forsitan fide digniores exi-
nas, interroga. Disce ab iis, a quibus in servi-
em redactus es, et quos sequeris, quoniam
ı est alius Deus præter illum, cui nullus assi-
latur, nec comparari potest, omnium enim
minus ipse est, omnium rex, conditor lucis,
vitæ arbiter. Ipse lumen illud ineffabile, in-
ɛssibile, qui solus est. Ipse in adventu
) dissipabit a facie sua inimicos suos, et
| non obediverunt mandatis ejus, quomodo

A noctis caliginem exoriens sol dispellit. Et erit proprie Deus solus non potis capi inter ea quæ non capiuntur, et in incomprehensibilibus incomprehensibilis solis dignis apparens, pro mensura fidei in ipsum. Peccatores vero erunt ut in lumine operti ac circumfusi tenebris, in gaudio erubescentes, et in lætitia ipsi tabescentes, et ardenter horribiliter, et diversis suarum affectionum generibus cruciati : sicut scilicet et justi a lumine collustrati, et diversis virtutibus ornati apparebunt. Nam Deus, qui secundum naturam suam charitas est, et vocatur, nec damnatos odit, omni affectu naturaliter liber, nec a damnatis jure odio habetur : sed quibuscum nostra voluntate et sententia in hoc sæculo pravorum studiorum societatem elegimus, cum his ut merito, et necessario in
B futuro sæculo, quamvis nolentes simus, condemnabimur. Etenim prout quisque affectus, ac dispositus est, Deus unitus omnibus, in fine sæculorum sicut novit ipse, sensum cuique præbet, quomodo ab ipso formatus sit. Dignis igitur per gratiam unitus supra naturam, divina, et omnem cogitationem superans voluptas esse consuevit. Indignis autem præter gratiam unitus, præter naturam secundum privationem hujus gratiæ constitutum, et ineffabilem dolorem facere solet, ut et magnus Gregorius Theologus ait: O Trinitas, quæ aliquando omnibus, aliis illustratione, aliis vocatione cognita fuisti. Sic igitur corporaliter in Scripturis divinitus inspiratis hæc posita inveni, et spiritualiter
C edoctus sum a Spiritu, et ad vos plene instruendos ex multa charitate, nihil subtrahens scripsi dicta mihi, et declarata, et jussa a Domino nostro Jesu Christo, per adorandum et sanctum ejus Spiritum, de sublimibus donis, et charismatibus simul principii expertis Dei, et patris ejus. Quorum ut sint participes, qui eum labore quærunt, iis semper concediit per fidem, ipse etiam nunc bonus, et benefactor noster Deus. Ecce, annuntiavi vobis omnia, et talentum non abscondi, Unusquisque igitur vestrum de cætero quod vult eliget : ego enim quod ad vos attinet, crimine vaco, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium cum Patre principii experte et sancto
D Spiritu in sæcula. Amen.

ORATIO XXIX.

ARGUMENTUM.

Omnes homines a Christo non illuminatos, cæcos esse, nec opera lucis efficere posse, nec in via recte vivendi progredi Quare circumspiciendum, et advertendum animum, an vero itinere in cœlum ambulemus, quod in Dei mandatis situm est. Qui parvis peccatis succumbunt, eos magnorum servos fieri. Quibus actionibus ab affectibus illaudatis vindicemur.

Quemadmodum cæcus ingrediens, velut nolit, pedibus offendit ; sic homo oculis animæ sub intelligentiam cadentibus, non ante apertis ab eo, qui ut cæcorum oculos aperiret, humanum corpus

[16] Tit. I, 16. [17] I Joan. III, 6. [18] Ibid. 8.

assumpsit, non potest non viam hujus vitæ carpendo delinquere : adhuc enim cæcus est, et ad id quod proprie malum est, a bono internoscendum superno divinoque lumine, opus habet. Ab omni igitur peccante hæc quatuor requiruntur. Ut cognoscat unde privetur lumine, edoctus mysterium, ne sit stupidus. Confessio peccatorum, ut sit verus. Fuga occasionum et causarum, quibus ad peccandum impellitur, ne sit stultus et insipiens. Postremo, ut medicum petat a solo Christo medico, qui contritos sanat, et modo quodam inexplicabili contritiones alligat, dicitque : *Fides tua te salvum fecit, vade in pace* [19] : alioqui enim vita in pace, citraque lapsus degi non potest. Ex his primum illud bonum est ; secundum melius ; tertium præstantius ; quartum proprie bonum, extra quod non datur salus ; ut sine tribus antecedentibus quartum hoc Christus operari nequit. Valde siquidem opus habet, ut nos ipsos prius agnoscamus, quo sanati, demus gloriam Deo. Quo enim pacto quispiam adepta sanitate medico gratias agat, si morbi magnitudinem, gravitatem, et summam ejus depellendi difficultatem ante non perspexerit ? maxime, si is ab alio nullo medicorum curari queat. Meretur enim supplicium dirissimum, qui curatus medico pro dignitate gratias non agit. Ac propterea eum a quo sanandus est, nosse debet. Hinc visitare, et sanare infirmitates nostras sæpe moratur, quantumvis imploretur. Parcit enim nobis, ne ingrati ad pœnas majores devolvamur. Quamobrem quotquot hominis vocabulo censemur, dispiciamus, et attendamus nobis necesse est, fideles juxta atque infideles, parvi atque magni : ut infideles quidem ad cognitionem et fidem Dei conditoris nostri veniamus : fideles, ut vita pie acta, eidem in omni opere bono placentes appareamus ; parvi, ut magnis propter Dominum subjiciamur ; magni, ut erga parvos tanquam parentes erga liberos afficiamur, propter mandatum Domini, dicentis : *Quandiu fecistis uni istorum ex minimis meis, mihi fecistis* [20]. Non enim, quod quidam opinantur, de pauperibus tantummodo, et victu corporeo egentibus hoc dixit, sed de fratribus item nostris omnibus, qui non fame pamis, et siti aquæ, sed segnitiei, et inobedientiæ mandatorum Dei contabescunt. Omnes itaque curramus, aniequam nobis per mortem pœnitentiæ janua claudatur. Curramus, ut ante exitum comprehendamus. Festinemus, ut accipiamus. Pulsemus, ut priusquam de hac luce migremus, paradisi portam Dominus nobis reseret, et seipsum manifestet. Studeamus regnum cœlorum intra nos acquirere, et idipsum cognoscere, ac sentire, et ne sine illo hinc discedamus. Ircirco enim et Christi mandato pro subsidio utimur, utpote propter nos, infirmitatemque nostram præscripto. Idcirco renuntiamus omnibus, et ad angustam atque arctam viam procedimus, et a mundo, mundanisque corporaliter quodammodo amputamur, et ab alia regione, loco, et urbe ad aliam habitationem, mansionemque abeuntes, ad stadium, in quo virtutis viget exercitatio, devenimus, per institutum vitæ, et sanctæ vivendi normam pro suo quisque arbitrio incedentes, aut etiam accelerantes, currentesque et vestigiis Domini nostri Jesu Christi insistentes, ut ne amplius rebus perituris delectemur, et voluntas carnis voluntati spiritus subdatur. Idcirco e mundo secedentes, statim mandata Domini capessimus, et ejus jussis obtemperantes, viam in cœlum ferentem auspicamur.

Hic porro mihi pensiculate dictorum vim considera. Informa animo viam bene tritam, quam longa est, pedibus scilicet eorum qui præcesserunt. Hinc inde montes, silvas, rupes excelsas, scopulos atque valles concipe. Cum his nihilominus campos, hortos, loca jucunda et umbrosa, longeque amœnissima, et omnigenis fructibus abundantia. Deinde non mediocrem bestiarum multitudinem, latronumque, et sicariorum globos per loca illa absconditos, His ita se habentibus, ex hisce locis nullus aut inescabit nos, sensumque nostrum commovebit, aut nocere nobis poterit, sequentibus sanctos, qui præiverunt, eademque semita ambulantibus, qua illi ambulaverunt. Incedentibus quippe nobis per viam mandatorum Dei ac Domini nostri citraque respectum ad ea quæ retro sunt omnia quæ audisti permeantibus, nemo neque latronum illorum, neque belluarum aperte ac proterve insultat, aut appropinquare audet. Verumtamen alias remotius, alias vicinius ; alii minas intendunt, cædemque spirantibus oculis non obeunt ; alii quibusdam delinimentis et blanditiis amicisque colloquiis vicissitudinem et intermissionem nobis offerunt, et ostentant locorum per regiones delectamenta, et fructuum speciem pulcherrimam, hortanturque ut paulatum requiescentes, laborem viæ consolemur, et de fructibus edere suadent, plus voluptatis, quam pro eorum aspectu afferentibus. Multos insuper laqueos nobis, occasionesque ad capiendum varias, callide excogitant ; nec id per diem solum, sed per noctes etiam : nec vigilantes modo, verum etiam dormientes aggrediuntur ; interdum quidem titillationibus, et exorationibus ; interdum ciborum interdictorum gustu ; interdum cum facibus, lampadibus et ensibus tanquam latrones, et mare latronum nos invadunt, terroremque mortis incutiunt. Percellunt nos arbitrantes etiam a recto itinere aversuros. Et nonnulli quidem de ipsis monent fieri non posse, ut quandiu vivimus, hujus viæ difficultates sustineamus. Alii, hæc esse infrugifera, et quæ laborantibus nullam queant utilitatem parere. Alii nunquam esse nec fore finem hujus viæ, eo argumento, quod quibusdam res parum feliciter pro-

[19] Luc. VII, 50. [20] Matth. XXV, 40.

sserit, et eo in primis quod qui multum temporis hoc vivendi genere contriverunt, nullum ex lturnitate fructum reportarint, dum putarint se rsum mandatorum Dei currere, et id non secun- m scientiam, ac sano judicio præstiterint, sed numeros, quos sibi finxerint, et ad opinionem, am de se ipsi stulte habuerint : quibus merito am gressus secundum Deum præciduntur, illusis, ad ea quæ retro sunt revertentibus, seque per gligentiam maligno, ad suam in ipsis voluntatem plendam tradentibus.

Sed cur ego ista apud vos fratres meos spirituadissero ? Quia nimirum excedunt adversarii tri diaboli, malignorumque ejus spirituum insie et tendiculæ Consideremus nos ipsos in via, qua diximus, qui vel nuper eam inivimus, vel ltius in ea perreximus, et ab omnibus istis quæ tæ sunt bestiis et latronibus, multa quidem passi um quæ commemoravimus, gratia autem Christi ue adulationibus decepti, neque elegantia rerum arentium ad voluptatem furtim pertracti, neque ore aut minis ad declinandum de recta via, aut rogressu desistendum inflexi, neque vero retrorsum conversi sumus, sed potius, et quidem contens currimus. Num in tali statu et conditione tra, quievit a nobis oppugnandis Satanas ; et n aliquando tandem quieturus est ? Nunquam e. Quocirco Deus semper nobis summo desidet totaque mente orandus est, ne nos unquam scari a maligno, aut falli patiatur. Hæc pauca e ltis decertantibus disputavimus.

De iis porro, qui nullo discrimine, et nihil omnia dentes hac vita, et vita ingrediuntur, quid ego am ? quandoquidem velut stupidæ aves omnis eris diaboli laqueis irretiuntur, semet cuivis ctui dedentes ac mancipantes, et escam semper igno se objicientes, circumeunti, *et rugienti ar leonis, quærentique quem devoret*[21], et mori optant, quam e dentibus et faucibus ejus crussimis extrahi. Hortor itaque, et omnes oratos in Christo Jesu, ut sibimetipsis attendant, et squisque non plus quam oportet, sed ad sobriem sapiat [22], directamque viam, quæ Deus et istus est, ambulet (cui et respondere oportebit, sto Judici, et qui circumscribi nequit) non deantes ad dextram, nec ad sinistram [23]: sed ejus igia perpetuo prementes, in mandatis ejus ibus absque ulla omissione custodiendis, ut emini sicut caprea e maculis, et passer e la- [24]. Primum quippe mandatum est, diligere Dum Deum, et mandata ejus servare [25], sicut ipse *Qui diligit me, mandata mea custodit* [26]. ndum, diligere inter se, sicut ipse Deus mundilexit. Vera autem dilectio his quasi charaibus cognoscitur [27], adversus fratrem non in, nec efferri, nec æmulari illum, sed æmulari im : non agere perperam, non esse audacem adversus eum, non murmurare, non illudere, non irridere, in judicio nunquam nec parva, nec magna de re contendere. Persuasissimum ergo habeatis, fratres mei dilecti, nihil tam facile salutem vobis cenciliaturum, quam divina Salvatoris jussa facessere. Nihilominus multis lacrymis, multo timore, multa patientia, perseverantiaque in precibus nobis opus est, ut saltem unius verbi Domini virtus reveletur nobis, ut noscamus quod in parvis sermonibus ejus absconditum est mysterium, ut pro uno apice mandatorum Christi animas nostras ponere ne dubitemus. Sermo enim Dei armatus, et quasi gladius anceps [28], et a quo quis victus est, ejus et servus est [29].

Ut autem exemplo quoque credibile faciam, quod dico, vos interrogabo. Cui cum decem, aut duodecim viris suscepta est dimicatio, dum manus cum iis conserit, si antesignanos et fortissimos eorum simul prima impressione in fugam compulerit, reliquos vulneraverit, ac prostraverit, unum vero, aut duos ex his despicabiliores, infirmioresque relictos postea timide, et cum blanditiss procul ad se venientes viderit, nec occurrens eos comprehenderit, manus pone reviuxerit, aut occiderit, nonne sæviter ab iis ipse trucidabitur ? Si enim ex superbia et arrogantia projectis armis recubuerit, illisque contemptis supinus dormiverit, an non sciens et volens in servitutem miseris iliis se tradidit ? An non qui supervenerunt duo ex illis, aut etiam unus, ligatum eum in suo mancipio habebit, et pro servo abducet ? aut si etiam gladio jugulaverit, faciet omnibus mortalibus ludibrium ? Annon præterea omnes sui negligentem et confidentem illum, imo dementem ac stupidum merito cæsum dicent ? Omnino enim non tam laudabilis erit propter pugnam et victoriam illam contra fortiores, quam vituperabilis, abominandus, et vilipendendus seu servus, seu mortuus, ut libere dicam, quod ab uno illo victus sit. Sic igitur, fratres mei charissimi, nihil nobis proderit, si majoribus perturbationibus edomitis, in minorum potestate simus. Exempli gratia (eadem enim rursus dicam, et dicere non desinam) si carnis inquinamenta vitemus, si ab invidia, et furtis magni momenti abstineamus, si a nefariis puerorum amoribus, et aversa libidine, si a mollitie, et omni alia petulantia temperemus, vitio tamen ventris, aut multo vino, aut somno, aut inertiæ, aut pigritiæ, contradictioni, inobedientiæ, murmurationi tanquam servi, et flagriones subjiciamur, quem, obsecro, ex sola operum pessimorum abstinentia fructum consequemur ? Si clam panis fragmenta surripimus, et comedimus, aut quippiam aliud aliunde sublegimus, idque citra permissum præfecti nostri, qui nos peccati immunes pronuntiet ? Si a synaxi absque magna corporis imbecillitate, aut necessitate aliqua sponte abfuerimus ? Si fructus custodientes, ab ipsis gulam non

I Petr. v, 8. [22] Rom. xii, 3. [23] Deut. xvii. 11. [24] Prov. xi, 15. [25] Deut. vi, 5. [26] Joan. 15. [27] I Cor. xiii, 1 seqq. [28] Hebr. iv, 12. [29] II Petr. ii, 19.

continuerimus? Etenim quid aliud Adamum e paradiso ejecit, mortique dedidit? Quid ex graviorum illorum vitatione commodi nanciscemur? Nec enim quispiam toto corpore lacer, deinde pluribus medicamentis, præter unam modicam plagam curatus, dici sanus potest, si vulneris parvas reliquias, ut foramem acus adhuc circumferat: sed qui etiam vulnerum cicatrices, si potest, sustulerit, ille curatus prædicabitur ob omnibus. Ne igitur ista parviducamus: sed propter ea alios punitos, et vehementer damnatos audientes, quod nos inde nocumentum manet, totis viribus fugiamus. Et nemo, dilectissimi, in aliquo horum, aut alio quopiam turbulento, ac vitioso affectu de cætero permaneat; sed hinc jam profligato, pœnitentiæ faciat initium, et se victum fuisse confiteri ne cesset, donec pudefactus suggestor inimicus, ab eo oppugnando discesserit. Ne dominetur nostri invidia, ne ira, ne furor et clamor, ex quibus turpiloquia, et contumeliæ generari consueverunt. Ne inanis gloria, superbia, sui admiratio nobis imperantes, in profundum inferni nos trahant: verum his omnibus procul exterminatis, virtutes eorum loco comparemus.

Sed occurrat forte quisqiam, cum tam multæ sint, et innumerabiles propemodum quæ recensitæ sunt motiones in reprehensione positæ, quis eas omnes scrutari, et ab universis cavere sibi potest, ut ne ab una quidem occupetur? Quis? ego Christo adjuvante vos docebo. Qui peccata sua semper ante oculos habet, futurumque judicium assiduo prospicit, ac pœnitentia fervet, et amaras fundit lacrymas, hic supergreditur, longeque vincit omnia simul, a pœnitentia in sublime actus, ut ne una quidem, et sola ex dictis motionibus ad eum pervenire, ejusque tanquam per aereas regiones incedentem animam attingere possit. Pœnitentiæ namque, et ex imo corde emissarum lacrymarum fervor, peccati sordes quomodo ignis conflat et absumit, animamque contaminatam expurgat Tantumne? imo et lumen largum in illam, per adventum Spiritus sancti magnifice infundit, ut inde misericordia, et bonis fructibus abundet. Quod nisi anima nostra a pœnitentia et lacrymis, et quæ hinc in ea nascitur humilitate, velut alis acquisitis ad excelsa ἀπαθείας tollatur, a nulla harum, quarum meminimus passionum liberari poterimus: sed nunc quidem ab hac, nunc ad alia semper vulnerabimur, et non secus quam ab immitibus belluis devorabimur, ac post obitum cœlorum regno idcirco exclusi, pœnas in omnem æternitatem expendemus. Quare vos omnes obsecro, spirituales mei fratres, et obsecrare charitatem vestram non cessabo, ut unusquisque salutem suam ne contemnat; sed omnimodis a terra se paulum efferre conetur. Hoc miraculum, quod vobis stuporem incussit, ab humo, inquam, in aera suspendi, si factum fuerit, descendere in terram, in eaque consistere nullo modo in posterum voletis. Per terram porro carnalem, per aerem spiritalem sensum, cogitataque intelligo. Nam si mens pravis cogitationibus, et motibus expedita, quam Christus Deus nobis donavit libertatem aspiciendi facultatem præbuerit, ad pristinam peccati servitutem, carnalasque sensus descendere amplius non sustinebimus: sed secundum Domini verbum [30], vigilare et orare non desinemus, donec ac beatitudinem illam evecti, promissis bonis potiamur, gratia et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum patre et sancto Spiritu nunc et semper ætatibus sæculorum sempiternis. Amen.

ORATIO XXX.

ARGUMENTUM.

Non esse dicendum, hodie ad fastigium virtutis perveneri, et eum veteribus sanctis certari non posse; etiamsi velis. Quicunque divinis Scripturis contraria docet, eum sibi credentes nova hæresi imbuere. Lacrymas nobis a natura datas esse.

Complures quotidie, Patres et fratres mei, nos etiam dicentes audimus, si vixissemus temporibus apostolorum, et Christum perinde ut illi istis oculis cernere digni fuissemus, nos quoque sancti, quemadmodum illi evasissemus. Hæc dum dictitant, ignorant eumdem esse qui tum, quique nunc mundo loquitur. Nam si nunc non idem est, qui olim, æque super omnia Deus et in efficiendo, et in effectis, quomodo videtur in Filio semper loqui Pater, et Filius in Patre per Spiritum hæc dicere: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*[31]? Sed objiciet forsitan aliquis, non idem est, illum ipsum tunc corporeis oculis vidisse corporeum, et hodie ejus verba duntaxat audire, quæque ad eum, et regnum cœlorum pertinent, edoceri. Fateor ego quoque, non prorsus idem esse nunc et tunc: sed quod modo et nunc est, id aio longe majus esse, et ad pleniorem fidem, persuasionemque certiorem facilius multo nos adducere, quam si tunc eum in corpore humano videre et audire nobis contigisset. Tunc enim nefariis Judæis homo nullius pretii apparebat: at nunc verus Deus a nobis prædicatur. Tunc cum publicanis et peccatoribus versabatur, et cibum per corpus capiebat: nunc ad dexteram Dei, et Patris sui considet, a quo nunquam, et nusquam separatus; mundum alere universum creditur, sine quo nihil fieri dicimus. Ac, si credimus, tunc a vilissimis homuncionibus despiciebatur, illa scilicet opprobrantibus, nonne hic est Mariæ, et Joseph fabri filius[32]? nunc a regibus et principibus, ut veri Dei Filius, ac verus ipsemet Deus adoratur et glorificatur, atque glorificabit adorantes se in spiritu et veritate (tametsi sæpe eos peccantes punit) cum ferreos eos super omnes gentes quæ sub cœlo sunt, pro testaceis fecerit scilicet. Tunc ut unus de cæteris hominibus, interitui

[30] Matth. XXVI. 41. [31] Joan. V, 17. [32] Matth. XIII, 55; Marc. VI, 3.

bnoxius, censebatur, magnumque erat in corpore umano Deum sine varietate aliqua, et mutatione ıi carentem forma, nec sub aspectum venientem, ırma præditum, et nihil nisi hominem apparen- ım, nihil præ aliis mortalibus in his quæ aspectu ntiuntur habentem : sed comedentem, bibentem, rmientem, sudantem, lassum, et humanis deni- ue universis, dempto peccato, fungentem, talem, ıquam, agnoscere et credere Deum esse, qui cœ- ım et terram, et quæ in eis sunt, omnia condidis- t. Quare et Petrum propter vocem illam : *Tu es hristus Filius Dei vivi*, beatum Dominus affirma- t, *Beatus es*, inquit, *Simon Bar Jona, quia caro et nguis non revelavit tibi*, ut hæc, inquam, videres diceres, *sed Pater meus, qui in cœlis est* [33]. Ita- ıe qui nunc eum quotidie in sancto Evangelio amantem, et benedicti Patris sui voluntatem an- ıntiantem audit, nec cum timore, ac tremore illi edit, et ejus jussa facessit, ne tunc quidem, si æsens præsentem spectavisset, docentemque ıscultasset, plane in eum credere potuisset. Ti- endum potius, ne neutiquam credens, eumque ın pro vero Deo, sed pro Dei adversario repu- ns blasphemasset.

Et hæc quidem qui sunt omnino cæteris hebe- ores ac stupidi. Quid vero his graviores? Si exsti- ıemus, inquiunt, ætate sanctorum Patrum, cer- ssemus et nos. Bona enim eorum vitæ instituta, ntentionemque intuentes, imitandi studio exar- ssemus. At nunc cum desidiosis, et negligentibus rsantes, una cum iis ferimur, et nolentes simul rimus. Sed hi quoque, ut credibile est, ignorant, s magis quam illos in portu navigare. Sæculo pa- ım nostrorum (arrigant isti aures) multæ vige- nt hæreses, multi erant pseudochristi [34], multi ıristum cauponantes [35], multi erant pseudoma- ıtri, qui vagarantur libere, et maligni zizania argerent [36], nec paucos sermonibus suis in frau- m illectos secum abstraherent, eorumque animas exitium mitterent; id quod ex Patrum Antonii, Euthymii et Sabbæ vitis verum esse reperias. Tra- um est siquidem litteris, Antonium tunc veste endidiore præter consuetudinem indutum, in lo- m editum ascendisse, semet exhibuisse, osten- seque, ut manifestus et conspicuus, omnino ab reticis apprehenderetur et neci daretur. Certe i tum persecutio ferbuisset, hoc ille non fecisset. mporibus autem sancti Patris nostri Euthymii, clesiis a Deo tranquillitatem donatam esse, non- litteris exstat ? cum nimirum tunc persecutio- i et hæreses conquievissent. Sanctus vero pater ıter Sabbas cum esset præpositus, an nescitis ıntopere pro Ecclesiis contra illius temporis reses pugnaverit, et quod monachi tum ab hæ- icis seducti sint ? Quid quæ sub Stephano ıiore contigerunt? annon gravissimam et acer- ıimam persecutionem habuerunt ? Annon cogi- A tatis, qualis tum procella, quanta vis tempestatis monachos in salo jactaverit? Sed quid ego omnia niter persequi? Cum enim recordor, quæ ante hæc sub Magno Basilio, sicut magnus narrat Gregorius, et quæ sub aureum orationis flumen fundente Joanne Chrysostomo, et Patribus consecutis acci- derunt, et ipse me miserum judico, et hæc non expedentes miseror. Haud enim satis sciunt, omne tempus præteritum fuisse mœstius, et palam re- pletum maligni zizaniis.

Verumtamen quamvis tristia et adversa fuerint præterita, nihilominus etiam hoc tempore multi sunt hæretici, multi lupi, aspides, et serpentes in- ter latera nostra ; sed nihil contra nos possunt, ac B velut quamdam malignitatis suæ noctem agunt. Et quidem ad se ventitantes, et tenebris suis involutos rapiunt ac devorant. In lumine autem divinarum Scripturarum ambulantibus, et in via mandatorum Dei incedentibus, ne occurrere quidem audent : sed cum per transeuntes cernunt, eorum conspe- ctum perinde ac flammam fugiunt. Quosnam igitur hæreticos me significare suspicamini ? num eos qui Dei Filium negant ? num qui Spiritum sanctum blasphemant, ac divinitate spoliant ? num qui Pa- trem Filio majorem asserunt ? num qui Trinitatem in unitatem confundunt, aut unum Deum in tres deos dividunt? num qui Christum Dei quidem Fi- lium nominant, eumdem vero ex muliere corpus sumpisse non credunt? num qui corpus quidem assumpsisse, sed sine anima nugantur ? num qui illud animatum, ut integrum hominem, non autem C unum secundum hypostasin Dei et Mariæ Filium appellatum, Deum esse contendunt, sed in duos fi- lios unum Christum secernunt? num demum qui Patrem principio carentem, principio circumscri- bunt, et dicere non verentur, fuit, cum non esset Pater, id est, aliquando non fuit Pater? aut qui Pa- trem quidem paternitatis carere initio, Filium vero ut ex eo genitum post tempus aliquod initium acce- pisse, tanquam creaturum perverse et sentiunt, et docent ? Erat enim, inquiunt, aliquando Pater, cum Filius ei non coesset. Et qui tandem Pater, qui sine Filio est, appellabitur ? An fortasse eos, qui alium quidem passum, alium e mortuis exsti- D tisse asseverant? Apage, neminem istorum impio- rum, et atheorum, nec aliorum hæresum ullam tibi dico, quæ, cum ut tenebræ emersissent, a Pa- tribus qui tum claruerunt, velut a lumine discussæ ac dissipatæ sunt. Usque adeo enim gratia sancti Spiritus per eos resplenduit, dictarumque hære- seon tenebras propulit ut usque hodie Deo dictante composita eorum volumina, solis luce fulgidius retuceant, et iis contradicere nemo attentet.

Sed de iis loquor, eosque nomino hæreticos, qui docent, non esse quemquam nostro hoc ævo, et in medio nostrum, qui evangelica mandata servare, et ad exemplar sanctorum Patrum se conformare

[33] Matth. XVI, 17. [34] Marc. XIII, 22. [35] II Cor. II, 17. [36] Matth. XIII, 25.

possit : ut primum quidem omnium sit fidelis, et actioni deditus, nam ex operibus fides, quemadmodum per speculum faciei intuentis similitudo demonstratur : deinde contemplatione maxime excellat, Deumque cernat, dum scilicet ab eo illustratus, et Spiritu sancto auctus, per eumdem quoque Filium cum Patre cognoscit. Qui igitur hoc fieri non posse ratiocinantur, non particularem quamdam hæresin aiunt, sed, si dici potest, universas : quandoquidem hæc omnes impietatis, et blasphemiæ magnetudine exsuperat et includit. Assertor ille Scripturas divinas ad unam evertit. Frustra, puto, dicit ineptus, modo legi Evangelium : frustra magni Basilii, aliorumque sacerdotum sanctorumque Patrum nostrorum scripta voluptari, aut confecta esse testificatur. Si igitur quæ Deus dicit, omnes sancti et factis exsecuti sunt omnia, et ad nostram admonitionem scripserunt, impossibile nobis est opere præstare, ita ut nihil omittatur, quid est quod ii et tum illa cum tanto labore litteris consecrarunt, et nunc in Ecclesia eadem lectitantur? Qui hæc dicunt, cœlum a Christo descendente nobis reseratum claudunt, et ascensum in illud, quem idem ipse nobis instauravit, intercidunt. Nam cum ille, qui est super omnia Deus, desuper velut ad portam cœli astet, et despiciat, atque a fidelibus aspiciatur, et per sacrum Evangelium clamet : *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*[37], isti hostes Dei, seu Antichristi potius aiunt, hoc fieri non potest, non potest istud fieri Quibus recte Dominus magna voce refert : *Ve vobis Scribæ et Pharisæi. Væ vobis duces cæci cæcorum, quoniam et vos in regnum cœlorum non introitis, et volentes introire prohibetis*

[37] Matth. XI, 28. [38] Matth. XXIII, 13,24. [39] Psal. LVI, 5.

[38]. Cum illo lugentes manifeste ac palam beatos declaret, isti impossibile esse reclamant quempiam lugere, et flere quotidie.

O stuporem, et os hoerum ac solutum nimis, scelestas contra Deum altissimum voces emittens, et Christi oves bellu.is capiendas objiciens, pro quibus unigenitus Dei Filius revera sanguinem suum effudit! Bene de talibus divinus pater David vaticinatus est : *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus*[39]. Cur enim, dic mihi, istud est impossibile? et per quid aliud sancti in terris emicuerunt? et luminaria mundi exstiterunt? Si impossibile erat, nec illi unquam recte facere potuerunt, quando ipsi quoque similes nostri homines erant, nec plus nobis habebant, nisi certum ac deliberantum bene agendi propositum, studium, patientiam, humilitatem, et amorem Dei. Hæc tu similiter possideto, et anima tua nunc petrosa, fons lacrymarum tibi fiet. Sin tu tribulationes et augustia pati recusas, at saltem rem humana facultate majorem esse ne affirma. Nam qui hoc dicit, purgationem negat. Etenim post homines natos nunquam auditum est, animam quæ post baptismum peccato se fœdasset, absque lacrymis ab illis sordibus purgatam esse. Per baptismum namque Deus omnem lacrymam a facie terræ abstulit, cum Spiritum suum sanctum abunde effudit. Verum ut a sacra Scriptura didici, etiam in ipso baptismate quidam coævi baptizati superventu Spiritus compuncti fleverunt. Non habent dolorem parturientium, nec sunt operosæ lacrymæ : sed efficientia, et munere sancti Spiritus melle dulciores, qui eas sine labore, sine strepitu per oculos derivat (13).

(13) Videri posset Simeon noster cum hic, tum alibi præsertim oratione 32, nimis multum lacrymis tribuere ; si quidem de lacrymis corporalibus loquatur, ut certe loqui videtur. Etsi enim lacrymæ ex interno cordis dolere manantes, multum ad peccati sordes eluendas conferunt, non tamen ita necessariæ sunt, ut si absint, maculæ post baptismum contractæ expiriari nequeant : cum non sint in potestate hominis. Et quandoque homo fleat, invitus, et quandoque non possit flere volens, ut recte dixit Durandus, IV, d. 17. q. 4 Quod etiam Simeonem agnovisse conjicio inde, quia oratione 32 monet, ut si quis lacrymis careat ; eas nihilominus ex tota virtute et anima desideret. Quo indicat, se non modo lacrymis, sed et desiderio lacrymarum contentum fore, licet nec hoc sit absolute necessarium explicite, ut vocant ; implicite autem et tacite omnis ille hoc desiderium habet, qui veram contritionem habet ; hoc ipso, quod Dei placandi gratia quidvis facere et tolerare paratus est. Tantum porro abest, ut fletus iste corporalis per se simpliciter sit necessarius ad remissionem peccatorum obtinendam ; ut aliquando maxima contritio sine hoc externo fletu in animo inesse posset ; quia lacrymæ non sunt immediate et per se effectus doloris illius interni, qua voluntas afficitur ; sed mediate tantum et indirecte : *Prout vires inferiores moventur ex redundantia superiorum*, inquit Durandus, *quod non fit ita efficaciter, sicut quando moventur a propriis objectis*. Tametsi ne mediate quidem necessario ad internum dolorem consequuntur. *Et quia immutationes sensitivæ partis*, hinc fit, *ut ex dolore sensibili, vel etiam sensibili vicino, citius defluant lacrymæ corporales, quam de dolore spirituali contritionis*, ut recte docet sanctus Thomas in Supplem. III p. quæst. 3, art. 1. Dicit autem, *citius* quia si sequantur citius, cæteris paribus, sequuntur ex dolore sensibili, quam ex spirituali ; quanquam necessario ne ex sensibili quidem semper existant : cum experienta constet, quosdam gravissimis corporis doloribus excruciari, neque tamen vel unam lacrymulam emittere.

Legatur Cassianus Collat. IX, cap. 27, 28, 29, et 30, ubi pulchre de lacrymis disputat ; inter cætera sic scribit : *Ab his, qui in affectum jam transiere virtutum, nequaquam debet hoc modo extorqueri profusio lacrymarum, nec exterioris hominis magnopere affectandi sunt fletus ; qui etiamsi fuerint utcunque producti, nunquam pertingere ad illam spontaneorum lacrymarum poterunt ubertatem.* Sanctæ ergo sunt lacrymæ ex amore Dei scelerumque detestatione profectæ, atque adeo assiduis precibus a Deo expetendæ ; sed non simpliciter ad salutem aut obtinendam aut retinendam necessariæ. Videat lector, si placet, librum de contemptu mundi Isaaci monachi et presbyteri, et homiliam 107 Antiochi, quæ de compunctione inscribitur.

Quocirca quibus concessum est, ut lacrymas tas experirentur, cognoscent quæ dixi, et vera sse testimonium mihi dabunt, sicut etiam illa heologi vox mihi astipulatur. Offerat quispiam, ic quidem hoc, ille aliud; et multis in medio numeratis, ad extremum addit, omnes lacrymas, mnes purgationem, omnes ascensum, et ad ante- ora extendi [40]. Num igitur in hoc distinxit aut paravit quosdam, et illos quidem dixit hoc posse, os non posse? Num, ut vos insipienter asseritis, os, inquam, incircumcisi cordibus et auribus [41] ro eo ac meremini vos tangam) quoniam qui- am sortiti sunt naturam duriorem, qui nequeant iquando compungi, et lacrymas emittere, hoc iam magnus Gregorius adjungit? Absit. neque B atura humana sic comparata est, ut si non potius genitæ sint illi luctus et lacrymæ; neque sanctus c, aut alius sanctorum hoc dixit, aut scripsit. A atura autem nobis inesse fletum, ipsi infantes am nascuntur te doceant: qui simul atque ex ero prodierunt, plorant, eoque indicio obstetri- bus, et matribus vivere se ostendunt. Infans ippe nisi vagiat, ne vivere quidem dicitur. Si gierit, illico naturam ab ipso ortu suo luctum, et crymas habere comites demonstrat. Atque istud iam sanctus pater noster Simeon Studita confir- abat, cum hujuscemodi lacrymis hominem de- re hanc vitam traducere, et cum, etc. (*Deest in roque exemplari una pagina hoc loco*) Obtorto C llo tracti, etsi minime audire vultis quotidie are intonantem vobis divinam Scripturam: *Om- enim stabimus ante tribunal Christi, ut recipiat usquisque pro ut in corpore suo gessit, sive bo- m sive malum* [42]. Quod cum omnibus novis brevi enerit, ubi tum corpora nostra operiens, et exor- ns pretiosa vesti erit? ubi humeralia conspicua? i fulgentia, et pellucida pallia? ubi humum pre- entia illa pulchra, solidaque sandalia? ubi lora ngulorum muliebrium similia? ubi virorum prin- pum occursus? ubi ante alios honorifice salutari? i contentiones de prima cathedra? ubi sumptuo- mensæ? ubi (ut et hoc dicam) prævenire fra- em, et ex appositis plura melioraque sumere? iod ego primus, et qui mei similes sunt, vani et epti facere consuevimus. Ubi tunc factus et su- D rbia nostra, imperare et imperari? Ubi cellæ tæ, et eleganter in morem thalami ornatæ. Ubi inistrorum, et quibus ministrantur præroga ivain , in quibus nos alios præire debere arbitramur? i immodicus, et indecorus risus? ubi longæ, et paratissimæ cœnæ, prandia, et inter ista confa- lationes intempestivæ? Ubi tunc magna nomina? A Ubi sanctitudo, quam nunc habere putamur, aut ipsi putamus etiam? Ubi adulatores, et illusores, qui nunc sanctos nos appellitant, et vestigia nostra calcare formidant? Ubi excelsi throni, et qui in iis sedentes, cæteris illustriores apparent? Ubi propter quippiam possidendum, aut majorem præfecturam acquirendam concursatio, et diligentia? Ubi contradictio, et contumacia, et posteriorem videri nolle? Ubi cognatorum in nos affectus? Ubi qui nos visere solebant mundanorum, ac nobilium vivorum superbia? per quos ego miser existimo, et mihi persuadeo, me supra cæteros claritatem adipisci. Ubi cognitione rerum, et sapientia hujus mundi inclytorum scientia? Ubi magnifica de seipso B opinio, et putare nos esse aliquid cum nihil simus? Ubi tum lubrica lingua, et velut e fonte promanans oratio? ubi tunc, imo nunc *sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi* [43], ut revertatur et constituamus simul, deque terribili die, et hora illa consultemus, et omnem, quod dicitur, rudentem in nobis ipsis, et in Scripturis divinis moveamus et accurate scrutati doceamur inde, discamusque quid nobis tunc podesse possit, et illud cupidissime eligamus? Sic, fratres mei dilecti, ut omnis Sriptura aperte clamat, magna necessitas, magnus timor et tremor in illa hora proinde, ut ego desides, dissolutos ac pigros occupabit Beatus autem, fratres, qui nunc omni creaturæ subjectus luget, et plorat nocte et die coram Domino, quia C a dextris ejus, stola amictus statuetur. Beatus qui hæc audit, et non solum gemens, nec de die in diem differens, tempus vitæ suæ sine fructu decurrit: sed qui simul ac Domini vocem accipit: *Pœnitentiam agite* [44], statim manum operi admovet. Talis enim ut obediens, ac bonus servus misericordiam consequetur, nec cum inobedientibus damnabitur. Et in bac quidem vita ab omnibus vitiosis motibus animi liberabitur, omniumque virtutum probatus cultor evadet: in futura autem vita bonis Dei uulla lingua exprimendis oblectabitur, cum omnibus, qui a sæculo illi placuerunt; quibus omnes uos utinam potiamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, imperium, ho- D nor, et adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Christianum æquo et generoso animo, incursantium se tentationum impetus sufferre oportere.

Qui vere sunt servi Dei, quique ipsum diligunt et quasi bonorum tutissimum thesaurum in se

[40] Philipp. III, 13. [41] Act. VII, 52. [42] Rom. XIV, 10; II Cor. V, 10. [43] I Cor. I, 20. [44] Matth. , 2.

Cæterum, quo verbis istis Simeon respexerit, me git; verbis, inquam, istis: Ἀλλ' ὡς παρὰ τῆς ας Γραφῆς ἀκήκοα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βαπτίσματι ιῶταί τινες βαπτιζόμενοι τῇ ἐπελεύσει κατανυγέντες τοῦ πνεύματος ἐδάκρυσαν. Ubi enim in sacris Litteris proditum legimus de istis ἡλικιῶται, seu coævis simul baptizatis, ipsoque baptismatis puncto in lacrymas erumpentibus?

ipsis habent, tempore tentationes injurias, et contemptus cum gaudio, et animi jucunditate inenarrabili patiuntur, et eos a quibus ita tractantur, sincero cum affectu, ut bene de se merentes maximopere diligunt. Qui autem tempore tentationis consputationes, alapas, petulanter illatas injurias pacate non sustinet, aut animo concitatus, verbum indecens profert; aut denique per exteriorem habitum se ira ferventem prodit, contraque verbis contumeliosis insurgit; aut aliud sui ulciscendi causa facit, quomodo is ulla ex parte servum se, et imitatorem Domini sui, ac non inimicum potius dicere audebit? Qui enim verberanti resistit, eumque vicissim verberat, Deum inhonorat, dicentem: *Qui percutit te in una maxilla, præbe illi et alteram*[45]. Qui porro sic se defendunt, et aiunt, in rixa et pugna, ad iram et encandescentiam ut homines commovemur: aliquando etiam verbis, et opere ipso de fratribus nos vindicamus, post, animum ab ipsis non alienum gerimus, sed omnia dimittimus, potissimum si veniam inter nos dederimus, videntur mihi tabulæ puræ similes, in qua inimicus et hostis captata opportunitate, per eos ipsos prava sua placita inscribit, et inducit, ipsique rursum delentes, quæ incitatu maligni inscripserant, nolunt pro iis Christi placita inscribere, ut cum venerit adversarius, tabulas cordium eorum conscriptas inveniat, victusque cum dedecore discedat: sed unusquisque eorum præ pigritia, ac desidia hasce vacuas relinquens, cum mandaverit Dominus, ut in aliqua harum suæ leges inscribantur, illi mox, et propte inimici leges inscribunt, et amara atque mortifera admittentes, vivifica, et melle duciora, a se repellunt. Qui igitur nihil deliquit Jesus Dominus ac Deus noster, percussus est, ut ejus exemplo peccatores non solum remissionem peccatorum accipiant, sed etiam divinitatis ejus per obedientiam participes fiant. Quod qui in humilitate cordis non admiserit, quasi erubescens Domini perpessiones imitari, Christus illum coram angelis, et Patre suo cœlestis erubescet[46].

Quod dico, hujusmodi est. Cum esset Deus, nostri causa hominem indutus, alapis cæsus, consputus, in crucem actus est: docens, ac dicens quodammodo cuique nostrum per ea quæ passus est (qui, qua Deus, pati non poterat), si vis Deus esse, o homo, vitamque æternam assecutus mecum vivere, quod pater generis tui, cum male concupivisset, non est assecutus, sic humiliare, quomodo ego tua causa me humiliavi, arrogantiaque et superbia, in quibus est spiritus diabolicus, deposita, alapas, consputationes, colaphos suscipe. Perfer ista ad mortem usque, et noli erubescere. Sin tu propter mandata mea pati erubueris, postquam ego Deus propter te passus sum, etiam ego, quando cum majestate advenero, pudori habebo te mecum esse, dicamque angelis meis, hic in humilitate mea erubuit me, et gloriam mundi deserere, meque imitando experime haud sustinuit. Nunc, quando ipse quidem fluxa gloria exutus est, ego vero in immortali Patris mei gloria glorificatus sum, vel tantummodo videre eum erubesco. Itaque foras ejiciatur: *Tollatur impius, ne videat gloriam meam*[47].

Hæc audient, qui omnia quidem mandata Domini observare se putant, propter pudorem autem, et opprobrium apud homines, illatas ab iisdem injurias, ignominias, maledicta non patiuntur, neque alapas, neque verbera, et plagas inflictas tolerant. Horrescite, et tremite mortale, et injurias, quas pro salute vestra Deus pertulit, etiam vos cum gaudio sufferte. Deos a servo impurissimo in faciem cæditur, tibi ad exemplum; et tu ab homimine similibus tecum affectionibus obnoxio hoc pati detrectas? Dei imitatorem esse pudet? Et quo pacto cum ipso regnabis, et cum ee in regno cœlorum conglorificaberis, si cum eo nihil toleraveris? Nam si et ille, quod ad te attinet, propter te homo nasci erubuisset, et in prævaricationis lapsu jacentem te hucusque destituisset, nonne, miser, cum infidelibus, et impiis in inferni recessibus permansisses? Credin' tu Christum esse Deum? credo, inquis. Si ergo esse Deum credis, qui cœlum, et terram condidit, qui citra exinanitionem de sinu Patris exinanitus est[48], qui ex immensa altitudine divinitatis, et inexplicabilis gloriæ suæ descendit, et propter te homo abjectus, ac pauper factus est, tu lutum, cinis, ac pulvis, non potes in animum inducere, ut a sublimi throno tuo descendens, fratri tuo te humilies, qui infra te quidem videtur stare, fortassis autem virtutibus te supereminet? Quin vestem tuo judicio splendidam abjicis, illius ex pilis confectam, et humilitatem ejus reveritus? Quin despicis omnia, quæ revera ludus, et velamenta, ac persona quædam turpitudinis potius, quam gloria claritatis sunt? Quin per omnia fabricatori tuo ac Deo similem te præstans, cum illo fratribus tuis te humilias? Si illi similis effici non vis, majorem nescio quomodo, et gloriosiorem illo te facis, aliumque te nobis Annam, aut Caipham, aut Pilatum tyrannum exhibes, opificem universitatis non ut assessorem, sed ut unum quemdam damnatorum tibi astare cupiens.

Hæc ad divites et principes, et aliorum præsides, et cum fastu supercilium tollentes dicta sint. Quid jam dicemus iis, qui relictis omnibus, propter regnum cœlorum ac egestatem se redegerunt? Quid dicemus, inquam? Ecce frater, mendicus factus, et Dominum Christum, ac Deum imitatus es. Intuere igitur hunc modo tibi junctum, tecumque versantem, qui super omnes cœlos est. Ecce duo vos simul inceditis. Occurrit quispiam vobis in itinere, deditque Domino alapas, dedit similiter tibi. Dominus non contradicit, et tu contra irruis? Imo

[45] Matth. v, 39. [46] Luc. IX, 26. [47] Isa. XXVI, 10. [48] Philipp. II, 7.

, dixit enim danti sibi alapam : *Si male locutus* A cemus, sed sine communione maneamus. His ego
n, testimonium perhibe de malo : si autem bene, id me cœdis [49]? Hoc ille non protulit, ut contra eret, quod tu existimas; sed quoniam *ipse omo peccatum nullum fecit, nec inventus est dolus ore ejus* [50]. Preterea, ne, qui dixerat : *Sic resndes pontifici?* juste cum, ut qui peccasset, rcussisse putaretur, idcirco se innoxium volens clarare, sic locutus est. Verum nos, multis obicti criminibus, longissime ab ista innocentia itamus. Nam postea Dominus, cum multa indiiora istoc excepisset, nullum penitus verbum idit : quin etiam, quod constat, pro crucifixoris oravit. Ille irrisus non indignatur, et tu moleste 's? Ille sputa, calophos, flagella patitur ; et tu verbum quidem asperum audire potes? Ille B ucem, et mortem ignominiosam, et dolores clarum excipit, et tu ministeria abjectiora obire fugis? Et quinam ejus gloriæ consors eris, cujus ortis consors fieri abnuis? Sane frustra divitiis abdicasti, crucem ut ille jussit in veritate tolre nolens : *Vende quæ habes, et da pauperibus, et lle crucem tuam, et sequere me* [51], adolescenti, et bis cum ipso Christus præcepit. At tu facultatis distributis, crucem tamen horrens tollere, diximus (quod nihil aliud est, quam omnium ntationum impressionem hilari animo sustine- ac perpeti) in via hujus vitæ relictus, et a dulno Domino tuo divulsus es. Sed, obtestor, pas ac fratres, omnia Christi mandata custodia- C us, adorientes nos tentationes usque ad mortem gni cœlestis amore sufferamus, ut et gloriæ Jesu cii, et æternæ vitæ compotes, et bonorum quis nulla par est oratio, hæredes evademus, gra, et benignitate magni Dei ac salvatoris nostri su Christi, cum quo Patri gloria, imperium, hor, cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in nnem æternitatem. Amen.

ORATIO XXXII.

ARGUMENTUM.

pœnitentia et compunctione, et quibus actionibus ea potiamur. Sine lacrymis ad purum, tranquillum animi statum neminem unquam perventurum.

Quoniam Patres ac fratres, sancti Patris nostri uditæ divina sublimium ejus actionum monuenta nobis lecta sunt, quæ ille cœlesti Spiritu stinctus, ad multorum utilitatem publicavit, cum iis ejusdem supra modum egregie factis, etiam c, ita expresse, sicut in omni vita sua constanr observarat, scripsit, in hæc verba : *Frater, sque lacrymis non communicabit unquam* Quod i audierunt qui aderant (aderant autem multi, n laici modo, verum etiam ob virtutem magni minis, et famæ monachi) mirati sunt dictum, mutuum aspicientes, ac subridentes pariter, una ce dixerunt, de cætero nos nunquam communiD si nostis. Si ignoratis, paululum celsitudinem vestram citra verecundia submittentes, et aurem benevole inclinantes, ne ex me infimo discere gravemini. Scriptum est enim : *Si autem postremo revelatum est, primus sileat* [52].

miser et infelix auditis, seorsum ea mecum revolvens et indigne ferens, acerbe flevi in dolore cordis mei, ita apud animum memet interrogans: Num revera in hoc negotio si affecti sunt, et ita sentiunt ut verba sonant, serioque impossibile hoc reputantes dixerunt, quæ dixerunt? an potius non parvum ac facile quoddam officium rati, tempore communionis lacrymari, solo verbo id irriserunt? Sane, nisi quis assiduo diebus et noctibus coram Cbristo Deo in fletu occupatus sit, nec cum divina participare voluerit, quomodocunque lugere, aut lacrymari fletuque secundum Deum stillare poterit. Qui enim? nisi forte secreta quadam œconomia, aut eventu, ex causa aliqua raro id contigat alicui, quod mihi mirum non videtur, quando multi etiam in exitu animæ e corpore lacrymarunt. Opinor autem hic non multi, sed pauci admodum, et quorum numerus iniri facile queat. Quod si prorsus fieri non posse existimant, ut quis cum lacrymis in dies participet divina mysteria, proh ignorantiam, socordiam, et cæcitatem ista loquentium. Si enim seipsos judicassent, non e suis ipsorum sermonibus judicarentur. Si pœnitentiæ studerent, non hoc pro impossibili effutivissent. Si fructuosis vacarent operibus, talis boni tantæ liberalitatis Christi gustum aliquem haberent. Si esset in iis timor Dei, non solum tempore communionis divinorum mysteriorum lugere quempiam, ac flere posse attestarentur, sed et omni hora popemodum. Quocirca et vestram charitatem de hoc certius erudire volens, et illos qui ita locuti sun, tanquam præsentes compellans, percuntandum statui. Dicite mihi, boni viri, cur hoc fieri nequit? quia, inquiunt, alii quidem propensi ac faciles ad compunctionem sunt, alii duro, slii lapideo corde, qui etiam puncti non compunguntur. Qui igitur ita sunt comparati? qui flere et lugere, et cum lacrymis semper communicare poterunt? Quin et ipsi sacerdotes, qui divino incruentoque sacrificio operantur, quomodo lacrymas fundent? Ipsum igitur hoc, esse duros, ut dixistis, et ad compunctionem difficile permoveri unde ipsis accidit? dicite,

Unde igitur, inquis, hic quidem durus, hic autem ad compunctionem mollis? Audi. Ex propositio et voluntate unus bona, alter mala, et ex cogitationibus hic quidem pravis, alius vero aliusmodi : et ex actionibus, hic quidem divini amoris indicibus, ille vero contrariis. Ac si placat, considera, et videbis omnes inde a primordio sæculorum per sola et tria partim multos ex bonis malos, partim multos ex malis bono exstitisse. Nam ut a prin-

[49] Joan. XVIII, 23. [50] I Petr. II, 22. [51] Matth. XIX, 12. [52] I Cor. XIV, 30.

cipio eos enumeremus, Luciferi casus unde exstitit? nonne quia voluntati, et cogitationi perversæ assensit? Unde Cain fratricida? nonne ex prava voluntate, cum se Conditori prætulisset, et cogitationibus improbis locum reliquisset, invidiæ mancipium evasit, cædemque perpetravit? Unde Saul quærebat Davidem comprehendere, et occidere, quem prius quanti seipsum faciebat, plurimumque, ut bene merentem, diligebat? ex natura an ex corrupta voluntate? planum est, ex vitiosa, et depravata voluntate. Natura enim nemo est malus, quoniam Deus non malorum, sed valde bonorum operum auctor, et effector est. Imo potius bonus est quisque, idque non ascitu et electione, sed natura, et veritate. Ad hæc, unde latro alter cum Domino Jesu crucifixus dicebat : *Si Filius Dei es, salva temetipsum, et nos;* alter vero reprehendens occurrebat: *Neque tu times Deum: nam nos quidem digna factis juste recipimus, hic autem nihil mali gessit* [53]. Velim mihi dicas, unde hic quidem isthæc, ille vero alia locutus, et unus quidem justificatus, alter condemnatus est? nonne ex voluntate, et cogitationibus utorque, unus nempe bonis, alter contra malis? Ex his enim alter infidelis, alter fidelis dicebat : *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum* [54].

Ut alios complures silentio præteream, ex his quid velim perceptis, et didicistis, unumquemque voluntatis suæ libertate aut ad compunctionem propensum, et humilem, aut duri cordis, et superbum fieri. Et merito, Duobus enim hic vitæ renuntiantibus, ejusdem artis, cognatis, coævis, aliquando etiam fratribus, cordibus, moratis ad eumdem modum, improbis inquam, asperis, misereri nesciis, crudelibus, carnis et pecuniæ studiosis, et in omni genere perversitatis æqualiter exercitatis, et in stadium vitæ sanctæ, ac Dei cultui consecratæ simul ingredientibus, unus illorum omnium virtutum semitam simul calcat feliciter, fervore exsequendi omnia vitia amputans : alter pejor, quam ante renuntiationem erat, efficitur. Quid ergo est, quod non æque virtutis funguntur munere, quemadmodum summa vitiorum pariter contigerant? Nonne quoniam alter consilio ac voluntate bonæ animæ omnia secundum Deum tristia tolerat, et insuper ab ipso ingressu, et renuntiatione prudenter divinis Scripturis se dedit, et per se, suaque sponte probatas actiones eligit religiosorum hominum vitam, et mores ad imitandum sibi propones, et cum ipsis in jejuniis, in precibus, in observationibus, in silentio, in compunctione, et lacrymis, in abstinentia delicatarum epularum, et intempestivorum colloquiorum, in fugienda excandescentia, ira, et clamore, certat, injurias, tribulationes, et angustia patienter sustinens, vilia et abjectiora, operum ultro subiens, non contradicens, aut murmurans, cum ei quid imperatur : sed prompte præstans singula, postremum semper locum quærens, et ut summatim dicam, universa scienter efficiens, quæ a divinis Scripturis docemur, præteritorum peccatorum veniam, et misericordiam adeptus, corum Deo fiduciam inveniat? Qui autem omnia his contraria, mala videlicet mala animi inductione committit, manet improbus, id quod etiam ante renunciationem erat : ut ne dicam, etiam imprior fit, quam erat. Ita non ex natura, ut quidam opinantur, sed ex voluntate sponte surcepta quilibet homo sive humilis, et ad compunctionem proclivis, sive durus corde, et exæcatus, et a compunctione alienus evadit.

Quoniam enim modo, quæso te, animo dolorem concipiet, et rorabit lacrymas, qui toto ferme die huc illuc divagans, neque precationis, neque silentii, neque lectionis, et quietis cura tangitur : sed nonnunquam cum proximis in conventibus fabulatur, non solum seipsum, sed et congerrones, utilitate privans ; nonnunquam calumniis, et probris religiosos fratres, nonnumquam ipsum præpositum insectatur? Unde compunctionom acquiret, qui res omnes monasterii, nec monasterii, duntaxat, sed uniuscujusque insuper mores curiose scrutatur, et indigat? Et aliquando quidem fratres quosdam alloquens, hoc et hoc heri, iuquit, audivi. Aliquando, scin' quid illi misero acciderit? rursumque, nunquid, illius calamitatem audivistis? Hujusmodi homo quando tandem suorum peccatorum recordabitur, ut doleat, ut in lacrymas eat? Qui porro etiam e Synaxi egressus, dum ibi Scripturæ divinæ recitamur, longeque, aut prope sedens, cum aliquibus sermonem miscet, nunc illo, nunc aliis eventus quosdam sine fructu in medium afferentibus, itaque dicentibus, scitis quid illi fratri præpositus fecerit? hic ita excipit : si vobis narravero, quemodo infelicem illum habuerit, quid dicetis? Sic talia, et his deteriora garriens, et propter nugas istiusmodi alios impediens, et ipse impeditus, quando in conscientiam peccatorum suorum descendet, ac seipsum deflebit? Qui enim divinitus inspiratis sermonibus non attendit, nec ostium circumstantiæ labiis suis posuit [55], nec ab auditione vana aures suas avertit, nec illius ultimæ responsionis, et terribilis Christi tribunalis, quomodo nudi, et obtorto velut collo tracti omnes ei astare debemus, et de rebus in vita transactis rationem reddere, qui horum inquam, non meminit, quo pacto, amabo si plus centum annos viveret in habitu monastico lacrymas acquirat, et seipsum fervide lugeat? Quomodo qui primos affectat in statione Ecclesiæ, in accubitu mensæ, et super his semper contendit, rixaturque, aliquando propter animam suam contristabitur, et coram Deo amaras solvetur in lacrymas? Qui autem excusationes excusat in peccatis [56], imbe-

[53] Luc. XXIII, 39, 40. [54] Ibid. 42. [55] Psal. CXL, 3. [56] Ibid. 4.

ilitatem objiciens in statione Ecclesiæ, cum ro- A
ustus sit, plenoque ac juvenili corpore, et se cum
eligiosioribus monachis ac fratribus, qui admo-
um diu in professione vitæ monasticæ desuda-
ınt, comparans dicit : Num ego quidquam huic,
ut huic concedo, quia ille stans innititur ? et abit
c seipsum illis stando, et innitendo exequat, qui
ırtasse indignus est etiam inferiore loco, quando
ic suam infirmitatem agnoscat, ut ex animo in-
ımiscens, corde compungatur, et oculis fleat ?
ana quippe gloria eum servum acediæ tradens,
on amplius illa in re cum patientia perdurare
nit. Et vivit deinde quisque talis in segnitie et
egligentia ad omnem Synaxin, accedentibus ad
ım, et audienti cupidis frequenter narrans ina- B
es, et aniles fabulas. Atque ita sine sensu, aut,
i melius dicam sine dolore cum spiritualibus, et
eum sancte colentibus viris ad divinas synaxes
ınveniens, sine fructu inde recedit, nullum pe-
itus in se incitamentum atque impetum ad me-
ora experiens, qualem Deus contendentibus, et
borantibus per compunctionem immittere solet,
hoc solum, ut ne a consuetis, et præscriptis sy-
ıxibus absit mane puta, et vesperi, et horis qui-
ıs psallitur, ita simpliciter, ad felicem in virtute
'essum, et ad consummationem consummatorum
ætatem Christi sibi sufficere existimans. Novi
ıim quosdam hac fallacia captos, et operam dan-
s, ne in peccatum aliquod carnale, si corpus
ırpore copulaverint, labantur. Ut autem quæ in C
culto ab ipsis fiunt, aut quæ in abscondito cor-
s volvuntur, cogitanturque fugiant, prorsus nihil
ınsi habere, et arbitrari, se sine alio opere sal-
tum iri (precum, intellige, silentii, vigiliarum,
ntinentiæ, paupertatis spiritus, humilitatis) cum
lo, ac simplici ad synaxes occursu. Verum ali-
r res habet. Deus enim, fratres, non ad faciem,
c ad solam exteriorem morum modestiam, sed
cor contritum, et humiliatum et quietum, ac Dei
nore plenum respicit : *Super quem respiciam*,
quit, *nisi super mitem, et quietam, et tremen-
n sermones meos* 57 ?

Quid autem de iis loquar, qui, quod indignum
', ad præpositos suos adeunt, atque eos peti-
nem deponunt ? Et quicunque tantummodo ex- D
iori religioni, ac pietati dant operam, aut po-
s, qui tantum lucris, gloriæ, ac præsentibus
lis inhiant. Annon sumus, inquiunt, digni et nos,
norande Pater, ut monasterio, et fratribus mi-
ıtremus ? num solus hic et hic ad ministerium
c idoneus est, et ille melius quam nos res gere-
et administrare novit ? Fac periculum, si pla-
etiam in nobis, et invenies, per nos rectius,
am per illos tractari negotia monasterii.

Alii vero, cum nudius tertius e mundo advene-
t, seque ab ipsa renuntiatione socordiæ, igna-
ı dediderint, et peccatis scateant innumerabi-
libus, antequam se subjecerint, et in opere Dei
laborarint, ac sudarint, corporis imbecillitatem
prætendentes, abeunt, stant, innituntur, ut dictum
est, cum iis, qui multos jam labores exhauserunt.
Et si proximus cuiquam horum dixerit : Ingredere
frater in consuetum tibi locum, et sta illic psal-
lens cum fratribus, potes enim, respondet : Ex hoc
loco attentius audiens melius psallo, quam ubi
stare consuevi. Quod si frater adjunxerit : Non
potes hic stare, frater, citra facultatem a præpo-
sito nostro impetratam, statim digrediens, facul-
tatem orat, corpus debile et infirmum excusans,
donec voti compos fiat, et : Ut audiam Pater, inquit,
protocanonarcham, et stem in prima statione, aut
secunda prope illum, veterano parem se faciens,
cujus jam spectata sunt certamina. Et cum asse-
cutas fuerit, quod voluit, ex eo nunquam stare
potest in choro.

Paulatim porro talis in quodvis aliud negotium
se studens immiscere, externam pietatem simulat,
et modestum habitum, aliorum amicis, illustribus-
que viris in monasterium venientibus studiose oc-
currit, et ad quos veniunt fratres, crebius abit, ut
in eorum notitiam veniat, causam prætexens, se
ex illorum (fratrum scilicet) colloquiis, et divinæ
Scripturæ explanationibus utilitatem percipere.
Quod igitur consequens est, circumcursare per
monasterium, et a cella in cellam ventitare incipit,
singulisque dicit : Crede mihi frater, adeo te di-
ligo, ut quo die te non viderim, illo me vixisse non
putem. Quod si quis ex illis, quibus adveniens hæc
dicit. Deum timet, his ei verbis respondet : Memor
sit Deus charitatis tuæ, frater. Quid enim in me
vides boni ? Tum ille, quid autem boni tu non ha-
bes ? quis tam mansuetus, plus, sapiens, eruditus,
candidus, et quod majus omnibus, paterna gerens
viscera, et humanus erga universos ? Hæc dicit
eo fine, ut de ejus patina simul comedat. Spiri-
tualis autem frater, secundum datam sibi gratiam
de salute animæ cum illo agit, et quantum in se
est, ejus laudationem rejiciens, fratrem corrigit.
Quod si talis inventus non fuerit, sed contra, car-
nalis, instabilis, laudibus inflatur, excipitque, et
quid, o pater, et frater charitate majus ? certe
nihil. Beatus qui hanc possidet, et alia demum,
quæ adulatorem libenter audire, et ad laudandum
irritare novit. Posteat talis fictis laudibus velut de-
mulsus, ac levitate mentis tumidus, si copia sup-
peditat, mox hunc encomiasten suum nec abire
sinit, sed ut secum epuletur rogat, et esca illum
excipiens, laudes ventosas recipit, quæ in aerem,
fumi instar, dissipantur, detrimentum vero ejus
animæ non mediocre apportant. Sin minus, sal-
tem post longos, et inutiles sermones ait illi : Ne
mihi vitio des, frater, novit ipsa charitas, nihil te
dignum habeo, quod tibi apponam. Sed quia me
abjectum sic amas, debemus in posterum commu-

57 Isa. LXVI, 2.

niter, et amice his perfrui, quæ Deus in cibum nobis suppeditaverit, et una lætari. Exin igitur uterque horum conflictatur sollicitudine perpetua, nec desinunt vias quærere, unde ipsis queat suppetere, quo per varios ac multos cibos quæ videtur charitatem constabiliant. Sic ubi specie dilectionis, imo potius fraude cum omnibus se devinxerit, nunc quidem ipse alium, nunc ex aliis singulis ipsum invitant. Quare mensa, et hilaritas in delicias pabuli usque ad saturitatem ipsum non deficit, et ita porcus fit, constringiturque voluptatibus, et assiduo ventrem suum colit; vereor onim dicere, etiam ea quæ sub ventre sunt. Quocirca studiose omnibus membris saginatus (14), quotidie vespera veniente, post officium a cœna in cellam suam discedens, famulo dicit: En furcifer, siti crucior, sed calidum para (15), et da mihi bibere, sitimque restinguere. Ille, utpote consuetudinem habens, statim benevolus, et ad faciendum promptissimus minister invenitur, quippe qui et ipse cum eo epuletur. Tum meracius vinum haurit et exsorbet, tenebris eum occultantibus. Et postquam semel bibit, rursum ad cibum appetendum excitatur, epularumque suavite quasi clam sibi surreptus, satiari se non sentit, ventremque obesum, et intractabilem, et appetitui animæ refractarium reddit. Subjicit ei tunc cogitatio: Dimitte famulum, et stans consuetas preces funde. Respondet huic alia cogitatione: At quomodo suburratus stabis? dormi aliquantum, et naturam ad concoquendum quod comedisti, adjuva, et ante synaxin surge, tum habens corpus levius, commode precaberis. Audit cogitationem, ac recumbens dormit, somnoque solutus non surgit: Sed, nondum, inquit, tempus est, dormiam adhuc unum somnulum. Sic tardantem matutina synaxis antevert t. Inde consurgens ad Synaxin accedit, conscientiam negligentiæ desidiæque suæ accusatricem sentiens. Ut ergo prius diximus, tenet hunc morem, ut crebrius amicorum, et charorum Patrum cellas obeat, donec tandem sedeat, una cœnet, bibat, confabuletur, et ita in cellam regressus, non solum ad precationem vespertinam, sed etiam ad Synaxin matutinam ineptus fit, nihil omnino spirituale aut cogitare, aut facere potis. Quin etiam in cella sua, si alius accesserit, similiter in noctem fabulationem protrahit, et aliquando vitam aliorum carpit, ac dijudicat, atque in tali statu ætatem omnem perseverat, ante tempus ebrietate, crapula, indignis sollicitudinibus sese iens perditum.

Verum cur ego hæc omnia disserui? ut vos docerem, fratres, qui talem vitam ducit, non posse unquam ex oculis lacrymam emittere. Qui enim emittat, qui semper ventri suo servit, et in diem, sicut ethnici, quid esurus, aut bibiturus sit, sollicitus est, et gulæ voluptati tanquam dominæ obsequitur? Ponamus tamen eum abstinere ab his quæ nominavimus, et neque ad alius cujuspiam cellam adire, noque alium ad cellam admittere nec diffarciendo ventri, aut potationi, aut otiosis sermonibus vacare, sed clauso ostio in cella solum penitus manere, quid hoc ei prodest, si spiritualis actio cum intelligentia desit, sedeat autem legens quippiam ad depromendum aliquid temgore synaxeos, aut etiam in adventu, seu præsentia amicorum, ut sciens ac peritus videatur? Sed demus, cum non hoc fine et scopo, sed utilitatis gratia, et ut verbum Dei audiat divinas Scripturas legere: deinde surgere, et ad orandum stare, sintque ejus oratio psalmi duo, tres decem, centum, adorationes similiter eum peragere quam multas vis. Post modum sic expletis omnibus, mandat corpus somno, nihil amplius. Quis igitur ei fructus, obsecro, dum istud, et solum agit, nec fructus precum, lectionis, per pœnitentiæ lacrymas in ejus anima efflorescit? qui quidem fructus est perturbationum vacultas, humilitatis et mansuetudinis accessio, et cognitio cum sapientia. Quilibet enim, qui ex cognitione spirituali opus mandatorum Dei facit, pro portione laboriosæ actionis suæ, quæ dicta sunt, acquirit. Si autem laborare se existimanti, et operanti non effloreant quæ dicta sunt, non est secundum Deum ejus actio, sed tantummodo ad placendum hominibus, et merito meliora non assequitur. Qui igitur de his, de quibus locuti sumus, perpetuo talem vitam vivit, poterit ne aliquando, sicut ab initio renuntiationis suæ, seipsum totum ad omnia secundum Deum modesta sustinenda ac patienda exponens, ut supra diximus, lacrymas, aut compunctionem adipisci: aut quæ a mundo illi adhærent vitia, et improbitatem, et duritiam cordis abjicere humilitatemque possidere? neutiquam. Seducit seipsum quicunque sic putat, aut sibi hanc legem fert Quamadmodum onim non potest ferrum non ignitum æque ut ignitum resplendere, aut ad mollitiem aliam quadam machina redigi, et fabricuri, et in instrumentum usui accommodatum formari: sic neque negligentem ac desidem, et vitam ita noxiam degentem, ut docuimus, possibile est ei, qui a principio ex subjectione erga Patres spirituales præclaris veluti formis impressus atque consignatus est, et vitam virtutibus ornatam consecutus parem esse, iisdemque donis, et charismatis Spiritus frui. Nec injuria. Qui enim est humilis corde, cogitationesque submissas, et animum contritum gerit, et divinis Scripturis studiosius parere decrevit, et quamvis tribulationem sustinet, genus omne tentationum perfert, insuper omnibus abjectioribus se annumerat, actiones videlicet suas, et peccata reputans, et quotidie semetipsum reprehendens, atque ut peccatorem considerans, brevi tempore, Dei adjutus gratia, proficit, quam-

(14) Ἐκ τῶν ὀργάνων γαστριζόμενος.

(15) Ἀλλὰ θερμὸν σύτρεπίσας· Nam calidus potus olim in deliciis habebatur, de quo Lipsius lib. II Elect. cap. 4.

s hominem non habeat, a quo ad salutem per-
nentia doceatur : paulatim exscindeus ab anima
ıa, quæ ei ex hoc mundo pravitates, et nequitiæ
lhærescunt,illarumque loco virtutes introducens,
ui vero immunditia plenus est, et se magnifice
rcumspicit, ac sub potenti manu Dei humiliari,
ıtrique spirituali cordis sui nequitias revelare,
ei adhærere, facereque et pati omnia quæ ad
rtutem et Deum cum discretione perducunt, ho-
inemque secundum ipsum perficiunt, non vult,
ejor fit quam in mundo erat, spiritu mundano
verso, et in eo habitante, cum aliis septem ne-
ıam spiritibus. Et ita ille alius fratrem una se-
ım stadium ingressum tantum antegreditur, aut
ncit, quantum qui liber, ac solutus currit, vin-
ılis et compedibus ferreis impeditum superat :
iste victus, in malis prioribus, aut derioribus
ıam permanet, nolens in deposcendis sibi sponte
rtutis certaminibus, facinora bona facere.

Idcirco, ut supra docui, et Scriptura divinitus
ıspirata passim testatur fructus actionis, et fruc-
ıum conciliatrix, imo vero effectrix ac parens,
fabricatrix virtutum omnium compunctio est.
roinde qui affectiones turbidas amputare, aut
rtutes possidere cupit, hanc præ bonis omnibus,
cum virtutibus omnibus diligenter consectetur
ecesse est, sine qua animam suam haud unquam
ıram intuebitur, atque ita etiam corporis puri-
tem neutiquam acquiret. Sine aqua siquidem ve-
imentum conspurcatum abluere non datur : et
ne lacrymis anima ablui, atque a maculis inqui-
ımentisque purgari multo minus potest. Ne ina-
es, animæque noxias, sive, ut verius dicam, pe-
tus falsas, et exitiosas excusationes excusemus:
d hanc virtutum reginam toto pectore exquira-
us. Qui enim id toto animo facit, illam invenit :
l potius ipsa accedens, se cum labore requiren-
m invenit : et seu ære, seu ferro, seu adamante
r durius habuerit, simul atque advenerit, quavis
ra illud mollius reddit. Est enim divinus quidam
gnis, montes et petras resolvens, et complanans
nnia, et in hortos commutans, animasque ipsum
scipientes alias quam erant efficiens. Nam in
edio earum fit fons, unde aqua vitæ semper sa-
ens, et emicans eas large irriget, et tanquam a
se in eos qui prope, et eos qui longe defluat,
ıundeque impleat animas, quæ sacra verba cum
le suscipiunt. Eluit enim primo labes eorum,
ıi se inquinaverunt : postea vitio implicitas affe-
iones una eluit, ac proffigat, eas ceu vulnerum
ustas abstrahens, puta nequitiam, invidiam, va-
ım gloriam, et cætera omnia quæ illas conse-
ıuntur. Nec id solum, sed etiam ut flamma quæ-
ım ambiens, sensim eas abolet, et in horas vel-
i spinas exurit, atque consumit : quæ etiam
imum quidem perfectæ hujus libertatis et puri-
tatis. Deinde bonorum a Deo ipsum diligentibus
præparatorum, ac repositorum desiderium inge-
nerat. Hæc universa cum lacrymis, vel potius per
lacrymas divinus compunctionis ignis operatur.
Absque lacrymis autem, ut diximus (16), nihil ho-
rum aut in nobis ipsis, aut in aliis unquam factum
est, neque fiet. Nec enim ex divinis Scripturis
quisquam probabit, citra lacrymas, compunctio-
nemque perpetuam aliquando quempiam purgatum
fuisse, aut sanctitatem invenisse, aut Spiritum
sanctum accepisse, aut Deum vidisse, aut in se
habitantem sensisse, aut omnino aliquando hunc
cordis incolam habuisse, pœnitentia, inquam,
compunctioneque non præcedente, et quasi a
fonte semper scatentibus assiduo lacrymis ; inun-
dantibus nimirum, eluentibusque domicilium
animæ, eamque ab igne inaccesso occupatam, et
ardentem irrorantibus ac refrigerantibus.

Qui igitur autumant dies ac noctes flere non
esse possibile, seipsos omni virtute nudatos pro-
dunt. Si enim sancti Patres nostri ita asserueunt,
dixeruntque, qui vult pertubationes amputare,
fletu eas amputat, et qui vult comparare virtutes,
fletu eas comparat, manifestum est, qui non quo-
tidie fundit lacrymas eum neque perturbationes
amputare, neque virtutes probe acquirere, etiamsi
ad operam se dare arbitretur. Quid namque, oro
te, instrumenta artis conducunt, si artifex non
adsit, qui materiam tractare, et ex ea vas ido-
neum conficere novit ? Et quid alitori prodest, si
hortum totum subegerit, olerumque omne genus
in eo seminaverit, atque plantaverit, si super ea
cœlo imber non descenderit, aut si aqua irrigata
non fuerint ? Nihil prorsus. Sic neque qui in aliis
virtutibus elaborat, easque persequitur, sine beata
illa, et sancta domina, virtutumque omnium ar-
chitecta ullum operæ pretium faciet. Ut enim im-
perator sine exercitu suo infirmus est, et in cu-
jusvis potestatem venire potest, nec imperator
apparet, sed cæterorum hominum similis est : sic
vicissim frequens exercitus, et castra imperato-
re, aut summo duce suo destituta, levi negotio
dissipantur, delenturque ab adversariis. Eodem
modo luctum ad reliquas virtutes habere se exi-
stima. Exercitum enim in unum collectum, omnes
isagogicas, ac veluti præcursorias virtutes esse
cogita : imperatorem, et ducem harum beatum
illum luctum, et ploratum, per quem totæ copiæ
in aciem digeruntur, et ordinantur, incitantur,
corroborantur, et arma capere ubi, quomodo, et
quando, et quæ, et in quem, et cujusmodi ad-
versarium, et qua occasione oporteat, certa lege
docentur. Qui præterea mittendi speculatores,
quales constituendæ excubiæ, quid, et quando
respondendum hostium legatis. Licet enim solo
affatu omnes eos in fugam vertere. Interdum ne in

(16) Vide Adnot. in orat. 30. Hanc Simeonis disputationem, aut caute lege, aut benigne in-
rpretare.

congressum quidem eos admittere. Qua item ratione, et quando in insidiis contra eos latendum, et quibus in locis, et quanta manus ad hoc emittenda, ipse luctus non dubie constituit. Sine his populus virtutum universus facile capitur.

Atque idcirco cum omnibus, et præ omnibus hoc vestrum opus sit, fratres, pœnitentia, et ei conjuncta lamentatio, lamentationisque comites lacrymæ. Nec enim sine pœnitentia lamentum, nec sine lamento lacrymæ : sec hæc tria invicem sibi connexa sunt, et aliud sine alio apparere non potest. Ne quis ergo dicat, quodidie flere esse impossibile ; nam qui ita loquitur, etiam quotidie pœnitere dicit esse impossibile, et totam Scripturam sacram evertit, ne dicam, ipsum quoque mandatum Dei, quo dicitur : *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum*[58]. Et iterum : *Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis*[59]. Si enim pœnitere, et lamentari, et flere quotidie ais impossibile, humiliare se, et semper gaudere, et sine intermissione orare[60], quin etiam ipsum cor ab omnibus perturbationibus et cogitationibus ad Deum spectandum habere liberum, tu ne unquam dices homini mortali esse possibile, et ab eo ista recte præstari posse? haud dices. Et ita in numero infidelium, non fidelium reponere. Nam si Deus hæc a nobis effici posse dixit, et præcepit, et assiduo clamat, tu autem contrarium affirmas, nempe, impossibilia nobis esse, plane nihil ab infideli differs. Vis igitur nunquam Eucharistiam percipere sine lacrymis? fac quæ abs te cantantur simul, et leguntur, tunc etiam istud præstare poteris. Audi Apostolum : *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur* [61]. Quæ porro illa sunt? Tu ne funditus ignoras? sed ne oratione longius procedamus, ipsa tibi Davidis verba suggerimus : *Si ascendero*, inquit, *super lectum strati mei : si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem : et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob*[62]. Et rursum : *Non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum, quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et velut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt, et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ, Laboravi, et incurvatus sum usque in finem : tota die contristatus ingrediebar. Afflictus et humiliatus sum nimis : rugiebam a gemitu cordis mei* [63]. *Et factus sum sicut passer solitarius in tecto : similis factus sum pelicano in solitudine. Qui cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam*[64]. *Laboravi in gemitu meo. Lavabo per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo*[65]. Porro etiam auctor Scalæ, sanctus Joannes ait : Sitis et vigilia premunt cor, presso corde prosiliunt lacrymæ. Quæ insuper de his disserit lecto ejus libro, qui voluerit, cognoscet.

Jam si et tu, quæ in dies legis et psallis, aut aliis legentibus audis, nihil omittendo, toto corde, cum humilitate et fide in omni vita præstiteris. amen *evangelizo tibi gaudium magnum* [66]. Nam si in his faciendis perstiterit, sitiendo, vigilando, usque ad mortem te sujiciendo, et obediendo præposito tuo indiscriminatim, omnem tribulationem, injuriam, maledicta, calumniam, nec isthæc tantum, sed etiam flagella et verbera a fratribus tuis abjectioribus cum omni gratiarum actione sustinendo, ita erga eos affectus, ut mala ab illis tibi illata non memineris, et pro eis oraveris, gande et exsulta gaudio ineffabili, quia non solum vesperi, mane et meridie, sed etiam edenti et bibenti tibi, et sæpius cum aliis alloquenti, spallenti, et legenti, et precanti, et super lectulo recubanti ipsum Dei inexplicabile donum veniens, se dignabitur te omnibus diebus vitæ tuæ, et comitabitur te in via, et cum diverteris, tecum divertet, et cum ministrante ministrabit, laborum tuorum molestias ac dolores consolans et recreans. Ac tum, quam bene convenienterque sanctus Simon dixerit, nemini communicandum absque lacrymis, et hoc fieri posse, et revera omnes decere intelliges. Non enim ille, sed per illum Spiritus sanctus locutus est, et cripsit. Si namque sine peccato nullus est, nec infans, cujus est unius diei vita [67], et nemo potest castum habere cor, clarum est, nec sine pœnitentia et lacrymis debere hominem, quantum in se est, vel unum, et solum diem in omni vita sua traducere. Quamvis enim lacrymis careat, nihilominus ex tota virtute, et anima eas desiderare debet : siquidem aliter peccati purus, et corde castus esse niquit.

Quod si quis multitudinem, gravitatemque suorum delictorum secum expendens humi cubare, et pervigilare noluerit, nec præ negligentia, et contemptu putentes ac putridas vibices, affectibus malis obnoxii appetitus, et anticiparum opinionum, quæ eum ad stuporem istum perduxerunt, corrigere sustinuerit, quæ vera insipientia est, quo pacto paratum peccatoribus judicium, et damnationem apprehendet, et dolore cordis sui plorabit? Sic recusat tribulari laboribus et ærumnis perferendis, dum incurvatur usque in fidem, et tota die contristatus ingreditur, dum affigitur, et humiliatur nimis, rugit a gemitu cordis sui, et fit tanquam passer solitarius in tecto, et assimilatur pelicano in solitudine, dum effectione animi hospes et peregrinus fit ad omnia, quæ in monasterio, et in mundo sunt, et in parvis æque ut in magnis nihil ei licet, dum laborat in gemitu, et cinerem tanquam panem manducat, et potum suum cum

mortuorum resuscitatio. Veni, potens, qui omnia semper solo nutu facis, immutas, et varias. Veni, penitus inaspectabilis, intactilis, impalpabilis. Veni, semper manes immobilis, quoque in horas totus transmoveris, et ad nos venis jacentes in inferis, qui supra omnes cœlos habitas. Veni, nomen exoptatissimum, et celebratissimum, de quo fari quid sis, aut nosse qualis, aut cujusmodi sis, nobis prorsus negatum est. Veni, lætitia sempiterna. Veni, corona immarcescibilis. Veni, magni Dei et Imperatoris nostri purpura. Veni zona (17) ut crystallus lucida, et gemmis variegata. Veni, refugium inaccessum. Veni, regalis purpura, et augustæ majestatis dextera. Veni, quem misera anima mea desideravit, et desiderat. Veni, sole, ad solum ; sum enim solus, uti vides. Veni, qui me separasti, et solum esse in terra fecisti. Veni, qui factus es desiderium meum, fecistique ut desiderarem te, ad quem aspirare nullus potest. Veni, halitus et vita mea. Veni despicabilis animæ meæ consolatio, Veni, gaudium, et gloria, et deliciæ meæ assiduæ. Gratias ago tibi, quando unus mecum spiritus citra confusionem, immutationem et conversionem factus es, qui cum sis Deus super omnia, mihi omnia factus es omnibus. Alimonia inexplicabilis, quæ absumi neutiquam potes, quæque labris animæ meæ jugiter affunderis, et in fonte cordis mei ubertim scaturis. Indumentum fulgurans, et dæmonas adurens. Lustratio, per continuas et sanctas lacrymas, quas presentia tua iis ad quos venis largitur, eluens me. Gratias ago tibi, quoniam dies sine vespera mihi factus es, et sol citra occasum : qui non habes ubi te abscondas, quique gloria tua imples universa. Nunquam tu ab ullo te abscondisti, verum nos semper nosmet a te abscondimus, dum ad te venire nolumus. Ubi enim te absconderes, cui requiescendi locus nusquam est ? Aut cur te absconderes, qui ex omnibus aversaris neminem, revereris neminem ? Nunc igitur, pie Domine, tabernaculum in me tibi fige, et habita in me, et usque ad obitum meum ne divellaris, nec separeris a me servo tuo, ut et ego in exitu meo, et post exitum in te inveniar, et regnem tecum, qui regnas, Deus, super omnia. Mane, Domine, et ne me solum relinque, ut cum venerint inimici mei, qui continenter quærunt devorare animam meam, teque intra me manentem repererint, penitus penitusque refugiant, nec prævaleant mihi, cum te fortiorem omnibus intus in domicilio humilis animæ meæ residentem conspexerint. Sane, ut memor fuisti mei, Domine, cum in mundo essem, et me inscio ipse elegisti me, et a mundo removisti, atque ante faciem gloriæ tuæ constituisti : sic etiam modo intus me constitutum, semper immobilem, propter tuam in me habitationem custodi, ut quotidie intuens te ego mortuus, vivam, possidens te ego pauper, semper dives sim. Sic ero quibusvis regibus opulentior : et manducans, ac bibens te, et in horas singulas induens te fruar bonorum deliciis inenarrabilibus. Quoniam tu omne bonum, et omne decus, et omne delectamentum es, et te decet gloria, sanctam et consubtantialem Trinitatem, quæ in Patre, et Filio, et Spiritu sancto honoratur, et agnoscitur, et adoratur, et colitur ab universitate fidelium nunc et semper, et per infinitatem sæculorum. Amen.

CAPUT II.

De divina illustratione et illuminatione Spiritus sancti. Unum esse locum Deum, in quo post mortem sancti omnes requiescunt : et qui Deum amisit, alio in loco in futura vita requiem non inventurum.

Hem, quod istud tam venerandum mysterium in me paratur ? quod nec lingua effari, nec manus infirma litteris exarare potest, a l laudem et gloriam illius cui revera par laus, et oratio nulla reperiri queat. Sed si quæ nunc in me deplorato aguntur, ineffabilia et inexplicabilia sunt, quo tandem in pacto is, qui talia largitur et efficit, nostris encomiis et prædicationibus indigebit ? Certe non glorificabitur, qui est glorificatus : quemadmodum nec illustrabitur, nec lumen a nobis mutuabitur hic sol, quem in cœlo fulgentes aspicimus. Illuminat, non illuminatur, lucem fundit, non recipit : habet siquidem, quam ei a principio conditor est impertitus. Si ergo qui solem fecit omnium procreator Deus, ita fecit, ut luceret abundanti lumine, nec opus haberet ullo modo aliunde majus petere, quomodo a me vili abjectoque gloriam accipiet fabricator solis, cui nulla omnino re opus est, et qui nutu ac voluntate (solus enim potens est) bonis omnibus implet omnia ? Interim et lingua me ingenti verborum egestate labrat, et quæ in me aguntur, mens mea videt illa quidem, sed exponere non valet. Aspicit, et eloqui vult, sed quo sermone id faciat, non invenit. Intuetur quippe inaspectabilia, et omnis figuræ undequamque expertia, simplicia prorsus, non composita, et magnitudine infinita. Nec enim principium ullum, nec finem perspicit, et medium plane ignorat, nec scit, quinam efferat, quod videt. Totum quoddam in summa, ut arbitror, et neutiquam ipsa essentia sua, sed participatione videtur. Etenim ex igne ignem ascendis, et totum quod et ignis accipis : ipsa tamen natura ipsis non deficit, et indivisa, ut ante permanet. Veruntamen, quod communicatur, a primo separatur : et quia corporatum quiddam est, in lampadas complures dispertitur. Illud autem spirituale est, divisionemque, sectionem, seperationem prorsus nullam admittit Non enim quoniam communicatur, idirco in multa secernitur, sed indivisum perseverat, et in me est, et in me intus in misero corde meo tanquam sol, aut discus solis hujus, rotundus, luci similis

(17) Cod. mend. ὑπόθημα, leg. ὑπόδημα.

ım et lux est) exoritur. Nescio, ut aiebam, quid eo dicam. Et velobamtacere, quod utinam posn : sed miraculum venerationis plenum sollıat animum, et reserat impurum os meum: ique nunc in corde meo tenebroso ortum proit, ad loquendum, scribuendmque vel invitum) compellit.

Qui mihi demonstravit mirabilia, quæ oculi non lerunt, qui in me ut postremum ac infinum omım se demisit. Qui apostolos discipulos, et filios ldidit. In me, inquam, quem horribilis, et intertor hominum draco tenebat, prius omnis iniitatis ministrum, e' operarium. Sol ille, qui istit ante originem sæculorum, et qui apud inos resplenduit, et tandem collustrata anima mea ıebris oppleta, diem mihi vespera carentem gitus est. Qui mendicitatem meam bonis omnis cumulasti, tu sermonem dona, et verba mihi ;gere, ad enarrandum universis opera tua miraıa, quæ hodie quoque præstas erga nos famulos ıs : ut et qui in tenebris socordiæ dormientes, erunt peccatores non posse salvari, ac veluti trum, cæterosque apostolos sanctos et justos, o similiter misericordiam adipisci, id bonitati e facile fuisse, esse, et fore cognoscant, et inigant : et qui se opinantur possidere te lumen ıis terrarum, nec tamen te videre dicunt, non ere in lumine, non illuminari, non perspicere, ugiter, mi Salvator, norint, te in mentibus eon non fulsisse, nec incoluisse eorum corda dida frustraque eos vana spe exsultare, dum post finem hujus vitæ lumen tuum visuros arantur. Nam pignus, et sigillum, seu tessera ad ıteram collocandis ovibus plane hic data est. Si m unusquisque mortem i se inclusam circumt, et post mortem omnibus ex æquo facultas ;randi deerit, et nemo seu boni, seu mali quidm agere poterit, quilibet utique, qualis tum inıtus fuerit, talis erit. Istud est, Domine, quod hi terrorem tremoremque incutit. Istud omnes ısus meos tabefacit. Sicuti cæcus fato functus, illuc translatus, nunquam solem hunc sensu vidi usurpavit, quamvis olim in vita rediens, nina receperit : ita neque qui cum mente cæca m extremum obierit, te solem, intelligentiæ soli 'entem, Deus meus, intuebitur. sed egressus e ebris habitabit in tenebris, atque in omne ævum e separabitur. Nemo hominum, Domine, in te dentium. nemo in nomine tuo baptizatorum, gnum hoc et horroris plenum onus sustinebit, abs te separetur. Dira est enim ista tribulatio, a, et intoleranda, et æterna mœstitudo. Quid nque. Salvator mi, pejus esse potest, quam abs divelli, atque sejungi? quid cruciabilius, quam a ı disjunctum illic vivere instar mortui, privanque vita, privari simul bonis universis? Nam abs te separatur, omnis boni jacturam incurrit.

A Non enim quemadmodum nunc in terris, sic etiam tunc futurum est. Nunc quippe qui te nesciunt, hic in deliciis, et voluptatibus corporeis ætatem exiguut, hic exsultant, et instar brutarum animantium saltibus lasciviunt. Quæ ad usum et commoditatem vitæ agendæ dedisti, ea sibi habent, et in iis splis defixi, post discessum ex hac luce similem animæ statum fore existimant. Sed male conjectant, male sapiunt, qui se non tecum, verumtamen in requie futuros automant, cui locum quemdam, o domentiam, extra regnum ac thalamum., a gehenna et ignis supplicio semotum, nec eum lucidum, ac tenebris vacantem constituant, in quem infelices illi devenire optant, non egere se æterna B tua gloria, aut cœlorum regno, sed in requie fore arbitrantes. Proh istorum caliginem! proh ignorantiam! proh miseriam et spes inanes! nusquam hoc scriptum exstat, nusquam hoc erit : verum in lumine felicitatum, qui sancta et divina gesserint, in tenebris autem pœnarum erunt, qui iniquitatis operarii fuerint. In medio autem hiatus est formidabilis, ambos secernens, quomodo tu ipse, Domine, docuisti[7], qui hæc præparasti. Hoc intervallum homini in ipsum delabenti omni tormento ac supplicio dirius erit, in abyssum pœnarum, in chaos perditionis per caput infeliciter se præcipitanti, ruentique, quo his qui in cruciatu versantur, difficile est ascendere, et ad terram justorum transmeare. Malunt siquidem in igne cum acerbiC tate in cinerem redigi, quam in chaos horrendum se projicere. Qui ergo illic post mortem esse concupiscunt, multis lacrymis et lamentis digni sunt: quoniam ut jumenta rationis expertia, penitus nihil sapiunt, sibimet pestem imprecantur, seipsos seducunt

Tu regnum cœlorum, Christe, tu terra mitium. Tu virens paradisus. Tu thalamus divinus, et ineffabilis. Tu mensa communis omnium. Tu panis vitæ. Tu potus maxime novus. Tu poculum aquæ. Tu aqua vitæ. Tu cujusque sanctorum lucerna inexstincta. Tu et tunica, et corona, et coronarum distributor. Tu gaudium, et requies. Tu gloria, et deliciæ. Tu exaltatio. Tu animorum jucunditas. Et lucebit gratia sancti Spiritus tui, Deus meus, instar D solis in omnibus sanctis tuis. Et lucebis in eorum medio, Sol inaccessus, omnesque proportione fidei, operum spei, charitatis, puritatis et illustrationis, ex Spiritu tuo, illuminabuntur. Deus sole longanimis, et judex omnium, his qui mansiones diversas, et loca comminiscuntur, mensura charitatis rursum erit mensura claritatis ipsorum, et mensura visionis tuæ, erit iterum portio magnificentiæ illorum, honor, deliciæ, et gloria, ad distributiones domorum, et mansionum admirandarum. Hoc tabernacula diversa, hoc multæ domus, hoc stolæ splendidissimæ multarum dignitatum, et coronæ distinctæ, lapilli, margaritæ, et flores immortales, novam

[7] Luc. xvi, 26.

habentes speciem, hoc lecti, stragulæ vestes, mensa, throni, et quidquid ad voluptatem jucundissimum est, erat, est et erit, te solum intueri. Si igitur, ut supra dicebamus, non videntes lumen tuum, nec abs te visi, sed separati, visione tua, omnia bona complectente privantur, ubinam requiem, ubi locum dolore vacuum invenient? ubi habitabunt, si recti non fuerint? etenim *Recti habitabunt cum vultu tuo* [8]. Formatus enim in eorum recto corde, et habitant cum forma tua in te, Christe meus.

O mira res, o bonitatis donum inopinabile, in forma Dei esse homines, et formari in ipsis, quem nemo capit, Deum, cujus natura et invariabilis, et immutabilis, qui in omnibus se dignis habitare vult, ut quilibet in se totum regem, ipsum regnum, et ad regnum pertinentia habeat, et fulgeat, quemadmodum refulsit redivivus Deus meus, plusquam radii solis hujus, quem cernimus. Et cum astiterint ei qui sic ipsos glorificavit, magnitudine gloriæ, et assiduo divinæ claritatis incremento admiratione attoniti manent. Nec enim ullis sæculis proficiendi finis erit: siquidem statio, seu cessatio incrementi finiret id quod finiri nequit, et comprehensionem prorsus incomprehensibilis, satietatemque induceret illius, quo satiari nullus potest: sed plenitudo ejus, et gloria lucis abyssus erit profectus, et sine fine principium. Et sicut qui habent Christum intus formatum, eidem, quanquam ita fulgenti, ut adiri nequeat, astant nihilominus: sic finis in ipsis, gloriæ est initium. Atque ut tibi sensum mentemque meam dilucidius exponam, in fine habebunt principium, et in principio finem. Plusquam plenum intellige mihi, et accessionis haud indigum, et qui currunt, eos finem infiniti non antevertere. Si namque transeat cœlum istud, quod videmus et terra, et quæ in ea sunt omnia conjecta quod dixi) erit loci comprehensio, ubi finem invenies, non dico corporeum, sed animo plenitudinem mundi incorporei poteris comprehendere. Non est autem mundus, sed aer, sicut antea: nec aer, sed inenarrabilis (quod universum vocant) abyssus fine carens penitus; æqualiter undique tota ex partibus utrisque. Hoc omne divinitate repletum est. Qui ergo ejus participes sunt, et in ipso habitant, quomodo totum complectantur, ut etiam saturentur? aut quomodo, dic mihi, finem infiniti capient? Difficillimum plane, et impossibile est. Nam neque hic in corpore sanctos degentes, neque illuc in Deo translatos talis omnino cogitatio subire potest. Obteguntur namque lumine divinæ gloriæ, illuminantur, et lucent, et oblectantur in his, et sciunt vere, omnique et plena fide, horum perfectionem infinitam fore. A Deo autem abjecti, miror ubi consistent, longe sejuncti ab eo qui ubique est. Et sane, fratres, miraculum obstupescendum, et ad quod bene intelligendum mente illuminata opus sit, ut non incidas in hæresim quasi divini Spiritus sermonibus incredulus. In omni utique etiam hi erunt, revera autem extra divinum lumen, ipsumque Deum. Ut cæci, lucente sole, et toti circumfusi lumine, tamen extra lumen sunt, cognitione aspectuque ab eo sejuncti: sic est in omni divinum Trinitatis lumen, et in medio sunt peccatores, tenebris præpediti, quominus videant, ullamque Divinitatis notionem ac sensum habeant: sed ardentes, et sua ipsorum conscientia condemnati, afflictionem inexplicabilem, et dolorem inenarrabilem per sæcula sempiterna sustinebunt.

CAPUT III.

Quomodo Pater hic immutatus, purgatusque, arctissime cum Deo conjunctus sit, et qualis ex quali evaserit, verba ejus in hoc capite ad Deum amoris plena demonstrant. Ad extremum theologice de angelis disserit. Principio orationis, more justorum accusator sui est.

Quæ est ista, Salvator mi, immensa misericordia tua? Quomodo me impurum, me perditum, me fornicarium, fieri membrum tuum voluisti? Quomodo me stola lucidissima, splendore immortalitatis coruscante, et omnia membra mea lucida reddente vestivisti? Etenim corpus tuum immaculatum, divinumque, non commistum, et commistum ineffabiliter, totum igne divinitatis fulgurat. Et hoc quoque donasti mihi, Deus meus. Deus namque huic sordido, et interitui obnoxio tabernaculo meo unitur corpus tuum incontaminatissimum, et sanguis meus permiscetur sanguini tuo, sat scio, unitus sum etiam divinitati tuæ, et affectus sum corpus tuum mundissimum, membrum fulgidum, membrum vere sanctum, membrum longe rutilans, pellucidum, et splendens. Video pulchritudinem, video splendorem, in speculo gratiæ tuæ lumen intueor, et inexplicabilem fulgorem obstupesco, et mente excedo, dum animadverto, qualis fuerim, qualis factus sim mirabiliter: et timeo, et revereor me-ipsum, et tanquam te revereor ac metuo, et perplexus sum, et omnino vereor ubi sedeam, cui appropinquem, et ubi membra tua reclinem, ad quæ opera, ad quas actiones tam venerabilibus divinisque membris tandem ubi debeam. Da mihi quæ dico et loqui, et facere, o artifex, et fictor meus. Nam, si quæ loquor, factis non præsto, factus sum æs, acute, et frustra tinniens, et sonum pulsuum nihil sentiens [9]. Sed tu noli me dimittere, noli derelinquere: neve sinas oberrare me Salvator meus, me, inquam, miserum, mendicum, ac peregrinum, et decem millium talentorum tibi debitorum [10]: verum sicut olim, ita et nunc facito. Tunc enim ab hæreditate, totaque terra patria, patre, fratribus, matre, domesticis, alienis, et cognatis omnibus, et amicis me peccatorem, et omnibus istis viliorem separasti, tuisque ulnis mundissimis complexus es, qui me adversus beneficia tua ingratum exhibueram: sic etiam nunc tu misericors misericor-

[8] Psal. CXXXIX. 14. [9] I Cor. XIII, 1. [10] Matth. XVIII, 24.

am mihi tribue, sic, inquam, imo vero magis, o
us meus, et miserere mei, et custodi me, et non
ctos animi mei impetus compesce, et ad omnem
ıtationem molestiamque vitæ hujus, et quæcun-
e ipse mihi stulte creo, et in quibus me invida
ımonum natura tentat, et quæ imbecilles isti
ıtres mei pariunt mihi verbis et factis, ad hæc, in-
am, omnia patienter perferenda me idoneum
dde. Heu me, quia membra mea consumunt me
que conficiunt, et propter eadem rursum doleo
ıhorque a pedibus, qui locum capitis sortitus
m. Incedo nudis pedibus, et spinis compungor,
ıciorque vehementer, nec cruciatum fero. Alter
dum meorum porro procedit, alter iterum retro
nvertitur, huc illuc trahunt, et rapiunt me, sup-
ıntor, et deorsum cado. Omnes igitur sequi non
ssum. Jacere malum est, et incedere sic impro-
le deterius est, quam jacere, quando omnesalias
lamitates vincit. Domine, largire mihi luctum et
mpunctionem, et dignare me servire tibi, te co-
e, et servare sancta mandata tua in tenebris vitæ
jus, et in mundo isto, qui tristitiælocus est. Gra-
s tibi ago, cum vitam mihi tribuisti, donastique
cognoscerem, et adorarem te, Deus meus Hæc
t enim vita, cognoscere te solum Deum, et condi-
rem effectoremque omnium, non natum, non
eatum, solum absque principio, et Filium ex te
nitum, [1], et procedentem ex utroque Spiritum
nctissimum, omnibus prosequendam laudibus tri-
m unitatem, quam adorare et pie colere, quam-
ı aliam gloriam seu terrenam, seu cœlestem an-
cellit.

Quid enim Angelorum, quid Archangelorum, Do-
inationum, Cherubim, et Seraphim, cæterarum-
e omnium cœlestium legionum gloria, est, nisi
nen immortalitatis, nisi gaudium, nisi illumina-
ı vitæ ab omni fece rerum humanarum purissi-
æ? nisi unum lumen sanctæ Trinitatis divisum
livise tripliciter, quod unum est in tribus cha-
:teribus, incognite cognitum quantum vult? Nec
im creatura Creatorem sic totum potest cogno-
ere, ut ipse se secundum naturam suam cogno-
t: sed per gratiam omnes angeli, omnisque
ıa ta natura eum vident et intelligunt. Nec com-
ehendunt, sed intelligunt, quatenus lumen cæcis.
t etiam plane videntibus manifestari, et ab iis
ınosci voluerit. Nam oculus absque lumine non
.et, sed ut etiam videat, a lumine accipit, quando
ipso quoque fabricatus est. Seu corporeum,
ı incorporeum, omnia Deus fecit, quæ in cœlis,
quæ in terris et quæ in abyssis sunt. Et horum
ınium una vita et gloria, unum desiderium,
um regnum, divitiæ, gaudium, corona, victoria,
:, et omnis decor non alius est, quam cognitio
ncipii et causæ unde producta et orta sunt om-
. Hæc est superiorum inferiorumque conjunctio.
:c ordo omnium quæ intelligentia percipiuntur.

A Hæc subjectio omnium quæ aspectu sentiuntur. Hanc habuerunt angeli status sui firmitudinem, cum Satanam et socios ejus, opinione inflata, quam de semet habebant seductos, de cœlo cadere cernentes, cognitione et timore aucti sunt. Qui enim hujus tantum obliti sunt, etiam elatione voluntaria deciderunt. Contra, qui istud cognoverunt, timori charitatique adhærentes, exaltati sunt. Unde cognitio Dominicæ potestatis charitatem quoque amplificavit, quoniam plures etiam coruscum Trinitatis fulgorem manifestius videbant, etistud rursum omnem aliam cogitationem excludebat, immutabilesque faciebat eos qui ab initio mutabilem naturam acceperant, in sublimitate cœlestium per-
B manentes.

CAPUT IV.

De vero monacho et ejus officio. Ad quantum contemplationis fastigium ipse ascenderit.

Quicunque monachus est, mundo se non miscet, et cum solo Deo perpetuo versatur. Videt, et videtur, amat, et amatur. Fit lumen, lucens quantum verbis declarari non potest. Prædicatus, magis se mendicum reputat, et conciliata sibi multorum amicitia, instar hospitis ac peregrini est. Hem novum prorsus, et quod non possis sat eloqui miraculum In immensis opibus pauper sum : et cum possideam plurima, nihil habere me puto, et in aquarum copia sitire me profiteor. Et quis mihi suppeditabit, quo abundo? et ubi inveniam, quem
C quotidie cerno? et quomodo patiar eo qui in me et extra mundum est? prorsus enim non videtur. Qui habet aures audiendi, audiat, probe verba illitterati intelligens.

CAPUT V.

Doctrina ad monachos, qui recens mundo, et iis quæ in mundo sunt, nuntium remiserunt. Qualem fidem quis erga Patrem suum spiritualem gerere debeat.

Mundum totum, et homines hujus mundidesere, solumque beatum luctum assume, et tantum commissa abs te peccata lamentare : quoniam ista te omnium conditore Christo, et societate sanctorum ejus spoliaverunt. Præter hæc nihil tibi curæ sit. Quin etiam corpus tuum ut ignotum ac peregri-
D num habeto, et oculos, veluti condemnatus, et ad mortem excipiendam procedens, humi dejice. Ab imo pectore duc gemitus assiduo, et faciem tuam lacrymis duntaxat prolue, pedes, qui ad malum cucurrerunt, neutiquam velis aliquando aqua abluere. Sane vero etiam manus tuas contractas habe, easque impudenter ad Deum ne extende, quas ad peccatum sæpenumero extendisti. Linguam lubricam coerce pro virili : est enim ipsa facilis ad peccatum, et per ipsam solam etiam multi, et magni viri a recto itinere aberrantes, regnum cœlorum perdiderunt. Sed ante sepi aures tuas, ut nihil turpe ac vanum audiant : tum

[1] Joan. XVII, 3.

fortasse et huic imperabis. Patris tui admonitionibus tantummodo ausculta, ei humiliter responde, et non secus quam Deo cogitata mentis tuæ, usque ad primos motus detege, nihil illum cela, nec aliquid eo nolente incipe, neve eo invito dormi, neve comede, neve bibe. Cum hæc ad tempus præstiteris, nihil eximium præstitisse te judicabis. In sudore tu quidem, et lassitudine seminasti, nondum tamen laborum tuorum fructum collegisti. Ne fallare igitur, aut quod quæris, te invenisse credas, prius quam spirituales oculos acquisieris, et aures cordis tui lacrymis tuis, elutis inde sordibus purgaveris spiritualiterque videas, et audias, et sensibus penitus immutari incipias. Videbis enim complura, quæ efferri nequeunt, et audies longe plura, eaque ingentia, quæ lingua exprimere non poteris. Mira igitur, et veneratione digna res, spiritualiter audire, et spiritualiter quoque videre, miraculorum maximum. Talis homo nihil cum carne conjunctum unquam cogitat, et terra calcat, ac si per aerem ingrederetur, omniaque ad ima Tartara usque cernit, et quæ facta sunt, perspicit omnia. Deum cognoscit, timore percellitur, et ut conditorem precibus veneratur, atque glorificat. Magnum est porro nosse, quam late pateat, et quale sit ejus imperium : quod quanquam omnes nosse se existiment, errant tamen plurimi, ne dubita Soli illuminati istud norunt : reliqui universi (o fœdam ignorantiam !) ipsis quoque dæmonibus majore versantur in caligine.

Cæterum, o Domine et molitor omnium, qui me e terra mortale animal creavisti, et gratia immortali honorasti, deditisque vivere, loqui, et moveri, et celebrare laudes tuas universorum Domini, ipse tu, da mihi misero ante te prosterni, et rogare conducentia. Etenim quomodo in hunc mundum productus sim, et quid ista sint, quæ homines esse rentur, ego nescio. Quæ sit visio mea, o Deus meus, quid quæ aspiciuntur, dicere nequeo. Quid ita stultitiam induimus homines universi, et de rebus judicamus perperam ? Heri primum veni, cras recedo, et me hic immortalem fore arbitror. Palam me habere te Deum confiteor, factis autem te nego quotidie [12]. Doceo te auctorem esse omnium, et sine te habere omnia contendo. Tu superis, et inferis imperitas, et ego solus tibi reniti, et adversari non horresco. Da inopi, da miserrimo omnem animæ nequitiam abjicere, quam inflatio, et vana animi elatio heu me simul comminuunt, et conterunt. Præbe humilitatem, præbe manum opitulatricem, et absterge maculas animæ mæ, et suffice mihi lacrymas pœnitentiæ. Desidero lacrymas, lacrymas salutis, lacrymas eluentes fuliginem animæ meæ, neque reddentes clarum ac lucidum deintegro, volentem te videre lamen mundi, lumen oculorum meorum, meorum, inquam, miseri, qui cor multis hujus vitæ malis, et incommodis plenum gero, ex persecutionibus, et invidia eorum qui in exilio mihi curando tragœdiam quamdam dederunt : aut, ut verius dicam, benemerentium, dominorum, et vere amicorum meorum. Quibus, Christe meus, pro mali bona, repende sempiterna, ditia, et divina, quæ te diligentibus, et ex animo desiderantibus in sæcula sæculorum constituisti.

CAPUT VI.

Præceptiones, quibus tyro monachus ceu ducibus, et viam munientibus ad perfectionem status sui contendere docetur.

A Christo, et ferventi fide ducto principio, sic a mundo secede, et fuge cognatos cum amicis (id enim commodat incipientibus), et nudus a mundanis et materialibus rebus, ad eum qui materia vacat te confer, quo nullum majus auxilium invenies. Pusillanimitatem omnem abs te repelle : ad potentem quippe Dominum confugisti. Quin potius non dubia spe concepta, Domini, etiam passerculorum curam gerentis leve jugum porta : magna enim nos manet in futurum retributio. Ille nos omnes mortales gratis salvat, quandoquidem sacrosancto ipsius sanguine empti sumus. Et jugum illud virtute vocantis Deos nos facit. Hoc enim voluit incarnatio Domini, ut opere exitus operum cognoscas. Quod omnimodis mirabilius est his quæ videntur, præclarum tibi lucrum tuarum amputatio voluntatum, unde te martyrem esse cognoscas. Quæ tibi verbis præcipit pater tuus, ea facito : ducunt enim ea te per viam citra offendiculum usque ad mortem. Magna est hæc sublimitas, et Deum quoque id propter te fecisse constat. Statue te vilissimum esse omnium, quod tibi primas in regno cœlorum conciliabit. Puta te peregrinum, mendicum, et abjectiorem aliis. Magni hæc momenti sunt, si ea recte præstiteris. Omnino imitator esto Domini, quo nihil potest cogitari melius. Luctu quotidiano bene procedunt omnia, et is cibo ac potione dulcior est, fluentium stantiumque cognitionem docet. Ante enim a toto mundo sejungit, et bonorum quæ diximus custodem silentium exercet. Radices omnigenas affectionum malarum ut inutiles evellit. Memoriam mortis jugem habet Idem humilitatis effector est. Ab his cor purgatus et illustratus (mira res) quod ab omnibus exquiritur, divinum lumen qui præclare videas, dignus eris, Telum est enim immateriale et immateriali. Christus autem est perfecta charitas, qua qui præditus est, adoptione Deus est. Et ea anima se inquirentes illuminat, quæ solæ vivent, ne quis erret (o charitas Deus, et deificans !) : quæ res stuporem habet, et investigatu est difficillis.

CAPUT VII.

Amorem suum erga Deum declarat.

Ut ignis es scaturiens, aqua irrorans, et uris, et dulcedine affluis, et corruptionem tollis ? ut

[12] *Tit.* I, 16.

omines deos facis, tenebras lumen reddis, ab aferis reducis, mortuos immortalitate donas? ut enebras in lucem producis, noctem pugno conludis, cor circumfulges, me totum immutas? ut e conjungis hominibus, Dei filios facis, amore iis inflammas, adoptione et gratia tua, per Spiritum ium, distantia, ut Deus, admirabiliter copulas?

CAPUT VIII.

uibus manifestetur Deus, et in quibus per observationem mandatorum ejus, boni habitus insit.

Quomodo tu, qui es absconditus, inspectas oma? Quomodo nobis non cerneris, et non cernis nnes? Verumtamen, non omnes quos vides, etiam gnosces: sed diligentes te, eos solos pro amicis gnoscis, et iis excellenter te manifestas solem sconditum. Omnes mortales fornicarii, adulteri, ecoctores, peccatores, publicani, dum pœnitenam agunt, divinæ lucis tuæ filii evadunt. Lux tem omnino lucem generat: itaque et ipsi lux nt filii Dei, ut scriptum est [12*], et dii per gram, quotquot divina mandata tua probe servarint. Quicunque mundi vanitates, et imposturas lere jusserint. Quicunque parentes, et fratres ne odio oderint, peregrinos se, et viatores in hac a arbitrati. Quicunque divitiis et pecunia sese daverint, illarumque affectum penitus abjeceit. Quicunque inanem gloriam humanasque ides ex animo, propter cœlestem gloriam repuverint. Quotquot propriam voluntatem perfecte stirpaverint, et quemadmodum oves innocentes ga pastorem se gesserint. Quicunque corpore quamlibet actionem pravam mortui, virtutum ori insudaverint, et ex sola moderatoris sui untate vixerint, obedientia mortui, iterumque ificati. Quicunque timore Dei, et recordatione rtis, in singulos dies et noctes lacrymas fudet, et secundum intellectum ad pedes Domini cumbentes, misericordiam et veniam delicton flagitaverint. Hi bonorum omnium exercitane, et usu habitum boni adipiscuntur, lugenque quotidie, et perseveranter pulsantes, miseordiam consequuntur. Ili crebris obsecrationigemitibusque inenarrabilibus, et lacrymarum libus animam expurgant, quam purgatam vites incensum desiderium eam plene expurgatam endi concipiut. Quoniam autem finem lucis enire non valent, omnis purgatio ipsis impera est.

Quantumcunque enim purgatus fuero, et nio miser, et quantumcunque a me visus fuerit, gans me Spiritus, semper mihi et purgationis, isionis principium videtur. In profundo enim iito, et altitudine immensa quis medium aut n invenerit? Multum esse scio, sed quantum nescio. Plus plus desidero, et continenter o, quia exiguum est, quod datum est (etsi um esse opinor) ad id, quod procul a me abesse suspicor, quod cernens concupisco, et nihil habere me existimo, plane donatas mihi opes non sentiens; nec quod solem intueor, id reputo. Quonam modo? audi, et crede. Quod ego aspicio est sol, cujus mihi sensus supra quam dici potest jucundus, animamque mirifico et divino amore trahit. Ipsa cernens uritur, et ardet amore, ac totum quod apparet, intra se habere cupit; quod cum nequeat, ob id contristatur, et videre, lustrareque non esse bonum judicat. Quando igitur qui cernitur, et a nemine capi potest, et revera inaccessus est, afflictæ et humiliatæ animæ meæ misereri voluerit, repente qualis a me videtur ante oculos fulgens, talis totus in me coruscare cernitur, et totus omni gaudio, omni desiderio, et dulcedine visionis me humilem complet. Repentina est hæc mutatio, peregrina hæc variatio, nec verbis describi potest, quod in me peragitur. Si enim solem hunc, quem omnes contuemur, intra cor suum descendisse quispiam, et totum id inhab tantem, et æque lucentem, vidit, nonne miraculo attonitus, et pene exanimis fuit, et omnes qui eum viderunt, obstupuerunt? Jam qui solis creatorem instar luminaris hujus in se splendentem, operantem, loquentem cernit, quomodo aspectu non obstupescet? quomodo religione non perfundetur? quomodo non diliget, a quo vitam accepit? Homines sibi similes homines diligunt, quando præstare nonnihil aliis videntur. Ast omnium conditorem, solum immortalem, omnimodis potentem, quis visum non amabit? Ex sola auditione multi fidem habentes eum dilexerunt, et vitam ejus causa posuerunt sancti, et vivunt nihilominus. Ast qui visionis et luminis ejus participes facti sunt, cogniti ab ipso, et cognoverunt ipsum, quomodo non amabunt, quæso? quomodo propter eum non lugebunt perpetuo? quomodo non mundum, et quæ in mundo sunt **contemnent**? quomodo non omnem honorem et **gloriam despicient**, qui omni gloria terrestri, omni **honore** majores, eum, qui est extra terram, et **extra omnia** aspectabilia, imo vero qui condidit **aspectabilia** universa, et gloriam immortalem **invenerunt**, et acceperunt, citraque defectum omne **bonum** inde habent? Quin et omnem appetentiam, **omne** desiderium sempiternorum bonorum, **rerumque** divinarum, et eodem fonte semper vivente, **tanquam** divitias hauserunt: quo et nobis, Domine, **abundanter** satiari concede, et **omnibus amantibus**, et quærentibus te ex animo, ut et ipsi **nos cum** sanctis tuis æterna felicitate in **omnia** sæculorum spatio oblectemur. Amen.

CAPUT IX.

Spiritus sancti compotem, ab ejusdem lumine rapi, et supra omnes perturbationes ferri, nec earum contactu lædi.

Proh! proh! Domine omnipotens, quis tua

[12*] Psal. LXXXI, 6.

inaspectabili pulchritudine satiabitur? quis tua incomprehensibilitate implebitur? quis cum pro eo ac decet in mandatis tuis ambulaverit, etiam vultus tui lumen aspiciet? Magnum quoddam, et admirabile, et quod omnino intelligentiæ vim superet, in hoc gravi et tenebroso mundo viventem auferri e mundo cum corpore. Hem mysterium inauditum! Quis parietem suæ carnis transgressus est? quis pervasit corruptionis caliginem, totoque mundo deserto latuit? Papæ, quam facilis ista cognitio, et non subtilis oratio! Ubi latuit, qui mundum trajecit, et extra omnia quæ videbat se extulit? dic, sapientia sapientum reprobata, ne dicam a Deo stulta facta, ut inquit Paulus[13], et quilibet Dei servus. Hic est vir concupiscens spiritum. Hic corpore corpori appropinquans potest spiritu sanctus esse. Extra mundum enim et hæc corpora, non est appetitus carnalis affectionis, sed vacuitas passionum, quam qui dilexit, et ex ea dilectione vitam lucrifecit, eum, etiamsi indecore se gerentem, et ad actionem hujusmodi quasi transfugam se conferentem videas, scito id corpus mortuum facere. Non dico corpus sine anima, quæ illi motum affert, sed sine mala cupidate. Voluptas enim præclaræ ἀπαθείας, et quod ex inde incredibili quodam modo me diligit lumen, totam mihi mentem percellens abripit, ipsamque nudam continens immateriali manu, non me sua claritate excidere, aut aliquid cum vitiosa motione conjunctum cogitare patitur: sed complectitur continenter, et animam meam torret amor, nec est in me sensus alius. Quanto enim mundissimus panis fimo pretiosor et suavior est, tanto amplius et sine comparatione amplius superna infernis præstant apud illos, qui ea bene gustaverunt. Erubescam sapientum sapientia, veræ cognitionis expers. Simplicitas enim nostrorum sermonum reipsa legitimam sapientiam possidet, quæ consuetudine divina fruens illum adorat, a quo omnis sapientia in hac vita donata est, per quam refingor, aut etiam deitate afficior.

CAPUT X.

Tristitiam ex obitu charorum etiam robustiores attingere.

Rem novam et obstupescendam audivi. Naturam, cui nihil cum rebus caducis commercii, lapide, cui nomen adamas, solidiorem pati potuisse. Qui lapis cum nec igne, nec ferro mollescat, plumbo implicatus, cera fit mollior. Modo credidi guttas aquæ longo spatio in petram cadentes eam cavare. Et profecto nihil est in vita immutabile. Nemo me ex occursu judicet. Væ, fugacia hujus vitæ bona tanquam firma et valida intuenti, et lætanti in illis. Eadem illi usu venient, quæ mihi misero. Nox me a fratre dulcissimo, interrupto charitatis indiviso lumine separavit.

CAPUT XI.

Deum sibi sicut Paulo et Stephano apostolis visum, cum stupore commemorat.

Quæ hujus miraculi novitas, quod et nunc patratur? Deum etiam hodie a peccatoribus vult conspici, qui jam olim ascendit, et in cœlis paterno in throno considens est absconditus. Abstulit enim se ab oculis sanctorum apostolorum, ut audivimus, et solus postea Stephanus cœlos apertos vidit, ac dixit: *Video Filium stantem a dextris gloriæ Patris*[14]. Adque idcirco ab ipsis legis doctoribus lapidibus obrutus, pro naturæ conditione moritur, et vivit ævo sempiterno. Verumtamen erat ipse apostolus, et erat sanctificatus, et sacrosancto Spiritu undique plenus. Initio autem promulgatum est Evangelium multitudini infidelium, qui apostolorum opera in Christum credentes, etiam gratiam fidei donum acceperunt. At enim nunc res nova hæc quæ in me fit, quidnam sibi vult? Quid his quæ in me perpetrantur ita obstupesco? quis hic benignitatis modus, quem experior? Novæ divitiæ bonitatis, alius fons misericordiæ, multo plus quam olim effundens. Multis enim ex benignitate Dei misericordia impertita est: verumtamen et ipsi proprium quiddam, fidem nimirum afferebant, cum aliis virtutibus probatisque actionibus. Ego vero his omnibus me carere perspicio, et scio, et ferre nequeo, quæ in me ab utero matris deploratum fiunt a Deo, qui verbo omnem naturam procreavit, quæque et animo cogitare reformido, nedum ut ea scribere audeam. Nam quænam manus huic rei inserviet? quis calamus exarabit? quis sermo eloquetur? quæ linqua renuntiabit? quæ labra expriment, quæ in me cernuntur fieri, et tota die perfici? Etenim et ipsa nocte, in ipsis tenebris cum tremore Christum cœlos mihi aperientem video, ipsumque prospicientem, et in me deorsum intuentem, cum Patre et Spiritu, lumine ter sancto. Unum igitur in tribus, et in uno tria ipsum lumen plane est, et lumen unum tria, quod et plusquam sol animam meam irradiat, et mentem tenebris offusam illustrat. Si enim vidisset mens mea, ab initio vidisset. Sed cæcus eram, mihi credite, nec videbam, atque ideo miraculum magis me obstupefacit, cum oculum mentis aperiat, et quodammodo videre det, et est ipsum quod videtur. Ipse enim lumen de lumine apparet videntibus, et qui in lumine vident, ipsum rursum vident, in lumine enim Spiritus vident, qui vident, et in hoc videntes, Filium perspiciunt. Qui autem dignus est habitus, videre Filium, Patrem quoque videt. Patrem autem videns, cum Filio omnino videt, sicut et nunc, ut dictum est, in me fit. Et non intelligibilia aliquantum intelligo: et nunc pulchritudines propter lumen inaccessibile, propter gloriam non sustinendam incontemplabiles procul aspicio.

[13] I Cor. I, 19. [14] Act. VII, 55.

Attonitus fio vehementer, et tremore corripior, A ab eo, qui est in principio, ante omnia sæcula, ex
um nisi unam guttam ex abysso videam, univer- Patre, cum Spiritu sancto, Filio et Verbo Dei.
itas autem aquarum ut in gutta demonstratur, (*Deest in utroque exemplari pagina fortasse una*)...
uanam qualitate et specie sit : sicut ex fimbria et in me producunt bestias, et dracones mihi na-
)tum textum, et, ut aiunt, ex ungue leo. Sic to- scuntur, et reptilia, et sepentes, membra animæ
ım in parvo amplexans video, ipsumque illum meæ vexantes semper. Vana quippe et inanis glo-
hristum, et Deum meum adoro. Solabatur autem ria mordet me, et dentes infigit in cor meum, ex
ıe nonnihil, quod non devorarer, quod non com- quo infirmo jam et plane fracto me canes feroces
urerer, *velut cera a facie ignis*, ut dixit Prophe- exstiterunt et ferarum multitudo. Cumque jacen-
15, quia longe distarem a lumine inaccessibili, et tem invenissent, comederunt me. Deliciæ enim et
)nsisterem in mediis tenebris, et his occultarer, laudes humanæ emedullarunt et enervarunt ani-
nde velut per modicum foramen prospiciens, ver- mam meam, abstuleruntque mihi robur et alacri-
ginem patiebar. In his dum vivo, mentemque dis- tatem meam. Heu me! qui scribam omnia? Magni-
neo, et quasi in cœlum me puto suspicere, timeo- fica autem opinione de me ipso, inertia, voluptate,
ue, ne propior mihi factus me affiet, ipsum illum cura hominibus placendi, tanquam latronibus mihi
ıveni, quem Stephanus cœlis apertis vidit, et B impositis, utrinque trahentes, distraxerunt me. Et
ostea Paulus cum vidisset, excæcatus est 16, to- hæc quidem ablata sobrietate et temperantia; hæc
ım profecto ut ignem in medio cordis mei. vero opera bona, et actiones secundum Deum, ut
uamobrem miraculo tremefactus, et trepidus a seipsa profectas ostentans, mortuum me reddi-
ılde, et solutis viribus, de mente decessi, totus derunt. Dic, amabo, an non miserabile, et mise-
æsitabundus. Non sustinens autem immensam ratione dignissimum est, cum tam multæ affec-
loriam, in nocte harum notitiarum aversus aufugi, tiones, et impetus turbulenti in me repente irrue-
:tusque cogitationibus, in his velut in monu- runt, et omni virtute exutum ac despoliatum in-
ıentum ingressus, et pro lapide hoc crassissimo teremerunt, rursum me ipsum nescio, et nihil
)rpore superposito, obtectus sum, et absconditus eorum quæ mihi contigerunt agnocens, statuo me
)inione mea a præsente ubique, qui olim mor- majorem omnibus, et vacantem perturbationibus,
ıum ac sepultum me excitavit. Tremens enim, et et virum sanctum, et sapientem, eximiumque theo-
)n potis videre ejus gloriam, subire elegi potius, logum, et jure venerandum ab universis morta-
manere in sepulcro, et habitare cum mortuis, libus Sed et cum laudor, ut laudem meritus om-
vens ipse in sepulcro, quam ut igne illo com- C nes advocans, ab iis mihi honoris testimonium
ıstus funditus perirem. Ibi sedentem me despe- colligendum puto. Congregatis enim illis, ego am-
ıtum, omnino sine fine lamentari, et plorare plius intumesco, et crebro circumspicio, ne forte
)ortet, quia desirato frustratus, nunc in mo- quis absit, qui me non videat. Quod si forte quis-
ımento delitesco. Vivens autem mortuus sub piam limis oculis me aspexerit, maligner, et con-
rra, et lapide contectus, vitam inveni Deum vicior, et de illo detraho, ut et ipse, his auditis,
sum, qui vitam dedit, cui sit gloria, et honor in convitiorum meorum impatiens veniat, me salutet,
ecula. meæque fidei, mearumque precum, et charitatis
indignus appareat. Quod de reliquis omnibus dico.
Venit alius, et benedictionem meam reportat, ser-
mones et doctrinam meam auscultat. Proh stulti-
tiam meam ! Quomodo nuditatem ac miseriam
meam non cerno, et plagas non sentio, non tri-
stor, non fleo, nec sanationem quæro in nosoco-
mio jacens, nec accerso medicos ostendens vibi-
ces meas et detegens illis etiam occultas animi D
mei ægritudines, ut sicca emplastra et ustoria
imponant, quæ fortifer sanitatis recuperandæ
causa sustineam ? Sed potius addo vulnera quo-
tidie.

CAPUT XII.

s unitate omnimoda τρισυποστάτου *Deitatis; et in quibus se aliquid esse dicat, humilians se hac confessione, et arrogantiam pudefaciens.*

Quomodo, quæ aliquando in me delevisti, Deus
eus, reviviscunt, meque cruciant, et tenebras
ihi faciunt? perturbationes, inquam, iræ, et ex-
ndescentiæ, unde vapor, et caligo invadunt ca-
it meum, cæcanturque oculi intelligentiæ meæ.
tenim velut connivere et occludi coguntur, et
o spolior lumine; quod cum nemo non desideret,
ıuci tamen exquirunt. Quin etiam quos tuis ar-
ıis dignatus es, et ad materialem communionem
ım sensu non materiali, ineffabilium, et omnibus
emendorum mysteriorum tuorum admisisti, et
)distì eis ut cognescerent invisibilem in visibili-
ıs gloriam, novumque mysterium in mundo fa-
um (admodum pauci sunt, sat scio, qui hæc li-
ıido apud animum suum contemplati fuerunt)

Tu, o Deus meus, miserere mei, qui deceptus
sum et erravi; et timorem tuum insere in cor
meum, ut secundum mandata tua mundum fu-
giam, et oderim, et salubri metu contraham me
sapienter. Ne sinas, Christe, me in medio illius
oberrare vagarique; nam te solum, hactenus non
dilectum, diligo, et tua solum præcepta me serva-
turum confido, qui totus sum in vitiis, nec cogno-

15 Psal. LXVII, 3. 16 Act. IX, 8.

vi te. Quis etenim te cognovit, et mundi gloriam desiderat? aut quis te amat, et præter te aliud quærit? nempe ut omnes ad se laudandum, et admirandum advocet; aut quibusdam aduletur; aut omnium amicitias sibi conciliare studeat. Hæc nullus servorum tuorum germanorum fecit; et hoc est quod me cruciat, et in tristitiam dat, Deus meus, quia video me in his servitute subactum, nec persuaderi in alteram partem, nec humiliari possum, nec tuam solius gloriam quærere instituo, per quam demonstrer fidelis, ac servus tuus, et per quam (præcipue in vilitate et mendicitate, ac laboribus) non potentioribus modo, sed et regibus queo fieri sublimior. Flectere igitur Deus omnium opifex, ad tribuendam misericordiam animæ meæ, qui bene ut essem, dedisti mihi, et cognitionem veram largire, ut bonis tuis æternis in solis seiens et prudens inhæream, gloriamque tuam ex animo diligam et quæram, humanam ac terrenam neutiquam curem; ut tibi nunc, et post mortem conjungar, et merear regnare tecum, qui mea causa ignominiosam necem es perpessus, et omnem œconomiam implevisti. Tunc mortalibus universis ero illustrior. Amen. Ita fiat, Domine, nunc et in sæcula.

CAPUT XIII.

Ad pœnitentiam cohortatio, et quomodo voluntas carnis, voluntati spiritus copulata, hominem Deo similem reddat.

Illacrymo et compungor, cum mihi lumen fulsit videoque mendicitatem meam, et cognosco ubi sum, et qualem mundum incolam, mortalis mortalem et interiturum scilicet. Delector vero et gaudeo, quoties statum meum et concessam mihi a Deo gloriam perspicio, ac me velut angelum Domini totum indumento non materiali ornatum conjecto. Gaudium igitur largitoris et immutantis me Dei desiderium in me exsuscitat, desiderium lacrymarum fluenta protudit, et me uberius illuminat. Audite, qui in Deum, ut ego, peccatis; elaborate et currite in bonis operibus, ut comprehendatis, et complectamini iguis materia vacantis materiam (cum dico materiam, divinam tibi naturam significo) et ascendatis intellectualem animæ lampadem, ut fiatis soles in mundo collucentes et nequaquam visi ab his qui in mundo sunt; ut sitis sicut dii, totam Dei gloriam intra vos possidentes, in duabus essentiis, duabus omnino naturis, duplici functione gemina voluntate, quemadmodum Paulus clamat [17]. Alia est siquidem fluxæ carnis voluntas, alia spiritus et animæ meæ: verumtamen non triplex, sed duplex ut homo, sum. Anima mea corpori meo inexplicabili vinculo colligata est. Attamen utrumvis congruenter sua quærit, corpus, comedere, bibere, dormire; quas etiam carnis terrenæ voluntates appello. Quod postquam ab anima separatum fuerit, nihil appetit hujuscemodi: sed mortuum, sine sensu, instar luti est. Totam animæ hominis voluntatem unam esse puto. Qui ergo suam divino Spiritui conjunxerit, Deo similis evasit; Christo in pectus accepto, Christianus a Christo est, Christum formatum in seipso, incomprehensum, solum, et revera omnibus conditis naturis inaccessum plane in se continens. Sed, o natura intemerata, essentia occulta, ignota benignitas plurimis hominibus, misericordia quæ non videtur a stulte viventibus invariabilis, insecabilis, ter sancta essentia, simplex lumen, et carens specie, minime compositum, incorporeum, quodque a nulla natura capi atque comprehendi potes, quomodo, o rex, oculis humanis objectus es ut ego, cognitus ab his qui in mundo sunt, gestatus sanctæ Matris tuæ manibus, ligatus ut homicida, passus ut maleficus, dum me prorsus salvare vis, et in paradisum gloriæ denuo reducere. Hæc est œconomia tua, hæc causa adventus tui, hæc misericordia, et humanitas tua, omnibus mortalibus nobis exhibita, fidelibus, infidelibus, ethnicis peccatoribus, et sanctis. Facta est enim apparitio tua in carne communis omnium vivorum ac mortuorum salus et redemptio.

Quod autem in me perdito occulte, et seorsum ignorantia cognoscibili mihi quidem certe, aliis autem non, perfectum est, quæ lingua eloquetur? quæ mens interpretabitur? quis sermo enuntiabit, ut et manus mea litteris exaret? vero enim tremendum, tremendum est, inquam, nec satis dici potest, quod a me videtur lumen, quod mundus iste non habet. Et diligit me, qui in hoc mundo non est. Et ego in medio cellæ meæ video illum, qui extra mundum est. Super lectulo meo sedeo, et extra mundum versor. Eum autem qui semper est, et tamen genitus est video, qui cum et loquor audeoque dicere, Amo, quoniam ille me amat. Sola ejus contemplatio præclaræ mihi dapes et nutrimenta sunt; illique unitus supra cœlos scando. Et hoc verum ac certum esse scio. Ubi autem hoc corpus tum sit, nescio. Scio descendere, qui est immobilis. Scio a me videri, qui natura est inaspectabilis. Scio, qui ab omni creatura longe distat, ab eo accipi, et inter ulnas ejus abscondi, et tunc extra totum mundum me inveniri. Vicissim ego mortalis, et in hoc mundo parvus atque exiguus, intra me creatorem mundi totum aspicio: et dum intra vitam sum, totamque vitam intra me vigentem et florentem complector, me non moriturum scio. In corde meo est, et in cœlo non deest: hic et ibi a me cernitur æqualiter coruscans. Quonam autem modo intelligentia satis consequar, quo pacto hæ fiant? aut quomodo tibi enarrare potero, quæ in elligo et video? Sunt enim profecto effatu impossibilia, et universo inenarrabilia, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor carnale non ascenderunt [18]. Cru-

[17] Rom. VII, 14 seqq. [18] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

ıs ago tibi, Domine, quoniam misertus es mei donasti mihi, ut hæc viderem, et conscriberem, sterisque meis prædicarem benignitatem tuam; et nunc sacra hac doctrina imbuantur populi, bus et linguæ, quod omnium fervide pœniten- ım misereris; sicut apostolorum tuorum, et om- um sanctorum misertus es. Benefacis illis, eos noras, et glorificas, Deus meus; ut cum desi- rio multo, et timore te exquirentes, et ad te so- m mundi opificem conversos, quem decet glo- ı, honor, imperium, majestas, ut regem, et ium, ac Dominum universi, nunc et innumera- libus sæculorum ætatibus. Amen.

CAPUT XIV.

ratiarum actio ad Deum, propter dona quibus ab eo dignatus est. Præposituræ, ac sacerdotii dignitatem ipsis quoque angelis venerabilem, ac suspicienm esse.

Ego, Domine, etiamsi loqui velim, non possum. uid enim tandem loquar, cum consiliis, actioni- ıs et omnibus cogitationibus immundus sim? ihilominus vulnerata est anima mea, et intus deo, cupiens te alloqui saltem aliquantum, Deus eus. Video enim memet, quod scis, et video omodo membra omnia corporis et animæ meæ) ipso ortu inquinaverim, totus peccatum (18). Considero misericordiam, benignitatem, et ulta bona tua quæ in me operatus es, et obmu- sco, propemodumque despero, et affligor conti- enter, ac tristor infelix, quia omnibus bonis tuis dignus sum. Cum porro in meipsum descendens, ultitudinem peccatorum meorum apud animum puto, mecumque cogito, nec unum saltem opus num in vita suscepisse me, et pro suppliciis, æ ex justa ira tua sustinere debebam, ut qui te pius offendissem, plurimis potius beneficiis abs humaniter cumulatum esse, in desperationem lducor, quandoquidem adhuc quotidie errata erra- adjicio; et ne multam miserationem benignita- mque tuam ad majus supplicium mihi imponen- ım vertas formido: quoniam quo pluribus me- tis abs te ornor, eo magis ingratus sum tibi ego, ni Domini servus improbus. Omnia igitur alia commoda, Domine, patientiæ mihi erant, spem ternæ vitæ suggerantia; cujus rei causa gaude- ım sæpe, quod solus nosti, confisus clementia et isericordia tua. Ob hoc enim ex toto mundo ele- sti me, atque ab amicis cognatisque sejunxisti ut mei misertus salvares me. Hoc certa fide persuasum habens, a gratia tua gaudium carpebam inexplebile, et solida spe sustentabar. De duobus autem illis extremis quid dicam nescio, quæ tibi, Rex meus, in me fieri complacitum est, quæ animæ ac menti privationem afferunt, functionesque et intelligentias omnes impediunt. Quin et magnitudine gloriæ tuæ gravant, et ferme commovent me ad cessandum, ut nihil loquar, nihil faciam, nihil horum attingam.

Æstuo, et admirans contristor, quod ad res tales, tam sacrosanctas me dederim, ut servirem, et liturgum agerem in iis ego miser, quæ infueri libere angeli verentur; prophetæ cum timore cognoverunt, simul de gloriosa, et incomprehensa œconominia audiverunt: apostoli, martyres, et doctorum chorus clamant et vociferantur, se indignos palam prædicantes. Ego autem perditus, ego fornicator, quomodo fratrum rector, divinorumque mysteriorum sacerdos, et Trinitatis immaculatæ minister sum? Quando enim panis ponitur, et vinum hauritur ad corpus et sanguinem tuum, o Verbum, conficiendum, ibi ades tu ipse, Deus meus, et hæc vere corpus tuum et sanguis fiunt, superventu Spiritus sancti, virtuteque Altissimi, et Deum inaccessum, vel potius habitantem lucem inaccessibilem non solum huic naturæ humanæ, et corruptioni obnoxiæ, sed etiam omnibus quæ ratione intelliguntur, angelorum agminibus, audemus contingere. Hoc igitur arcanum, hoc supra naturam opus, et hæc actio, ad quam obeundam delectus sum, suadet ut mihi uti mortem, ante oculos proponam. Unde posthabita lætitia tremore concutior, cum sciam nec me, nec quemvis alium pro dignate posse λειτουργεῖν (sacrificio fungi) et vitam adeo angelicam, imo plusquam angelicam in corpore traducere: ut quemadmodum ratio docet, et veritas habet, pro eo ac dignum est, familiarior ipsis angelis Deo fiat; utpote et manibus tractans, et ore absumens, quod illi auguste venerantur, et cum tremore circumsistunt Judicium autem fratrum, quibus moderandis sum præpositus, quæ anima portaverit? quæ mens sufficiet, citra justum reprehensionem gubernare cujusque animum, et cuncta quæ sui officii sunt, sine defectione conferre, seque ipsum ab eorum censuris eripere? Hoc mihi neutiquam alicui possibile videtur. Induxi ergo in animum, et malo

(18) Humilitatis et religiosæ modestiæ sunt istæ ces; similes illi Davidicæ: *Non est sanitas in carne ea* (*Psal.* xxxvii, 4). Et *Lumbi mei impleti sunt lusionibus* (*Ibid. 8*). Inquinantur membra corporis er peccatum, quatenus sunt instrumenta hominis eccantis. Et ille homo fit totus peccatum: qui mnibus suis pœnitentiis et membris ad peccatum butitur, nimirum quando immensitatem seu exıperantiam rei alicujus denotare volumus, tum bstracta vocabula subjecto tribuimus. Ut cum aliquem ob eximium animi candorem, *totum candorem* nominatus. Quo pertinet etiam illius oratio, qui dicebat, lusciniam nihil aliud esse, nisi *vocem*. Hæc adnotaverim, ne quis ex hæreticorum grege in hunc locum incidens, exsultaret ὡς ὄνος εἰς ἄχυρα ἐμπίπτων, ratus se reperisse stabilimentum delirio suo de peccato originis etiam post baptissimum in homine remanente, eumque, ut fermentum massam, miserabiliter inficiente et corrumpente, ita ut nihil sit quod ab hac lue vacet.

esse discipulus, et sub unius voluntatem arbitriumque subjici, et unius capessere jussa, et ob hunc unum reddere rationem, quam moribus et voluntatibus servire plurium, eorumque mentes scrutari, consilia comperire, actiones et cogitationes penitius investigare ; quando et judicium me manet, et responsurus sum proiis quam peccarunt, ad quos regendos ego arcano omnino Dei consilio electus sum solus. Unusquisque enim per se judicabitur, et rationem plene reddet eorum quæ ipse seu bona seu mala gesserit. Pro unoquoque autem solus ego reddam. Et quinam salvabor, aut quomodo misericordiam impetrabo, qui neque pro una mea et misera anima possum ullum opus ullo modo ad salutem peractum ostendere, per quod ignes æternos evadam ? Sed, o benigne Salvator, misericors et miserator : mihi abjecto divinam largire virtutem, ut quos in fidem meam tradidisti fratres, eos regam verbo cum prudentia, atque ad pascua legum tuarum divinarum deducam, et in mansiones cœlestis regni restituam salvos, illæsos, virtutum pulchritudine splendidos, dignos adoratores ad terribile tribunal tuum. Et me quoque indignum e mundo assumptum. tametsi multis peccatorum notis inustum, tamen sacerdotem, et inutilem servum tuum, quo nosti judicio, choris electorum cum discipulis meis adnumera ; ut simul omnes gloriam tuam divinam videamus, et bonis tuis ineffabilibus oblectemur. Tu enim es voluptas, deliciæ, decus ardenter te amantium, in sempiterna sæcula.

CAPUT XV.

Videns gloriam Dei, quam in se operationem senseril. Divinitatem esse in omni, seu universo, comprehendique et non comprehendi ab his qui merentur. Nos esse domum David. Christum in multis membris nostris cognitum, eumdem unum atque indivisum esse.

Dum te revelas, Domine universorum, et vultus tui gloriam manifestius demonstras, totus tremo, te superne aspiciens, quantum pro humili et abjecta natura mea possum, et timore ac stupore correptus dico, Superant captum meum omnia tua, Deus meus. Sum enim immundus, et indignus omnino intueri te, purum et sanctum Dominum, quem reverentur angeli, et cui cum tremore ministrant ; cujus a facie concutitur, et contremiscit omnis creatura. Cum hæc dixi, claudo oculos, hoc est, ad inferna averto mentem meam, quia videre ac perspicere Deitatis tuæ majestatem non sustineo. Et tum lamentor, orbatus pulchritudine tua, nec fero separari abs te, qui solus es benignus. Tu vero sic lamentantem, et plorantem, totum, papæ ! circumfulges, et obstupefio, et uberius fluunt mihi lacrymæ, dum misericordiam tuam erga me perditum admiror. Tum corporis mei multam fœditatem, et miserabilis animæ meæ indignitatem video, eaque consideratione mentem perculsus exclamo, Quis igitur ego sum, o Deus, et auctor omnium ? et quid tandem feci laudabile in vita mea ; aut quodnam mandatum tuum complevi, quod tali gloria me despicabilem glorificas ? Et unde, et qua de causa miserum me die noctuque tali luce circumfundere dignatus es ? Egone aliquando sitiens quæsivi te, Rex meus, egone laboribus mandatorum tuorum defatigatus et afflictus sum ? egone tentationes et flagella pertuli, quomodo omnes sancti post hominum memoriam hæc patienter tulerunt, ut me illis adnumeratum salvum esse velis ? Quanquam mirifice humanus ac benignus es, ut parens et conditor omnium, audio tamen Jacobum dicentem [19], mortuam esse fidem sine operibus, horreoque supplicia, pro certo illic vilem homuncionem me manentia. Quo pacto igitur confidam ego, Domine, me ut fidelem ad illorum numerum aggregatum iri, qui antehac tibi servierunt, cum ipse nec unum de mandatis tuis servaverim ? Verum novi te posse omnia, facis omnia ut vis, et postremis das ut primis, et quod mirum est valde, primorum extremis primum das. Hæc cum tibi dico, tibi, inquam, conditori hujus mundi, prius supra apparenti, et rursum te occultanti, ac postea me totum radiis circumdanti, repente te totum in me perspicio exstitisse, qui ante supra videbaris, et te iterum occultaveras, sicut sol tectus nubibus tenuioribus contractisque radiis. Quemadmodum ille tum aspectui patet, et tunc melius cernitur ab hominibus · sic et tu mihi accessibilis es, latens intra me, alioqui inaccessus, oculis meis, quos intellectus novit conspectus, ut scis, paulatim crescens, majoremque lucem diffundens, et amplius coruscans. Aliquando iterum mihi inaccessus es. Quare quod comprehendi non potes, ideo te celebro, et magnis vocibus bonitatem tuam prædico, naturamque nostram glorificantem glorifico.

Gloria, o Verbum, immensæ condescensioni tuæ. Gloria misericordiæ tuæ. Gloria potentiæ. Gloria tibi, quoniam immutabilis, atque invariabilis manens, totus es immobilis, cum semper movearis, totus extra creaturam et totus in creatura, totus imples omnia et totus extra omnia. Super omnia es, Domine, super omne principium, super omnem essentiam, super naturam naturæ, super omnia sæcula, super omne lumen, super intelligentes beatarum mentium naturas : nam et illæ tuum, vel potius cogitationis tuæ opus sunt. Tu enim nihil es omnium, et superior omnibus. Nam exstantium causa es, ut omnium procreator, et idcirco separatus es, ac distas ab universis, et supra omnia quæ sunt eminere intelligeris, oculorum obtutum effugiens, inaccessus, incomprehensus, intactilis, haud intelligibilis, immutabilis, totus simplex, et tamen totus varius,

[19] Jac. II, 20.

omnino mens mea varietatem gloriæ, et deco- A lii David, semen divinum tuum omnes. Congregati
m elegantiæ tuæ perspicere nequit. Ergo qui autem in unam coalescimus domum ; id est, omnes
ı omnibus nihil est, quomodo tandem est super sumus fratres, omnes cognati tui. Et quomodo
nnia ? Qui extra omnia, et omnium Deus es, non res admiranda, quomodo non stupenda cui-
pectum, accessum, intellectum, tactum omnem vis hoc cogitanti, hoc perpendenti, quod tu no-
giens, idem mortalis factus, in mundum es in- biscum es nunc, et in sæcula et unumquemque
essus assumptoque corpore humano, apparuisti domum facis, et habitas in omnibus, et es ipse
nnibus accessibilis. Cognitus es etiam a fideli- domus omnibus, et in te habitamus unusquisque
ıs cum gloria divinitatis tuæ, et ab ipsis com- nostrum, totus cum toto, et quod quolibet vicis-
ehensus, qui prorsus est incomprehensibilis, et sim tu, cum solo solus, et supra nos solus, et
sus ab illis totus : alioqui omnibus invisibilis, totus es ? Nunc ergo in nobis augusta perpetras.
viderunt majestatem sacrosanctæ divinitatis Quæ augusta ? dicam pauca de multis. Et quam-
æ. Soli fideles vident : omnes autem infideles vis dicta hactenus, omnia plusquam obstupescenda
so te mundi lumine, cæci permanent. Fideles, sunt, tamen jam illis amplius obstupescenda ac-
ıque et tunc nunc semper te vident, et secum cipe.
habent, universitatis opificem, versantem, et B Membra Christi sumus, et membra nostra Chris-
ıbitantem cum ipsis in hujus vitæ tenebris, ut tus. Et manus mea miseri, et pes meus Christus. Et
lem inaccessum, ut lampadem inexstinguibilem, manus Christi et spes Christi ego minimus. Moveo
ıi a tenebris penitus non comprehenderis, et te manum ? etiam Christus, omnino enim manus mea
lentes semper illuminas. Quia igitur tu, ut est individuam enim Deitatem intelligas oportet. Mo-
ximus, extra omnia es, etiam abs te illuminatos veo pedem ? et ecce fulget ut ille. Cave dicas
tra ea quæ sensum oculorum movent, esse fa- blasphemare me, sed hæc approba, et Christum
s, et rursum cum Patre tuo. Et quomodo tu cum adora, qui te talem facit. Etenim tu quoque,
ic sis, sine intervallo nobiscum es totus : sic si volueris, membrum ejus fies. Et ita omnia
ıs servos tuos, in medio rerum sub sensus aspe- membra uniuscujusque nostrum membra Christi
umque cadentium versantes, educis, et sursum fient, et Christus nostrum membrum, et is omnia
nnino tecum lumine tuo illustratos tollis, et ex indecora ac deformia formosa, et decora reddet,
ortalibus immortales reddis, manentesque quod pulchritudine videlicet et gloria Deitatis suæ illa
mus. gratia tua filii, similes tibi evadimus, dii exornans ; et fiemus simul dii, cum Deo fami-
ıum videntes. Quis itaque ad te non accurrat, C liariter conjuncti, nullam in corpore nostro ma-
ıi solus es benignus ? quis te non sequatur ? quis culam aspicientes, sed toti totius corporis Chri-
ın ex charitate dicat : En, projectis omnibus te sti similitudinem consecuti, quisque totum
quimur, te compatientem. mansuetum, miseri- Christum membrum nostrum habebimus. Unus
rdem Dominum, nostram conversionem jugiter enim multa factus, unus manet idividuus ;
spectantem, nolentem interitum eorum qui te pars autem unaquæque totus Christus est (19).
fenderunt [20], qui in nobis modo stupenda perfi- Si ergo tu indutus es carnis tuæ dedecus, nec
s, quæ olim in domo David futura audientes, mentem atque animam nudatus, et tenebris oper-
iramur, qualia futura sint. Domus David nos tus lumen adhuc videre potuisti, quid tibi ego
mus, tanquam cognati illius. Nam ipse tu om- faciam ? quomodo venerationis plena ostendam ?
um Conditor, filius illis factus es, et nos filii quomodo, proh dolor ? in domum David te in-
i per gratiam. Tu cognatus noster carne, nos troducam ? Adiri enim non potest ab ignavis, ut
itatis tuæ. Indutus enim corpore dedisti nobis ego sum : nec videri a cæcis, mihi similibus ;
iritum sanctum, omnesque simul una domus et distat procul plane ab infidelibus et pigris,
ıvid facti sumus, quia proprii tui et cognati procul ab omnibus improbis, ab omnibus
i. Dominus igitur David tu in spiritu es, nos fi- mundi amatoribus, ab inanis gloriæ cupidis. Sic

[20] Ezech. XXXIII, 11.

(19) Hujus theoriæ occasionem sumpsisse vi- D tate et sunt, et fiunt, et facta sunt. quæ libero
tur Simeon ex illo I Cor. XII, 17 : *Vos autem* ore honeste effari non possumus. Nec quia nobis
tis corpus Christi, et membra de membro. Et aliquid a natura tributum est ; ideo linguæ vestis-
p. VI, vers. 15 : *Nescitis, quoniam corpora* que tegumento celari non debet. Nec satis ut
stra membra sunt Christi? Et ex aliis hujus piæ aut decentes mihi videntur illæ rerum spi-
neris ; quæ quidem omnia mystice et spirtua- ritualium considerationes, quæ mentem supra hæc
er accipienda sunt. Porro apud Simeonem se- nimis, ut sic dicam, physica non attollunt. Nec
ebatur hic disputatio de membris nostris in qui abdit, quæ natura abdi voluit ; ideo Christum
embra Christi transformatis, deque Christi non induit. Quod si quis esset, qui arbitraretur
embris in nostra conversis, quam silentio præ- Christiano, qui Christum et re et nomine indut,
mittendam, Latinisque auribus non satis di- omnia in propatulo habenda esse ; is non injuria plenior cynicismo quam Christianismo existimari posset. Verum de his tatis.
am censuimus. Si quis ejus desiderio tenetur,
codicem Augustanum aut Bavaricum adeat.
ılta honeste et decore in hac rerum universi-

autem citra comparationem distat, ut si super altitudinem cœli, aut infra profundum abyssi esset! Et quisnam, aut quo pacto in cœlum tandem ascendet? aut quomodo sub terram descendens, scrutabitur abyssos? et margaritam, ut granum sinapi parvissimum exquirens, quomodo invenire poterit? Sed, o filii, congregamini, o matres adeste, o patres prævenite, antequam mors præveniat, mecumque lamentamini, et plorate omnes, quod cum parvuli in baptismate Deum acceperimus, vel potius infantes filii Dei facti simus, cum peccassemus, mox extra domum David ejecti simus, neque id senserimus, et curramus per pœnitentiam; per eam quippe ejecti omnes regrediuntur: aliter regredi non licet, ne erretis, nec videre, quæ in ea perfecta sunt, perficiunturque in sæcula innumerabilia in Christo Deo meo, quem decet omnis gloria, honor, adoratio in sempiternum.

CAPUT XVI.

Secundum naturam Deum solum amabilem, ac desiderabilem esse; cujus qui factus sit particeps, eum bonorum universorum factum esse participem.

O quæ res ista tam venerabilis omni creaturæ? quo hoc sub intelligentiam cadens lumen, quod videtur ab omnibus? quæ istæ tantæ divitiæ, quas omnino mortalium nullus invenire aut possidere potuit? sunt enim omnibus incomprehensibiles, et a mundo capi nequeunt; sunt super orbem terrarum desideratissimæ; sunt optabiles, quantum rebus aspectabilibus earum procreator antecellit. Atque ideo ejus charitate vulneror. Quatenus autem eum non capio, mente maceror et tabesco, et ardenti corde ingemisco, et hic illic obambulans ac circumiens inflammatus quæro, nec uspiam invenio quem diligit anima mea. Circumspicio crebrius, si possim videre quem desidero. At ille quasi inaspectabilis, penitus non apparet. Cum autem cœpero lamentari quasi desperabundus, tunc se mihi videndum offert, et intuetur me qui intuetur omnia. Admiror, et insigni pulchritudine obstupesco; et quomodo cœlo aperto prospexerit inde Conditor, mihique gloriam novam et inenarrabilem demonstrarit. Et dum ego ita mecum cogito, quis tandem illi propior fiet? aut qua ratione in altitudinem infinitam elevabitur? ipsa intra me adest, et in misero corde meo coruscat, undique me immortali splendore convestiens, et cuncta membra mea irradians, totum me complectens, osculum totum impertit, et totum se mihi indigno dat, et ejus charitate pulchritudineque satior, divinitatisque voluptate et dulcedine compleor. Particeps luminis, particeps fio gloriæ, et resplendet facies mea quemadmodum ejus, qui est desiderium meum, et omnia membra mea clarescunt, speciosisque speciosor tunc fio, divitibus divitior, potentibus omnibus potentior, et regibus major sum, et honorabilior longe quibuscunque visibilibus, non terra modo et eorum quæ in terris, sed cœlo quoque et omnium quæ in cœlis sunt, omnium Opificem mecum habens, quem decet gloria, et honos nunc et in sæcula. Amen.

CAPUT XVII.

Timorem generare charitatem, et illam eradicare timorem ex anima, manereque in ipsa, cum sit sanctus divinusque Spiritus.

Quomodo hymnis decantabo, quomodo glorificabo, quomodo digne prædicabo Deum meum qui tam multa peccata mea dissimulavit? quomodo attollam oculos meos, quomodo aperiam os meum, Salvator mi, quomodo movebo labia mea, quomodo ad sublime cœlum extendam manus meas, quem sermonem inveniam, quibus verbis utar, quomodo loqui audebo, quomodo veniam flagitabo tam multi erratis, tam innumerabilibus peccatis? Certe facinora admisi omni indigna venia? nosti tu quid dicam. Omnes naturæ fines transivi, præter naturam patratis sceleribus, brutis animalibus pejor exstiti, omnibus marinis, omnibus terrestribus, pecudibus, reptilibus, feris revera deterior fui, cum mandata tua violavi. Qui igitur corpus meum ita contaminavi, et animam sordidavi, quomodo apparebo tibi, quomodo aspiciam te, quomodo vel stare miser ante conspectum tuum audebo? quomodo non fugiam gloriam tuam, et lumen fulgurans sancti Spiritus tui? Quomodo solus ego ad tenebras non vadam, et a sanctorum cœtibus non separabor, qui opera tenebrarum feci? Quomodo sustinebo vocem tuam, qui hinc ex factis meis fero mecum damnationem meam? totus horreo, totus contremisco, totus in timorem stuporemque versus exclamo ad te. Scio, Salvator, neminem perinde ut ego peccasse tibi, nec quisquam se tantis, quantis ego flagitiis involvit: quin aliis etiam auctor perditionis fui. Atqui hoc contra novi, hoc persuasus sum, Deus meus, non magnitudinem admissorum, non multitudinem peccatorum, neque turpitudinem actionum unquam benignitatem tuam, et magnam, imo vero plusquam magnam, et quam nulla ratio, nulla mens capit misericordiam tuam supergressuram esse, quam copiose in peccatores effundis, dum ferventer agunt pœnitentiam, eosque purgas, et illuminas, et luminis participes, et divinitatis tuæ consortes efficis, et cum eis haud aliter, quam cum sinceris amicis versaris, atque colloqueris.

O clementiam infinitam, o charitatem ineffabilem! Idcirco ante te in genua procido, et magno te clamore appello: sicut prodigum et meretricem ad te accedentes in gratiam recepisti, ita me recipe, misericors Salvator, pœnitentem ex animo, et lacrymas meas ut et fonte continenter stillantes non aspernatus, ablue per illas animam meæ, ablue corporis, quas ex motibus non rectis contraxi maculas. Elue quoque cor meum ab omni nequitia. Illud siquidem radix et fons pec

ti est. Nequitia mali seminatoris malum semen ic germinat, et in altum crescens, ramos pluri- os improbitatis ac vitiositatis producit. Hujus dices funditus evelle, Christe meus, et animæ que cordis mei agellum purga, et timorem tuum is insere, et da ut radices agat, ac repullulet, in sublime excrescat custodia mandatorum orum, dum in horas apponis, adhibitasque la- ymas meas fluentis scatentibus auges : quo inde igatus, maximopere incrementum capiat, et antum corroboratur et attollitur, tantum pro la parte humilitas cum eo augescat, cui turbidi otus omnes cedunt, et cum iis dæmonum pha- ix repellitur, quam virtutes universæ, ut re- iam, circumdare, et tanquam custodes, et B iicæ, et famulæ dominam comitari cernuntur. s autem congregatis, et consociatis, in medio rum velut arbor secus decursus aquarum plan- us [21] timor tuus efflorescit, et sensim mihi rem novum ostendit. Novum dixi, quoniam tura omnis secundum genus suum parit, et borum omnium semen secundum genus sunm unaquaque inest. Timor autem tuus, et florem væ cujusdam naturæ, et fructum æque novum, a se alienum exhibet. Est namque timor sua tura mœroris plenus, et a se occupatos, semper œsto vultu, centractisque superciliis incedere it, tanquam servos, tanquam multis verberibus gnos, tanquam in horas exscindi se a morte ex- ectantes ; et falcem quidem illius videntes, mo- C entum vero ignorantes ; nec spem habentes, c plenam fidem perfectæ veniæ ; sed trementes iem et judicii illius sententiam, ut incertam ani- s et memoria circumferentes. Flos igitur quem ert specie est inexplicabili ; sed minus tamen odus ejus explicari potest. Nam dum erumpit letur ; sed statim absconditur, quod nec naturale c consequens est, verum naturæ naturam nditionemve superat, naturamque omnem trans- ndit. Paulisper cernitur flos tam formosus, am verbis nullis declarari queat, et ad se con- nplandam rapit mentem meam, nec quidpiam rum meminisse sinit, quæ timor suggerit, sed nium mihi tum oblivionem inducit, et actu- m avolat. Ita arbor timoris rursum flore desti- D itur, et ego in tristitiam datus ingemisco, et te impense clamans, florem denuo in ramis nspicio, et oculis, o Christe meus, in eo solo fixus, non tunc arborem video, sed crebrius rem enitentem et me toto cum desiderio ad trahentem intueor, qui tandem in fructum aritatis consummatur ac desinit. Porro hic fru- is ab arbore timoris portari se non patitur, d bene jam maturus, absque arbore cernitur ; illo enim modo timor in charitate reperitur, et rursum sine timore in anima non progignitur hic fructus.

Vere quiddam mirabilius, quam cogitatione nedum sermone possis assequi, arborem labore cultam florescere, et fructum ferre, fructum autem totam arborem radicitus exstirpare, solumque fructum permanere. Quo pacto fructus absque arbore sit, explicare prorsus nequeo. Manet tamen et est tamen charitas sine timore, eo quo tanquam parente profluxit. Charitas igitur omnem profecto in se lætitiam continet, et gaudio jucunditateque se habentem cumulat, efficitque ut se extra mundum esse sentiat, quæ facultas in timorem neutiquam cadit. Nam cum is intra ea sit, quæ visu cæterisque sensibus percipiuntur, quomodo quæso, timentem procul ab his sejungere, et ejus sensum omnimodis cum inaspectabilibus conjungere, ac devincire ulla ratione valebit ? Cæterum flos, et fructus, quem timor generat, charitas, inquam, an hæc valeat, velim, ais, nosse perspicue. Exprimi hæc nequeunt, ut affirmavi : verumtamen adverte animum, et te docebo.

Divinus Spiritus est charitas, lumen omnia operans, et illustrans. Verumtamen non est e mundo, neque omnino aliquid mundi, me creatura, quia increatum, et extra creaturas universas, et ab omnibus separatum, increatum in medio creatorum. Intellige, fili, quid dico. Hoc increatum nunquam creari potest. Attamen si velit, etiam hoc facere potest, scilicet, ut creatura fiat. Etenim Verbum, Spiritu cooperante, et Patre ita volente, nullam sui mutationem passum, hominem induit, quique erat natura Deus increatus, modo ineffabili creatura factus est, et eo quod assumpserat deificato, ostendit mihi duplex miraculum ambabus functionibus, et voluntatibus similiter, visibilem, et invisibilem, qui teneri, nec teneri possit : et qui apparebat ut creatura in medio creaturarum omnium, ut non creatura disparebat, sicut illi putabant. At enim neutiquam evanescebat ; sed in medio omnium creaturarum sensibilium exstans Verbum, cum eo quod assumpserat copulatum, ut creatura non cernebatur. Assumptam autem creaturam celans, aut in sublime in gloriam suam, quæ intelligentiam nostram excedit, evehens, illico abscondebatur, hoc illi dicebant evanuisse Dominum ; sed rem ex se metientes plane. Creator enim omium, qui a nemine capi potest, et, ut Deus, implet omnia, quomodo aliter occultaretur ? Num Dominum de loco in locum alium translatum, et ita ab oculis apostolorum ablatum dices (20, ? Apage ne ex ignorantia in blasphemiam incidas.

Audi vero charitatis effecta, si placet, et quo-

[21] Psal. I, 3

(20) Intelligendum est hoc de Christo secundum vinam naturam ; quod planum fit ex verbis præcedentibus : *Creator enim omnium, qui a nemine capi potest, et ut Deus implet omnia quomodo aliter*

modo ea major sit omnibus, cognosces. Quibus omnibus? Num te latet illud Apostoli [22], dicentis potius esse charitatem habere, quam loqui linguis angelorum, et habere omnem omnium hominum fidem, ita ut montes transferas, nosse omnem scientiam et abditissima mysteriorum distribuere omnes facultates suas, et ipsum mendicum fieri, etiam corpus ipsum tradere propter Christum ut ardeat? Et quidem tanto major his est charitas, quod hæc, sive unum, sive omnia, sine charitate nihil penitus utilitatis afferant illis a quibus possidentur. Quare quicunque et a charitate, et ab istis enumeratis omnibus nudus est, dic mihi, ubi apparebit? quid faciet? quomodo interrogantibus se fidelem esse respondere audebit? Attendendum igitur ita loquenti de charitate. Sedeo in cella mea nocte aut die, adest, ut non appareat, et ut non cognoscatur, charitas. Et cum extra creaturas omnes, rursumque cum omnibus sit, est ignis, et est fulgor, fit luminis nebula, fit sol denique. Ut ignis, animam calefacit, et cor meum incendit, atque ad desiderium et amorem Conditoris exsuscitat. Affatim autem inflammatum, et animo ardentem, ut splendor lucidus me tota circumvolat, ac radios coruscos in animam meam jacit, mentemque illustrans, et perspicacem reddens, ad sublimitatem contemplationis idoneam facit. Atqui hic erat, quem timoris florem esse supra dixi. Viso autem splendore, et impletus gaudio incredibili, non sum lætatus quod vidissem. Sed ipse cum cœlesti me gaudio implevisset, avolavit, secumque mentem meam, et sensum, et omnem rerum mundanarum cupiditatem abstulit. Et insequens mea mens comprehendere visum splendorem desiderabat: verum non inveniebat eum creaturam, nec illi jucundum accidebat, e creaturis prorsus excedere, ut splendorem illum increati, et incomprehensi comprehenderet. Nihilominus circumibat omnia, et illum vicere conabatur. Scrutabatur aerem, cœlum obibat, abyssos perambulabat, et extrema mundi, ut videbatur, pervestigabat excutiebatque; sed nihil in his omnibus inveniebat, creata enim omnia. Et lamentabar, et lugebam, et medullitus ardebam, et veluti mente alienatas sic vivebam. Venit igitur postquam voluit, et in speciem lucidæ nebulæ irruens, totum caput meum insidere videbatur, ut obstupefactus exclamarem. At ille rursus avolans solum me reliquit; quem cum operose quærerem, iterum repente in me inventum didici, et in medio cordis mei ut lumen instar rotundi solis visus est. Cum sic apparuisset, cognovissemque, et suscepissem, globum dæmonum in fugam vertit, timiditatem imbellem repulit, fortitudinem indidit, mentem meam sensu mundano exuit, et vicissim sensu intellectuali me induit. Ab his quæ videntur me seclusit, et cum his quæ non videntur colligavit; donavit mihi increatum videre, et lætari quod a creatis, et visibilibus, et brevi pereuntibus separatus essem, et conjunctus cum increato, cum immortali, et qui caret principio, et a nemine videri potest. Ista enim charitas est.

Intendamus cursum, o fideles, laboremus festinare segnes, excitemur ignavi, ut charitatis compotes, ejus amplius fiamus participes, et ita ab his rebus abeuntes, et cum illa a visibilibus adducti, Domino assistamus: ne alioqui sine charitate in his, quæ sub videndi sensum cadunt, et in his creaturis ut creaturæ relicti, ut igne Tartareo, horribilibusque suppliciis inveniamur. Quod si etiam salvari licet, sive hac, Christe bone, quomodo tandem licet? Si a luce separemur, qui tenebras effugiemus? Si gaudio privemur, quinam tristitia liberabimur? Thalami ingressu prohibiti, quomodo lætabimur? Exclusi regno, tuo conspectu, inquam, Salvator, quam aliam salutem, quam consolationem, aut quo demum alio in loco invenire poterimus? Vere nusquam omnino, etiamsi id quibusdam insipienter videatur: insipiens est enim qui id dicit.

Occurret autem quispiam fortasse, quomodo extra regnum cœlorum, quomodo extra thalamum, et agmen justorum locus alius salutis, aut requiei non erit? Stultus es, inquit charitas, non audisti primum patrem tuum Adamum unicum mandatum in paradiso transgressum, nudatum esse divina gloria, et Evam cum ipso mox inde ejectam in exsilium, pro mercede voluptatis heu misere morte recepta, et vita sudoribus ac laboribus plena, proh dolor! juste statutis a Deo et vivendi et moriendi temporibus? Sic futurum existima, cum judicium exercebitur. Nam qui a divina gloria, ut ille revera nudus fuerit, statim a paradiso, et sane a regno cœlorum, cœlestique thalamo abigetur, quamvis peccatum non habuerit, sed virtutibus vacuus astiterit. Omnium porro virtutum prima, regina et domina charitas est profecto. Illa caput, et vestimentum, et gloria est omnium. Sine capite autem corpus mortuum, ac sine spiritu est. Corpus absque vestimento quo pacto nudum non est? Virtutes sine charitate marcidæ et inutiles sunt: et qui charitate præditus non est, a gloria Dei nudus est; et quamvis omnium virtutum compos sit, nudus astat, et nuditatem suam non ferens, occultari mavult. Nam cum sic dedecus ac turpitudinem habeat, etiam

[22] I Cor XIII, 1.

occultaretur? Ergo quando Christus ex præsentium aspectu evanescebat, non movebatur ut Deus erat localiter: etsi localiter movebatur ut homo erat; quod Simeon testatur, cum de Christo evanescente sic scribit: *Assumptam autem creaturam* (humanitatem scilicet suam) *celans aut in sublime in gloriam suam*, etc., *evehens* (eu motum localem Christi hominis) *illico abscondebatur*.

mnationem habet, et audit ab universorum ju- A
:e, non novi te. Venit in hunc mundum Creator,
rpus et animam assumpsit, deditque nobis divi-
m Spiritum, qui est charitas. Si itaque vis, et
icet tibi divinum obtinere Spiritum, crede Deo
rfecte, et abnega te perfecte similiter ; tolle
ucem sine hæsitatione in humeros, ac proposito
voluntate morere, fili, ut vitam immortalem
ipiscare. Ne te impostores fallacibus dictis suis
cipiant, morientes post mortem vitam accipere,
credulus negligenter agas, et vitæ particeps
nime fias.

Audi verba Dei, audi apostolorum, audi magistro-
m Ecclesiæ. Quid Christus in horas clamat? Flu-
na de ventre in me credentium fluent divini B
ıtis, aquæ semper viventis[23]. Quam aliam hanc
uam, nisi Spiritus sancti gratiam intelligit ?
ındos autem corde beatos nominans [24], ait hos
um hic visuros. Apostoli vero et magistri ad
um omnes c'amant, hic Spiritum sanctum, et
.ristum accipiendum, si quidem salutem conse-
turi simus. Ausculta vocem Domini, audi verbum
:rbi, quomodo regnum cœlorum jam nunc homi-
ıus accipiendum significet. *Simile est*, inquit,
etiosæ margaritæ [25]. Margaritam cum audis,
idnam cogitas ? num hanc genus lapidis esse di-
:is ? an qui teneri omnino, an qui videri ali-
antum potest ? Abi cum tua blasphemia, intelli-
ntia tantum ista margarita percipitur. Mercator
tem qui hanc invenit, qua ratione invenerit nunc C
pone. Si non est, ut manu tangi aut videri pos-
, ubi igitur iste illam reperit, quomodo vidit ?
lim mihi dicas. Quomodo etiam venditis omnibus
mparavit eam quam non invenit, quam non vidit,
am in manibus non habuit, nec in sinum immi-
? Respondebis mihi, fide sola et spe sic affe-
m iri, ac si eam haberet. Atqui non dixit Do-
nus, ut tu existimas, nec spe inveniendi, nec spe
cipiendi facultates suas vendidisse. Quid erratis?
id vana spe nitimini, et aliis quidem frustra
adentibus exitium, vobis grande supplicium vul-
struere? Sed suadet tibi, ut prius margaritam
renias, et cum, ut nimis, et immense pretiosam
ntemplatus fueris, tunc venditis omnibus emas D
m. Tu contra ais, in spe, et ostendis te nolle
ærere, nolle invenire, nolle fortunas tuas ven-
re, ut ita regnum cœlorum acquiras, quod intra
si velis, Dominus esse affirmavit.

Sed forsitan in egestate es, nec aurum, nec pos-
ssiones, aut divitias habes ; et audiens omnium
stractione facultatum inæstimabilem illam mar-
:tam emi, dicis, ego, cui nullæ sunt opes, qua
ıdem via divinam hanc et speciosam margaritam
mparare potero? Hortor itaque te, ut super hoc
pienter me audias. Si mundum universum, et
æ in mundo sunt habeas, et ea in orphanos,
luas, mendicos et egentes dispergas ac distribuas,
si ipse quoque mendicus fias, planeque par pretium
dedisse te cogites, et dicas : Date margaritam
mihi, dedi enim omnia mea, confestim audies a
Domino, quæ sunt ista tua omnia quæ dicis ? Tu
nudus egressus es de utero matris tuæ, et nudus
in sepulcrum omnino redibis, quæ igitur tua esse
jactas ? Stultus es penitus, non intelligis, nec acci-
pies margaritam, nec continget tibi regnum. Quod
si quæcunque tandem tibi sint bona consideraris,
et te pauperrimum repereris, et accedens ita eum
compellaris? Intuere nunc, Salvator, cor et animam
meam contritam, castigatam graviter, et inflamma-
tam vehementer. Aspice, Domine, nudum me; vide
egentem, ab omni virtute alienum, et in his summa
laborantem penuria, nec habentem, quo abs te
emam ; vide, et miserere mei solus patiens Deus
meus. Quid enim in hoc mundo inveniam dignum,
quod dem in pretium tui, qui fecisti omnia ? Quid
namque persolvit meretrix, quid numeravit latro?
Prodigus autem, Christe mi, quas tibi opes obtulit ?
Si hæc, inquam, dixeris, audies vicissim, imo offe-
rebant divitias, datoque quod habebant, margari-
tam toto mundo præstantiorem acceperunt. Hæc
tu quoque si vis, mihi affer, et prorsus eamdem
accipies. Cum his accede ad me, et mox tibi mon-
strabo quam illi consecuti sunt margaritam : et si
ipsam animam dederis, nihil dignum dedisse te
existimabis. Quidquid denique pro pretio persol-
veris, nihil te solvisse arbitrabere. Ego, si ad me,
ut illa meretrix, accesseris, plane habeo potesta-
tem, plane habeo margaritas, quas si mundus ac-
cipiat, et cum mundo hoc aliorum mundorum
myriades, ne una quidem margarita thesauro meo
deerit, et donabo te, sicut illam donavi. Sic te
Deus affabitur et docebit, quomodo ad se latro et
meretrix accesserint, qui per orbem terrarum fama
celebrantur : quomodo item filius prodigus, simul
ac reversus est, susceptus sit Fide porro latro
salvatus est, qui multis erat sceleribus obligatus ;
nec immerito, quandoquidem solus ipse, omnibus
me negantibus, omnibus scandalum patientibus,
in cruce pendentem, Deum ac regem confessus est,
et immortalem esse ex animo exclamavit ; idcirco
etiam ante omnes regnum est adeptus. Meretricis
autem, amorem quæ oratio consequatur ? quem
scilicet illa in corde suo gestabat, cum ad me ut
Deum ac Dominum visibilium et invisibilium ac-
cedens, eum largiter mihi, ut nemo antea offerret.
Quem videns approbavi, nec amorem illum ac-
cepi ; sed data ei margarita, reliqui ei etiam amo-
rem, vel potius amplius eum accendi, et in flammas
ingentes excitavi, eamque virginibus honestiorem
ac venerabiliorem dimisi Subito enim legem totam
ut murum supergressa, aut tanquam per scalas
supra omnes virtutes sublata, ad finem legis per-
venit, qui est charitas, et abiit, usque ad mortem
charitatem illæsam conservans. Similiter prodigus

[23] Joan. VII, 38. [24] Matth. V, 8. [25] Matth. XIII, 45.

toto ex corde reversus, sincere pœnituit et cum esset ante filius meus, non tanquam filius meus ad me adiit : sed sicut unus de mercenariis meis fieri petivit. Nec vero lingua tantum, sed et animo loquebatur, et quæ verbis dicebat, operibus demonstrabat. Humilitas ejus ad misericordiam me impulit, quem mox ditavi, et continuo gloria extuli, quoniam ex animo ad me conversum videbam, cum neutiquam (quod multi solent) mentem a me reflecteret. Hoc modo quisquis ad me venerit, et se mihi sincere prostraverit (audiant omnes mortales) confestim eum suscipiam. Qui autem gratia mea per dolum potiri vult, et cum hypocrisi seu simulatione ad me accesserit, ut improbitatem celans, aut operibus suis confidens, ut elatione, aut invidia constrictus, hic prorsus non habebit partem mecum. Hæc tibi, et universus Deus per nos in horas occinit.

Ac si placet aliunde quoque perspicuum tibi faciam, hic tibi totum regnum cœlorum accipiendum esse, si post obitum in id ingredi concupiscis. Audi iterum in parabolis loquentem. Regnum cœlorum cui simile dicam ? Attende. Simile ei grano sinapis quod homo quispiam acceptum, sevit in horto suo et comprehendit, et revera in arborem magnam se sustulit [26]. Dic tu jam qui hæc audis, quisnam est granum istuc ? quid esse illud putas ? dic libere, alioqui ego dicam. et veritatem eloquar. Certum est regnum cœlorum vocasse granum. Istud autem granum est divini Spiritus gratia. hortus cor uniuscujusque hominis ; ubi, qui accepit spiritum, serit illud et contegit, absconditque in intimis visceribus, ut nemo videat, et cum omni sedulitate custodit, ut germinet, et arbor evadens cœlo se tollat. Si tu affirmas, non hic, sed post *mortem* omnes accepturos regnum Dei, qui id ferventer diligunt, Dei ac Salvatoris nostri verba everti. Nisi enim acceperis granum sinapis, de quo dixit, nisi id in horto tuo severis, sementis expers manes omnino. Quod si etiam semen illud jeceris, et vel spinis suffocaveris, vel avibus rapiendum prodideris, aut negligentia tua hortum non rigaveris, et granum rupta tellure non prodierit, non germinaverit, non fructum tulerit, agedum, dicito quæ tibi ex hac statione proveniet utilitas ? Quando autem, et quo alio tempore si non hic, semen accipis ? Post mortem, inquis. Sed aberras ab eo quod est rationi consentaneum. Interrogo te, quoniam in horto tunc istuc granum terræ absondes ? quonam labore colas, ut eliciatur inde herbescens ex eo viriditas ? Vere mi frater, deceptus, et plenus erroris es. Hoc enim tempus operum, futurum, coronarum est. Hic tu arrhabonem seu pignus accipe, dixit Dominus ; hic sigillum seu notam cape ; jam modo animæ tuæ lampadem accende, priusquam contenebret, priusquam claudantur portæ obeundorum operum. Si sapis, hic tibi magarita sum, hic emor. Hic tibi triticum, et velut sinapis granum sum. Hic tibi fermentum sum, et massam tuam fermento. Hic tibi aqua et suavis ignis sum. Hic et vestimentum et alimentum, et omne genus potionis tibi sum, si modo tu vis. Dominus hæc dicit. Si igitur ita ex caducis rebus, et talem me cognoveris, etiam tibi talem me habebis, ut ineffabili ratione fiam tibi omnia. Sin hinc emigraris, ignorans quid operetur gratia mea, illic me tantummodo judicem inexorabilem invenies. O Christe meus et Deus meus, ne me tunc condemnes, neve pœnis subjicias. qui multis te peccatis offendi, sed me ut unum de infinis tuis mercenariis suscipe ; et dignare me posthac servire tibi, Salvator mi, et Spiritum sanctum tuum pignus regni accipere, et in thalami tui gloria perfrui, videntem te Deum meum in omnem æternitatem. Amen.

CAPUM XVIII.

Qualem oporteat esse monachum, quæ ejus actio, et qui accensus.

Animæ tuæ domum fac palatium, quod Christus universorum rex inhabitet : fac autem lacrymis stillantibus, ejulatibus, lamentationibus, genuum flexionibus, et crebris gemitibus, si monachus vere μονάζων esse vis. Tunc non eris μονάζων, id est, solitarius, nam cum rege versaberis : eris autem μονάζων secundum nos, ut qui ab hominibus et mundo universo separatus sis, quod est legitime μονάζειν : Deo autem et regi conjunctus, non μονάζων, sed omnium sanctorum socius, angelorum convictor, justorum contubernalis, et revera omnium cœlestium cohæres effectus es. Quo igitur pacto μονάζων, qui ibi vitam ducis, ubi celebritas martyrum, ubi chorus prophetarum et divinorum apostolorum, ibi innumerabilis justorum, episcoporum, patriarcharum, aliorumque sanctorum frequentia ? Qui vero etiam Christum in se habitantem gerit, dicite mihi, quomodo hic solus esse dici potest ? Nam cum Christo meo una est Pater, et Spiritus sanctus. Et qui tandem solus, qui tribus, ut uni copulatus est ? Non est solus, qui Deo est unitus, etiamsi solus est, et quamvis in solitudine, et in antro degat. Quem si non invenit, si non cognovit, si non accepit totum incarnatum Dei Verbum, heu me ! neutiquam et monachus : sed μόνος solus, a Deo separatus, et sejunctus videlicet. Quin etiam singulari nostrum, qui hoc animo sumus, ab aliis hominibus omnino dissociati, et omnes orphani ac desolati sumus, tametsi habitatione conjungi videmur, et multorum aggregatione inter nos misceri. Animo enim et corpore sejuncti sumus, quod esse verum mors ostendit, unumquemque ab amicis et cognatis divellens, et qui nunc diliguntur, eorum omnium oblivionem afferens. Sic et nox, et somnus, et actiones vitæ, consuetudinem multorum, ut consentaneum est, dissolvunt. Qui autem per virtutem cellam suam cœlum fecit, et in

[26] Matth. XIII, 31.

sedens Creatorem cœli et terræ considerat, et
det et odorat, et semper est cum lumine inac-
sso, lumine sine occasu, lumine sine vespera,
quo non divellitur, procul omnino non remove-
r, non die, non nocte, non in cibo, non in potu,
d nec in somno, aut itinere, aut in mutatione
ci ; sed ut vivus, ita mortuus, imo, ut clarius
cam, animam prorsus in sempiternam illi adest.
nomodo enim sponsa a sponso, aut vir ab uxore,
ii colligatus est semel, sejungi possit ? Legislator,
do legem non servabit ? Qui dixit, *Et erunt duo
carne una* [27], quomodo cum ipsa spiritus unus
on erit ? In viro enim mulier, in muliere vir, et
ima in Deo, et Deus in anima unitur, et cogno-
itur in sanctis omnibus.

Sic uniuntur Deo, qui per pœnitentiam animas
as in hac vita purgantes monachi fiunt, semoti
aliis, quique sensum Christi accipiunt, cujus et
sunt et lingua a mendacio aliena est, cum qua
atrem omnipotentem alloquuntur, et clamant
mper : O Pater, o Rex, et Conditor omnium.
orum cella cœlum est, ipsique sol, et lumen est
ipsis nunquam occidens, ac divinum, quod et
nnem hominem venientem in hunc mundum, ex
piritu sancto renatum illuminat [28]. Nox enim
on est in illis, nec quo in modo fiat, dicere queo.
orreo enim dum hæc tibi scribo, et cogitatione
sa tremisco : sed doceo te, quomodo et qua ra-
one vivant, qui Deo serviunt, et illum præ om-
ibus inquisitum, solum invenerunt, solum dilexe-
nt ; quomodo soli per monasticum statum uniti,
m solo soli, quamvis in frequenti populo, sint
asi relicti. Hi enim revera sunt monachi, et soli
ονάζοντες, qui cum solo Deo, et in Deo soli, nudi
gitationibus et omnigenis animi agitationibus :
lum intuentur Deum apud animum, cogitantes, nec
gitantes infixi nimirum in lumine, quemadmodum
lum in pariete, aut stella in cœlo, aut nescio quo alio
odo. Verumtamen ut quemdam lucidum thala-
um habitant cellas suas, et se in cœlo arbitran-
r vivere. Num autem vere habitent, considera,
fidem habeto. Non enim sunt in terra, quamvis
rra teneantur ; sed in lumine venturi sæculi vi-
nt, in quo habitant et inambulant angeli, a quo
piuntur Principatus et Potestates, Throni et
ominationes omnes confirmantur. Et quanquam
eus requiescit in sanctis suis, tamen in Deo
ncti vivunt, et moventur, ambulantes in lumine,
elut super pavimento. Miranda res, tanquam an-
eli, et filii Altissimi post mortem erunt, dii cum
eo viventes, cum eo qui natura est, hi qui per
doptionem similes ei facti sunt. Hoc tantum nunc
li cedunt, quod corpore vincti tenentur, eoque,
eu velantur, et obteguntur, ut qui in carceribus
incti custodiuntur, qui solem, et radios ejus per
ramen ingredientes perspiciunt quidem, ipsum
utem totum videre, et speculari custodia egressi

A non possunt, nec exserto capite libero cæli aspectu frui. Atque istud est, quod illos angit et contristat, quod Christum totum non vident, tametsi totum vident : nec e vinculis corporis se expedire queunt, etiamsi perturbationis, et omni rerum affectu vocent : sed a multis liberi ac soluti, ab uno retinentur. Alius enim multis vinculis constrictus est, nec ab illis multis se solutum iri sperat. Qui autem vincula plurima abrumpere potuit, et adhuc ab uno impeditur, plus aliis dolet, et ab illo quoque ut eximatur, studiose dat operam, ut liber appareat, ut gaudens incedat, ut cum festinatione ad eum proficiscatur, quem desideravit, cujus causa item vinculis exsolvi contendit.

B Illum igitur singuli solum expetamus, qui nos levare istis vinculis potest ; illum exoptemus, illum, cujus pulchritudine omnis cogitatio et mens obstupescit, quæque animam omnem vulnerat, et quibusdam aliis ad charitatem subvehit, et cum Deo in omne ævum consociat atque conglutinat.

Eia, fratres mei, ad hunc actionibus currite. Eia amici, exsurgite. Ne posteriores ferre velitis. Ne vos nimium amantes, nobis obloquamini. Ne affirmetis impossibile videri Spiritum sanctum accipere. Ne dicite, absque ipso salutem posse dari. Ne dicite, quemquam hujus inscienter esse participem. Ne dicite, Deum ab hominibus non videri. Ne dicite, homines divinum lumen non videre ; aut id his temporibus fieri non posse Ne-
C quaquam ita est, amici ; imo volentibus etiam facile est : sed iis qui vitam a perturbationum tumultibus vacantem et sedatam agunt et quibus puri mentium oculi. Aliis peccatorum immunditiæ cæcitatem pariunt, quæ et hic et illic divino eos lumine privabunt, et mihi credite, in ignem et tenebras mittent. Videte, amici qualis, quam pulcher, sit Dominus. Eia, ne conniveatis animo, ad terram ascipientes. Eia, ne curis terrenorum negotiorum et opum, et cupiditate gloriæ occupemini, ut hoc lumen vitæ æternæ relinquatis. Agite, venite, amici, mecum, et una, non quidem corpore, sed anima et corde elevemur, in humilitatem bono Domino acclamantes, misericordi, et soli benigno Deo, et omnino exaudiet, omnino miserebitur, et
D omnino revelabitur, et omnino se patefaciet, et lumen suum lucidum nobis ostendet. Quid gravamini miseri quid pigramini ? Quid requiem corporis, et gloriam inhonoram et ingloriam, inanem et vanam mavultis ? Quid vitam virtuti deditam esse otiosam, et vacare sollicitudine dicitis ? Non ita est, fratres, non est, ne erretis. Sed quemadmodum qui vitam sæcularem agunt, habentque uxores, et liberos, et divitias, ac temporalem gloriam appetunt, studium adhibent, et currunt, ut opinioni suæ satisfaciant : ita quoque omnis pœnitens, et Deo serviens festinare debet, et in continua sollicitudine versari, quomodo ejus pœni-

[27] Gen. II, 24. [28] Joan I, 9.

entia fiat acceptabilis perfectaque, et Deo placita servitus, Tum Deo ex his penitus familiaris. penitus ei unitur, ipsumque ante oculos intuetur; quantumque voluntati ejus morem gerere contendit, tantum sibi apud eum fiduciam ac libertatem sumit; quod utinam et nos facere mereamur, et misericordiam impetrare cum omnibus sanctis, nunc quidem quantam in hac vita assequi licet, illic autem Christum totum, ac totum Spiritum in Patre consequamur in sæcula sæculorum Amen.

CAPUT XIX.

De intellectuali revelatione functionum divini luminis, deque divina, et quæ animo cernitur actione illius vitæ, quæ cum virtute transigitur.

Sinite me solum, cellæ meæ iuclusum : dimittite me cum Deo, qui solus est benignus ; absistite, longius vos removete ; sinite me solum mori coram Deo, qui finxit me. Nemo ostium pulset ; nemo vocem mittat ; nemo cognatorum amicorumque me visat, nemo mentem meam a contemplatione boni ac speciosi Domini abstrahat ; nemo mihi cibum porrigat ; nemo potum afferat : sufficiet enim mihi emori in conspectu Dei mei, Dei misericordis, Dei benigni, qui in terras descendit, ut peccatores vocaret, et secum in eos in vitam cœlestem perduceret. Nolo lucem mundi hujus, nec ipsum solem, nec quæ in mundo sunt, videre amplius. Video namque Dominum meum, video regem, video verum lumen, et cujusque luminis creatorem. Video fontem omnis boni. Video auctorem et causam rerum omnium. Video principium principii expers, a quo producta sunt universa, et per *quem* vivunt alimentoque implentur omnia ; et *cujus* voluntate deficiunt ac desinunt omnia. Quomodo igitur eo deserto cellam meam egrediar ? Sinite me, et lamentabor, et deplorabo noctes et dies, quos perdidi, dum intueor mundum hunc, intueor solem, intueor lumen mundi hoc sub sensum cadens, et caliginosum, quod animam haud illuminat, citra quod etiam oculis capti vivunt, et cum hinc morte discesserunt, nunc videntibus pares erunt ; in quo et ego vagabundus lætabar omnimodis, ac prorsus aliud lumen esse non putabam, quod et vita esset, ut diximus, et causa essentiæ omnino tum ejus quod est, tum ejus quod erit : eramque velut ἄθεος, cum ignorarem Deum meum. Nunc autem postquam complacuit ineffabili misericordiæ videri a me et revelari mihi indigno, vidi et vere cognovi, ipsum Deum universorum esse, Deum omnium quæ in mundo sunt, quem nemo hominum vidit ; extra mundum quippe est, extra lucem ac tenebras, extra aerem, extra mentem ac sensum omnem. Quare ego quoque eum videns, a sensibus abii. Ergo vos quibus sensus imperant, me missum facite, ac sinite me non solum cellam occludere, et intus sedere ; sed si vel effosa humo me abscondero, et ibi vitam extra mundum totum vixero, aspiciensque immortalem Conditorem ac Dominum, ejus amore mori voluero, sciens me utique non morituram. Quid igitur commodi mundus mihi attulit ? et quid nunc lucri referunt, qui in mundo degunt ? Profecto nihil ; sed nudi in sepulcris habitant, resurgentque nudi, et judicabuntur omnes ; quia veram vitam, quia lucem mundi, Christum inquam, relinquentes, dilexerunt tenebras, et in ipsis ambulare elegerunt omnes, qui lucem non receperunt, quæ fulsit in mundo, quam mundus non capit, nec videre potest [29]. Quocirca relinquite, sinit me solum, obsecro, ut fleam et requiram hunc, ut detur mihi videaturque a me largiter. Non enim videtur tantummodo, non solum spectatur ; sed communicatur etiam, et incolit, et manet, et est tanquam thesaurus in sinu absconditus : quem qui portat, voluptatem percipit, et qui videt, gaudio exsultat existimatque eum quamvis occultatum cerni ab omnibus. Sed plane non cernitur, nec attingitur ab omnibus, Non hunc fur, non latro surripere atque auferre potest, quantumvis portantem jugulaverit. Si rapere voluerit, quærendoque excutiat marsupium, scrutetur tunicam, cingulum solvat, eumque libere indaget ; si etiam dissecto ventre rimetur viscera, invenire ac tollere neutiquam poterit. Nam oculorum obtutum effugit, et manibus non tenetur. Et cum sit contrectabilis omnino, simul est intrectabilis. Verumtamen tenetur manibus eorum, qui hoc digni sunt (indigni ab hoc facessite), jacetque in manu quiddam, o miraculum ! et non quiddam, nomen enim non habet. Attonitus igitur, et hoc cupiens retinere, constringens manum, visus sum tenere et habere, vidique rursum in ea, quod prius, o ineffabile miraculum ! o inusitatum mysterium !

Quid frustra omnes turbamur, quid decipimus, quid ad lumen hoc quod sensui subjicitur hiamus, qui sensu intellectuali, nempe ratione condecorati sumus ? Cur ad res vitæ hujus caducas et perituras respicimus, qui anima incorporea et immortali sumus prædiți ? Quid ista admiramur nos stupidi penitus, et, instar cæcorum, pondus ferri et magnam hanc placentam medico auro aut pretiosæ magaritæ, ut rem æstimatione majorem, anteferimus : nec parvum sinapis granum quærimus, quod omnibus quæ oculis usurpantur, quæque sub aspectum non veniunt, majus atque præstantius est ? Cur non damus omnia, et comparamus illud ? et cur hoc destituti in vita manere volumus ? Credite mihi, si vel sæpius mori liceret, ut istud parvum granum acquireremus, non esset recusanda conditio.

Væ illis, qui id in sinu animæ satum non habent, vehementer utique esurient. Væ qui id ger-

[29] Joan. III, 16 seqq.

ıinasse non viderunt, quoniam nudi, ut arbores
ɔliis viduatæ, stabunt. Væ qui verbis Domini fidem
on commodant, ut hæc arbor fiant, et ramos
mittant, studiosaque et attenta mente quotidia-
um istius parvi grani incrementum curent ; nam
jus efficientiæ detrimentum facient, sicut servus,
ui stulte talentum defodit [30]. Quorum de numero
go quoque sum, negligens, et cessans assidue.

Sed, o individua Trinitas, o inconfusa unitas, o
ımen innominatum ut prorsus carens nomine,
rursum multorum nominum ut operans omnia,
una gloria, principium, potentia, regnum, o lu-
ıen, una voluntas, sententia, nutus, vis et virtus,
ıe afflictum pie miserare. Qui enim non affligar,
ui non mœrorem concipiam, qui tantam bonita-
ım et miserationem tuam contempsi, qui viam
andatorum tuorum tam segniter et remisse, et
ıprobe, infelix ambulavi ? sed et nunc commo-
ɔantur viscera tua, et nunc misereremei, et æstum
ırdis mei denuo accende, Christe meus, quem
iseræ carnis meæ dissolutio exstinxit, et so-
nus, saturitas ventris, et vini ingurgitatio, hæc
tam animæ meæ flammam exstinxerunt, et fon-
m, scaturiginem scilicet lacrymarum, exsicca-
nt. Etenim calor ignem generat, ignis vicissim
lorem, et ex ambobus flamma accenditur, et fons
crymarum. Flamma producit fluenta ; fluenta au-
m flammam, in quibus me divinorum mandato-
m meditatio provexit. Rursum præceptorum
servatio pœnitentiam ut adjutricem assumens,
medio præsentium ac futurorum me constituit.
ıde repente abreptus a visibilibus, timore cor-
ptus sum, cernens unde servatus essem. Futura
tem longissime distantia videbam, et illa mihi
mprehendere desideranti, ignis amoris accensus
t, qui paulatim visus est flamma modo inexpli-
bili, prius quidem in mente mea, post etiam in
rde, flammaque illa divini desiderii expressit
rymas, et cum eis incredibilem mihi suavitatem
ebuit. Confisus igitur in meipso, prorsus haud
stinctum iri (pulchre enim ardet dicebam) et
sidiæ me dedens, somno et saturitate insipien-
subjugatus sum, et remissius vivens, vinoque
eraliter usus, non quidem ut inebriarer, sed ut
eram tamen, illico exstinctum sensi illud mirum
venerabile desiderium nempe cordis mei, illam
nmam, quæ ad cœlum pertingebat et in me ar-
ɔat quidem vehementer : non tamen fenaceam
ra viscera mea substantiam exurebat ; sed totam,
um dictu ! in flammam convertebat, et fenum
igne tactum, penitus non ardebat. Imo vero
is fenum comprehendens, illi uniebatur, to-
ıque inconsumptum custodiebat.

) divini ignis virtutem, o novam efficacitatem!
dissolvis petras, et colles a solo timore, et a
e tua, Christe Deus meus, quomodo feno
ımiceris tu, plane divina essentia, qui in lu-

A mine penitus intolerabili habitas ? Quomodo ma-
nens immutabilis, et omnino in accessibilis, feni
substantiam ita custodis, ut non comburantur ? Et
manens fenum lux est, non autem lux fenum
est ; sed feno tu lux citra confusionem es unitus,
et fenum fit ut lux, mutatum immutabiliter. Non
queo hæc tua miranda silentio tegere : non pos-
sum non loqui œconomiam tuam, quam fecisti
mecum, qui sum prodigus et fornicarius, et
benignitatis tuæ inexhaustum thesaurum non
enarrare omnibus nequeo, mi Redemptor. Desi-
dero enim mundum universum ex hoc lucem
accipere, et neminem prorsus ea vacuum relinqui.
Verumtamen in me primum fulge, o rex omnium ;
B incole, et illumina abjectam animam meam,
ostende mihi aperte Deitatis tuæ faciem, et omni-
no invisibiliter appare mihi, Deus meus. Nullo
enim modo videris a me, omnino tamen appare
mihi. Qui ab universitate capi non potes, vere
parvus quodammodo fis in manibus meis, et labiis
meis ut uber lucidum, et dulcedo versaris et
coruscas, o novum mysterium, ita et nunc da te
mihi, ut te satier, ut osculer, et amplectar tuam
gloriam inenarrabilem, lumen vultus tui, et im-
plear, et aliis omnibus communicem, et obita morte
to us glorificatus ad te veniam. Ex lumine tuo et
ego lumen factus tibi assistam, et tunc curis mul-
torum malorum expeditus, etiam timore liberabor,
ne rursus immuter. Etiam, Domine, da mihi hoc ;
C etiam largire mihi hoc, qui indigno mihi omnia
cætera gratis dedisti. Hoc enim maxime opus est,
et in hoc sunt omnia. Nam etsi nunc a me videris,
etsi nunc quoque misereris, etsi nunc illuminas
me, et mystice doces, et potenti manu tua prote-
gis et custodis, et ades, et dæmonas in fugam
vertis, et omnia mihi subjicis, et omnia mihi sup-
peditas, et imple me bonis omnibus, Deus meus,
tamen nihil ex hominibus his proficio, nisi mihi
citra pudorem fidei deris præterire portas mortis :
nisi princeps tenebrarum venieus gloriam tuam
mihi adesse viderit, et erubuerit, adustus lumine
tuo inaccesso, et omnes in adversariæ potestates,
visa nota sigilli tui, cum ipso in fugam conver ten-
D tur, et ego gratia tua confisus transibo intrepidus,
tibique appropinquabo, et ante te procumbam,
quem referam fructum ex his quæ nunc in me
fiunt ? Revera nullum, sed ignem in me amplius
accendent. Qui enim me bonorum tuorum, et æter-
næ gloriæ tuæ participem, et servum atque ami-
cum tuum fore confido, si privabor simul omni-
bus, et te ipso, Christe meus, quomodo non gra-
vius tribulabor, qua infideles, qui te non cogno-
verunt, nec splendorem luminis tui viderunt, nec
dulcedine tua saturati sunt ? Quod si mihi contı-
gerit assequi arrhabonem horum, hanc pensionem,
et hæc præmia adipisci, quæ in te credentibus
promisisti, tum ego quoque beatus ero, et laudabo

0 Matth. xxv, 25.

Patrem, Filium, et Spiritum sanctum unum vere Deum in sæculorum sæcula. Amen.

CAPUT XX.

Solum iis perspectas, et manifestas esse res divinas, quibus per communionem sancti Spiritus totis totus unitus est Deus.

Undenam venis, et quinam in cellam undique clausam ingrederis? hoc novum quiddam est, quod nec dici satis nec cogitari potest: intra me autem esse te, et totum repente lucere, luminosumque cerni, ut lunam totam lucidam, hoc mihi mentem et lingua eripit, Christe meus. Scio te esse, qui venisti, ut illuminares sedentes in tenebris[31], et obstupesco, nec apud me sum; nec fari queo; quoniam miraculum novum video, quod omnem creaturam, omnem naturam, omnem sermonem exsuperat. Verumtamen proloquar nunc omnibus, quæ mihi donasti proloqui.

O mortales universi, reges, principes, divites, pauperes, monachi, mundani, omnis terrigenarum natio, mihi modo aures date, dum magnitudinem benignitatis Dei mei edissero. Peccavi ei, ut alius in orbe terrarum nemo. Ne quis me istud ex animi demissione arbitretur dicere. Peccavi plusquam omnes mortales, peccati omne genus, ut uno verbo dicam, et sceleribus me astrinxi. Verumtamen vocavit me, et exaudivit statim, quod scio, At enim quo tu me ab ipso vocatum esse suspicatus es? num ad gloriam mundanam, aut delicias, aut remissionem et ferias? Num ad divitias, aut amicitiam principum, aut ad eorum aliquid, quæ in hac vita sunt? Mitte male loqui. Ad pœnitentiam me vocavit, inquam, statimque vocantem secutus, et cursu currentem fugientemque, ut leporem canis, insecutus sum. Distante autem a me longius et abscondito Salvatore, non adhibui desperationem in consilium, nec ut eo amisso pedem retuli: sed in quo eram loco sedens lamentabar, flebam, ablatumque e conspectu meo Dominum revocabam. Cum sic jactare et vociferare, se oculis meis reddidit, mihique proxime appropinquavit. Quem cernens exilui, et ad eum apprehendendum prosilui. Verum ille celeriter se proripuit. Ego currere incitatius, et sæpe ejus laciniam prehendere. Ille consistere paululum; ego lætari mirifice. Avolat denuo, insequor denuo. Et cum ita abiisset qui venerat, occultasset se qui apparuerat, non me retro converti, nec me tantillum piguit, nec de cursu remisi, nec me ab illo deceptum, aut tentatum existimavi ullo modo; sed quem non amplius videbam, quantis valebam viribus, et omni facultate mea cœpi exquirere, viasque et sepes circumspicere, sicubi appareret. Obortis autem complebar lacrymis, et omnes percontabar, qui aliquando ipsum vidissent. Quos porro a me putas intelligi? An hujus mundi sapientes, et scientiis excultos? Minime sane; sed prophetas, apostolos et Patres vere sapientes, illam ipsam sapientiam totam possidentes, quæ est Christus ipsemet Dei sapientia. Hos igitur lacrymans, cum incredibili dolore cordis mei rogabam, ut dicerent mihi, ubi tandem ipsum vidissent, aut quo in loco, aut quomodo, et qua ratione. Certior ab iis factus, currebam quantum poteram, et somnum penitus excludens, mihimet instabam. Unde contigit ut viderem quem desiderabam, sed mediocriter, et recognoscens eum, celeri cursu, ut ante dixi, insequebar. Postquam itaque vidit me omnia ducentem pro nihilo quæque in mundo sunt, et ipsum mundum, et homines hujus mundi quasi non exstarent, reputantem ex animo et a mundo separatum, in hac affectione mea totus toti mihi se conspiciendum præbuit, totusse mecum conjunxit; qui extra mundum est, eumque cum omnibus quæ in eo sunt porta, et manu sola quæque cernuntur quæque non cernuntur continet. Ergo hic, audite, cum ocurrisset, invenit me; unde venerit, nescio. Quomodo enim nosse poteram, cum nemo hominum unquam noverit nec unde venerit, nec ubi sit, ubi pascat, ubi cubet? Prorsus enim non videtur, prorsus non intelligitur, et habitat lucem inaccessibilem, et lux est in triplici hypostasi, modo inexplicabili, in locis incircumscriptus, nullis finibus ac terminis inclusus, et circumscriptus Deus meus, unus Pater, similiter unus Filius cum Spiritu sancto, unum tria, et tria unus Dei ineffabiliter. Non enim sermo expresserit, quibus verba nulla sunt paria, et quæ mens parum assequitur.

Certe quæ in nobis sunt, vix ea tibi aliquantum explicare queo: hæc autem divina nec ego, nec allus alius ulla ratione: quo pacto videlicet Deus segregatus ab omnibus essentia, natura, potestate, gloria, et quomodo ubique in omnibus, singulariter vero in sanctis habitet, et in his tabernaculum sibi constituat, ita ut idipsum cognoscant, et essentialiter, qui penitus essentiam omnem excedit: quo pacto contineatur humanis visceribus, qui omnem creaturam ipse continet: quo pacto fulgeat in corde carnali atque crasso: quomodo intra illud sit, quomodo extra omnia sit, et tamen impleat omnia. Dic noctuque splendet, et non cernitur. Hæc omnia, dic mihi, ecquid mens humana penetrabit, aut explanare tibi poterit? Profecto non angelus, non archangelus exponere verbisque declarare hæc valebit, quæ solus Spiitus divinus cognoscit, solus scit: quippe ejusdem naturæ thronique socius, et simul cum Patre, ac Filio principii expers. Is quibus fulserit, et abunde copulatus fuerit, illis omnia re ipsa ostendit, modo quo dici non potest. Quemadmodum enim cæcus, si aspiciat, primum videt lumen, deinde in lumine, mirum dictu, omnem creaturam: sic cœlesti Spiritu illustratus animam, statim lumen participat, et lumen videt, lumen Dei, et

ieum omnino, qui ei monstra omnia, vel potius mnia quæ jubet, quæ vult, et cupit. Quos illumiat, iis dat intueri quæ sunt in divino lumine ; ac ro portione claritatis et custodiæ mandatorum ei illuminati cernunt, occultorumque Dei mysteiorum altitudine initiantur. Perinde ut si quis in omum tenebrosam manu lampadem tenens, aut io cum lampade præcedente ingressus, omnia uæ illic sunt aspiciat. Nam similiter radiis solis ıb intelligentiam cadentis clare illustratus, ab mnibus aliis ignorata videt, et loquitur : imo on omnia, sed quæ verbis consequi licuerit. Quis ıim quæ illic sunt, qualia, quanta, cujus generis nt, cum incomprehensa et invisibilia sint uniersis, oratione expresserit ? Speciem namque ecie carentium, quantitatem non quantorum, ılchritudinem non intelligibilium quis intelliget? omodo metietur quomodo formas formam non ıbentium ullaratione verbis proferre, et sermone escribere poterit? Respondebis, omnino non osse. Sed illi tantummodo hæc norunt, qui vident.

Quod cum ita sit, non verbis, sed factis efficere stinemus, ut videamus, divinorumque arcanorum vitias discamus, quas donat Dominus cum labore quirentibus, et quos totius mundi oblivionem, rumque illius omnium sibi comparasse certum t. Etenim qui illa exquirit, totoque animo conctatur, qui tandem omnium prætereuntium ac bentium memoriam vero non ejiciet, et ab iis entem nudatam possidebit, et mox superior omnis, et solus invenientur ? Quem Deus, qui solus t, propter se solum factum, ac mundum, munmaque aspernatum conspiciens, solus solum veniens, cum eo unum fit. O venerandam œcomiam, o bonitatem inexplicabilem ? Quæ hinc quuntur, ne interroga, ne scrutare, ne exquire. ım si stellarum multitudinem, aut pluviæ guttas, t arenas numerare, quin et reliquarum creaturum dignitatem, elegantiam, naturam dispositiom et ordinem, et harum causas ut sunt, nullus ere aut cogitare potest, quomodo misericordiam eatoris effari poterit, quam exhibet animabus ctis, quibuscum unitus fuerit ? Prorsus enim as conjunctione sua quadam divinitate impertit. ıi tum sint mores animæ deificatæ quæ natura, æ affectio, quæ voluntas, qui demum status, et nditio, qui narrare tibi vult, is etiam sermone scio quo quid Deus sit, docere te contendit. rum hæc indagare fas non est mundanis, aut undum carnem viventibus, sed fide sola amctenda sunt ; imitanda exempla sanctorum omım, et in lacrymis ac pœnitentia, et reliqua steritate vitæ, tentationibusque sufferendis curıdum, ut mundum evadant, quod supra tetigiıs, et omnia, ut aiebamus, sufficienter invenient. stupescent autem eo invento, et admirabuntur, pro me misero supplicabunt, ne hæc amittam : sed ea ipsa assequar, quæ assequi desiderabam, et desidero, desiderioque desiderium obfusco, et hebeto. Et cum audierim aliquando, desiderium accendere desiderium ; et ignem alere flammam, id in me non experior : sed nescio quomodo amoris magnitudo amorem meum exstinguit.

Non dicam quantum vellem dicere, et puto nequaquam amorem Dei me acquisivisse. Dum autem insatiabiliter amare studeo quantum volo, etiam quo præditus eram, mira res, amorem Dei perdo. Ut avarus homo, qui thesaurum habet, quia non omnia habet, plane nihil se habere putat, quamvis auri plurimum habeat : sic sane in mea causa infelix ego puto accidere Quia non amo ut volo, et plane non quantum volo, non arbitror me amare vel aliquantum. Amare igitur quantum volo, amor supra amorem est, et cogo naturam meam supra naturam amare. Infirma autem natura et ipso quod possidebat robore spoliatur, et moritur mirabiliter vivens amor ; magis enim tunc vivescit, et in me florescit. Ut tibi declarem quemadmodum floeiat, exemplis careo. Hoc solum accipe, verbis hæc affari posse neminem. Qui solus Deus, et talium bonorum verus suppeditator est, det omnibus per pœnitentiam hæc exquirentibus, lugentibus, et lamentantibus, et bene purgatis adipisci, et cum jucundo sensu his perfrui, et cum his peregrinationem suam conficientibus, et in iis quiescentibus vita æterna potiri, et consortes gloriæ ineffabilis per ea inveniri.

CAPUT XXI.

Ad quemdam discipulum. Animas pœnitentia, et fletibus purgatas cum divinus ignis sancti Spiritus afflaverit, eas complecti, et purgare amplius, partes earum propter peccatum obscuratas illuminare, et sanatione vulnera ad perfectam cicatricem perducere, ut divina pulchritudine supra modum corruscent.

Vere ignis et divinitas, ut dictum est a Domino, quem ut in terras mitteret, idcirco venit [38]. Sed in quam terram ? cedo. In omnes homines, qui terrena sapiunt, quem voluit, et vult adere in omnibus. Audi mi fili, et cognosce divinorum mysterium altitudinem. Hunc cœlestem ignem qualemnam esse judicas? An aspectabilem et creatum, aut intellectu percipiendum ? Non utique, nam de eo nunc doceris, et initiaris, et certoque scis, illum non capi, increatum, ab omni aspectu extraneum, sine principio, ab omni concretione liberum, immutabilem et incircumscriptum penitus, inexstinctum, immortalem, omnino incomprehensum, extra omnes creaturas materia constantes, et a materia segregatas, visibiles invisibiles, corporeas, incorporeas, terrestres et cœlestes, extra has, inquam omnes est secundum naturam et essentiam, imo etiam secundum potentiam. Hic igitur, dic mihi in quam materiam inseretur ? In animas utique habentes oleum

[38] Luc. XII, 49.

uberrime, et ante istuc et cum istoc fidem, et opera fidem confirmantia possidentes. His ut lychno, oleo et stuppa pleno ignem Dominus immittit, quem mundus non vidit, nec videre potest. Mundum *dico*, qui in mundo sunt, et mundana sapiunt. Sicut porro lychnus seu lucerna quam videmus, *admoto igne* accenditur : ita spiritualiter intellige divinum ignem animas attingere, easque inflammare. Quomodo inflammabit, antequam attingat? quomodo attinget, antequam mittatur? Profecto nequaquam omnino. Ardens autem lychnus, et clarum lucens omnibus, si oleum defecerit, numquid non exstinguetur?

Aliud majus observa, quod me terret plus omnibus. Conspicuum lychnum meum valde, cum olei infusi copia, et stuppa plurima, mus, sive alia quæpiam bestiola prorepens, aut evertit, aut paulatim linctu oleum absumpsit, stuppamque comedit, atque ita lampadem exstinxit. Mirabilius autem, quod stuppa tota (ellychnium vocant) illapsa in oleum, repente ignem exstinguit, et est mihi lucerna mea tenebrosa prorsus, nec apparet. Lucernam seu lampadem animam intelligito, oleum virtutes, mentem ipsam ellychnium, et in eo divinum ignem lucentem, illuminantemque animam simul, et domiciiium totum corporis mei, quæque in eo sunt cogitationes, et agitationes animi omnes. Hoc autem non lucente, si invidia, aut malevolentia, aut amor gloriæ, aut cupiditas alia cujuspiam voluptatis, aut pertubatio demum alia sese commoverit, et lampadem everterit, id est, scopum, et propositum voluntatis meæ, aut oleum exinxerit, virtutes omnes aut alioqui ellychnium, nempe mentem meam, ut dixi, in se ipsa habentem lumen clare fulgens, pravis cogitationibus absumit et *devorat*, aut etiam totam in oleo demergit, *dum videlicet* virtutum suarum actiones recolit ac versat, et hinc de se magnifice existimans excæcatur, si lampadem meam hinc, aut aliunde fortasse exstingui contingat, ubi tunc ignem esse, aut quid me fieri dices? Permanere illum cum lampade, an ab ea secludi ac sejungi? Proh amentiam! proh insaniam! Quo pacto lampas citra ignem accendi, aut ignis absque materia manere in lampade potest? Semper enim ignis materiam appetit qua pascatur. Nostrum est autem plane hanc præparare, et prompte nos ipsos tanquam lampades exhibere, oleo plenos, id est, omnigenis virtutibus exornatos. Mentis vere ellychnium erectum proferre, ut igne contactum, paulatim flammam concipiat. Sic cum iis manet, qui ipsum acquisierunt. Aliter, ne quis sibi fraudem det, non videtur, non tenetur, non cohibetur penitus Est enim, quod memoravi supra, extra hanc rerum naturam, et ita capitur unione ineffabili, ut tamen capi nequeat : similiterque circumscribitur, nec tamen circumscribitur.

Hæc porro neutiquam sermonibus, nec cogitationibus investiga : sed ignem posce accipere, qui manifeste istæc omnia, et istis ineffabiliter arcaniora docet, et ostendit his, a quibus habetur. Audi, si placet, fili. Cum fulserit, quemadmodum dixi, et examen motionum rationi repugnantium expulerit, domumque animæ tuæ expurgaverit, sine mistione illi admiscetur, et modo inexplicabili essentialiter ejus essentiæ, totus toti penitus unitur, eamque sensim lucidam facit, inflammat, et illuminat sic, ut a me explicari non possit. Fit unum ex duobus, ex anima et creatore, et in anima est creator solus cum sola totus. Qui manu sua creaturam omnem continet, ne dubita, hic totus cum Patre, et sancto Spiritu una anima capitur, et animam intra se totam complectitur. Intellige, vide, perpende hæc : dixi enim tibi, animam lumen intolerabile, et inaccessum angelis intra se continere, et ipsum lumen vicissim habitare intra animam, et eam neutiquam urere. Cognosti profundum mysterium ; homo, inter ea quæ sub aspectum subjiciuntur exiguum quid, umbra et pulvis, in medio sui Deum totum continet, a cujus digito pendet creatura, et a quo quilibet essentiam suam, vitam, et motum habet. Mens omnis, anima, et ratio ratione præditorum ab hoc est : eodemque modo spiritus animalium intelligentia vacantium. et omnino universorum tum ratiocinantium, tum tantummodo sentientium esse hinc manat. Hunc habens, quisquis habebit, et intra se gestans, et ejus pulchritudinem spectans, quomodo desiderii flammam feret? quomodo ignem amoris sustinebit? quomodo calidas e corde lacrymas non stillabit? quomodo admiranda illa enuntiabit? quomodo quæ in ipso fiunt enumerabit? quomodo plane tacebit, cum cogatur loqui? Videt etiam sese in inferis, post illustrationem luminis, inquam. Etenim nemo ibi sedentium ante divini luminis illuminationem se cognoscit ; sed in ignorantia caliginis, qua obsessi tenentur, corruptionisque, et mortis versantur. Verumtamen videt ubi fulget anima illa, et se in densissimis tenebris, et custodia tutissima profundissimæ ignorantiæ totam esse intelligit. Tunc cernit, ubi clausa sit, locum totum nihil esse præter cœnum, immundorum, venenatorum, et serpentium plenum ; seipsam vero ligatam, et vinculis constrictam manus et pedes, et squalidam, et sordidam, et serpentum simul morsibus sauciam, et gestare se carnem suam tumefactam, scatentemque vermibus. Hæc qui videt, quomodo non exhorrescet? quomodo non plorabit? quomodo non clamabit, et ferventer pœnitebit, atque a teterrimis vinculis ut liberetur rogabit? Profecto quicunque hæc vere viderit, et ingemiscet, et lamentabitur, et cum eo qui lumen fudit, cum Christo, inquam, esse volet.

Hæc itaque faciente me, quæ dixi, et in genua ante effulgentem cadente (probe mihi quæ dicam considera) tangit ille manibus, vulnera, et vincula mea. Atque ubi manus me tangit, aut digitus ad-

movetur, statim rumpuntur vincula, vermes emoriuntur, oræ vulnerum in unum attrahuntur, decidunt sordes, et labes carnis meæ, fit contractio in cicatricem repente tanta, ut eo in loco cicatrix omnino nulla appareat, sed is potius similiter ut divina manus coruscus efficitur. Mira et nova res caro mea. Essentia animæ meæ, imo et corporis mei divinam assecuta gloriam, fulgorem jacit divinum. Videns hoc in parte corporis mei perfectum, quomodo non desiderabo, et supplicalo totum corpus meum a malis liberari, similiterque sanitatem, qualem dixi, et gloriam assequi? Tamen sic me faciente, imo etiam ferventius, et obstupefacto proportione miraculorum, bonus Dominus mota manu sua reliqua corporis mei obit; et cerno hæc, eo quo narravi modo, purgata, et divinam induta gloriam. Mox igitur purgato, et vinculis liberato, divinam mihi manum porrigit, e cœno me erigit, me complectitur, et cadit super collum meum (heu me qui istæc sustinebo?) et crebro osculatur me. Defectum autem me penitus, et jam vires recipientem (proh! quomodo hæc litteris committam?) tollit me in humeros suos, o charitas, o bonitas, et ab inferis, cœnoque, et caligine eductum, inducit me in alium sive mundum, sive aerem, nam penitus rem effari nequeo; hoc novi tantum, me portari, et contineri a lumine, et ad magnum lumen induci, cujus admirabilitatem ingentem, ne angeli quidem omnino, ut arbitror, inter se declarare poterunt. Cum jam essem illic, alia mihi ostendit quæ in lumine, puta, vel potius quæ ex lumine. Novam reformationem dedit mihi intelligere, qua ipse reformavit, et denuo finxit, et a corruptione liberavit me, et a morte, quod sensi, totum absolvit, vitamque immortalem donavit, et a mundo isto perituro, et his quæ ipse in eo sunt omnibus me sequestravit, stolaque non materiali, et lucida vestivit me. Induxit item calceos, annulum, et coronam, immortalia, sempiterna, omnia nova ab his quæ hic cernuntur. Fecit me, o novitatem, intactilem, impalpabilem, nec non invisibilem, conjunctum his quæ sub videndi sensum non cadunt.

Postquam me isto modo, et talem fecit Conditor meus, in tabernaculum sensibile, et corporeum introduxit, et in eo inclusit, munitionemque adversum me adhibuit, deductumque in mundum quem sentimus, et aspicimus, jussit rursum in eo vitam propagare. Et cum mandasset mihi consuetudinem habere cum iis qui versantur in tenebris, liberatum a tenebris, et includi cum illis, qui in cœno habitant, vel potius docere, ad agnitionem, quibus undique affecti sunt vulnerum, et quibus detinentur vinculorum, eos perducere: cum hæc, inquam, mandasset, abivit. Relictus igitur solus in prioribus tenebris, non fui contentus, quæ mihi donata ante memoravi bonis ineffabilibus, cum me totum renovasset, totum immortalem reddidissset, totum deificasset, et Christum effecisset. Sed privatio ejus omnium horum honorum oblivionem mihi afferebat, ut me egentem, ac destitutum putarem. Quare ut adhuc veteribus involutus, malis cruciabar, sedensque in medio tabernaculo, velut in domuncula, aut in vase inclusus, flebam, lamentabar vehementer, prorsus foras non propiciens. Requirebam enim illum, illum quem desiderabam, quem amavi, cujus formæ elegantia vulneratus sum. Incendebar, ardebam, totus ignescebam Sic ergo me viventem, sic lacrymantem, tabescentemque, et atrociter flagellatum, et præ dolore vociferantem, exaudito clamore meo prospiciens ab immensa, et inconjecturabili altitudine, cum me vidisset, misertus, et pro humano captu videri rursum dignatus est, qui est omnibus inaspectabilis. Quo conspecto, perculsus sum ego in domicilio inclusus, et in vase conclusus, et in medio tenebrarum, cœli, inquam, ac terræ medio. Res enim sensibiles appello tenebras, omnibus hominibus, et eorum animis sensibilibus sese immiscentibus superfusas. In quibus, in sensibilibus, inquam, hærentes, premuntur ab iis, et obscurantur mirum in modum.

Cæterum in his cum essem, vidi animo qui prius erat, et nunc est extra omnia: sumque admiratus, crede mihi, et obstupui, timui, et gaudio exsultavi. Consideransque miraculum quomodo, qui nihil cum rerum natura commune habet, et est extra omnia, sit tamen in omnibus, video solas videntem me, nesciens ubi sit, quantus, cujusmodi, et qualis sit quem video, aut quomodo videam, aut quid videam. Tamen videns quæ vidi, lamentor, quia modum hunc cognoscere nequeo, et nequaquam cogitare, aut aliqua ex parte prespicere, quo pacto me videat, quem ego video. Vidi rursum hunc totum intra domum meam, et intra hoc vas repente exstitisse, meque sibi ineffabiliter univisse, inenarrabiliter copulasse, et citra mistionem mihi, ut ignem ferro, ut lucem vitro missum esse. Et reddidit me igni, reddidit vitro similem, evasique illud, quod antea videbam, et procul aspiciebam, et quo pacto admirabilem illum modum tibi explanem, verba non reperio; nec enim potui cognoscere, nec nunc prorsus cognosco, quomodo in me ingressus, quomodo mecum unitus sit. Unitus porro cum eo, quomodo explicabo tibi, quis ille, qui mihi, et cui vicissim ego unitus sim? Horreo, et metuo, ne forte, si dixero, tu non credas, et ex ignorantia lapsus in blasphemiam, frater mi, animam tuam perdas. Verum quem me cum illo unitum vocabo? Deum, natura geminum, hypostasi unum, duplicem enim me fecit, et, ut cernis etiam geminum mihi nomen indidit. En distinctionem, homo sum natura, Deus gratia. Vide qualem gratiam dicam, unionem scilicet cum illo, sensibiliter, et intellectualiter, spiritualiter et essentialiter. Intellectualem quidem unionem exposui tibi diverse ac variis modis: sensibilem autem aio esse illam, quæ in mysterio contingit. Purgatus enim pœni-

tentia, et fluentis lacrymarum, et deificati corporis, ut Dei, factus particeps in sacra Eucharistia nimirum, ego quoque ineffabili unione Deus fio. Vide et observa mysterium. Anima igitur et corpus (ut eadem itereamus ex incredibili lætitia) in duabus substantiis unum sunt. Hæc itaque cum unum sint et duo, ubi corpus Christi sumpserint, et ejus sanguinem biberint, ambabus substantiis, et naturis unita Deo meo, similiter participatione quadam Deus fiunt, vocorque et honoror ejus nomine, cujus substantialiter particeps effectus sum. Dicite igitur, quomodo carbo, et ferrum atrum ignita ignis videntur? Quod apparent, id vocentur: ignis apparent, ignis nominentur. Si tu te ejusmodi non deprehendis, de hujusmodi saltem tibi differentibus fidem denegare noli, sed ex toto corde tuo quære, et accipies margaritam, aut guttam, aut sinapis granum, divinum semen ut scintillam.

At enim quo pacto quæres quod tibi dico? Audi, et diligenter facito, et mox reperies. Accipe perspicuam imaginem, sive similitudinem lapidis, et ferri; in his enim natura ignis omnino una et eadem est, tametsi plane non cernatur, ignis, inquam. Quod si collidantur, et materiam arripuerint, ei ex horum collisione parva scintilla exsiliens ac sese conjungens penitius, eamdem paulatim accendit, flammamque in altum mittit, ac pulsis tenebris domum illuminat, et quotquot in domo sunt, eos in conspectu constituit. Vidisti rem miram? Dic igitur, amabo, antequam crebrius collidantur, quomodo scintillas emittent? Sine scintilla vero, quomodo per se materia accendetur? Si prius non accendatur, quomodo tenebras dispellet? quomodo ædes collustrabit? qaomodo tibi cernendi facultatem dabit? Utique respondebis, neutiquam istud fieri posse. Ergo et tu ita facere studeas, et accipies. Quid accipies? divinæ naturæ scintillam, quam creator, pretiosæ margaritæ, et grano sinapis comparavit. Quid est autem quod tibi præstandum dico? Audi patienter, fili. Sit tibi corpus, et anima pro ferro et lapide, mens ut imperatrix et domina affectionem, in actionibus cum virtute conjunctis, et cogitationibus Deo placitis se exercens, et corpus quidem ceu lapidem, animam autem ut ferrum tuens, manibus quæ intelligentia percipiuntur, eam trahat, et ad agendum vi impellat: *Regnum quippe cœlorum vim patitur* [34]. Quas autem actiones intelligis? quas? pervigilationes, jejunia, fervidam pœnitentiam, imbres lacrymarum, luctum, confusam mortis memoriam, preces assiduas, omnigenarum tentationum in te irruentium patientiam. Ante hæc omnia silentium, et profundam humilitatem, perfectam obedientiam, abnegationem propriæ voluntatis. His, et horum similibus anima vacans, et semper intenta, in primis scintillas suppeditat menti tuæ, quæ cito exstinguuntur: A quandoquidem nondum ita tenuata est, ut statim accendatur. Ubi autem divinum cordis jaculum accensum fuerit, tum et ipsam animam illuminat, et mentem purgat, atque in altum subvehit, et in cœlum extollit, atque cum divino lumine conjungit.

Priusquam hæc facias, quæ ex me audisti, quæso quomodo purgaberis? antequam vero purgeris, quo pacto mens tua divinas scintillas accipiet? Et quomodo, obsecro, et si aliunde, undenam cordi tuo illapsus ignis divinus accendetur, et ipsum accendet, et inflammabit, et uniet, et copulabit, et creaturam a Creatore inseparabilem efficiet? Nemini istud omnium qui nunc sunt, et B qui post aliis erunt in annis possibile dices. Quæ deinceps sequuntur, ne interroga. Si enim lumini unitus fueris, ipsum te docebit omnia, et revelabit tibi omnia, et monstrabit, ac suggeret, quæcunque discere tua intererit: nam alioqui verbis humanis percipere ea quæ illic sunt, non est ut fieri queat. Deum decet gloria, nunc et in sæcula. Amen.

CAPUT XXII.

Omnes sanctos illuminatos illustrari, videreque gloriam Dei, quatenus eam a natura humana videri fas est.

Respice de supernis, Deus meus, et complaceat tibi, ut appareas mihi, et cum mendico converseris. Aperi cœlum, et revela mihi lumen tuum: vel C potius aperi mentem meam, et etiam nunc intra in me, dissere per impuram linguam meam sicut olim, et refelle eos qui ita loquuntur, non esse hodie, qui Deum se vidisse noverit, neque ante hoc tempus fuisse, extra apostolos. Sed neque illos aiunt clare vidisse Deum, Patrem tuum, docentes eum cognosci et videri a nullo posse; et opponentes verbum Joannis dilectissimi discipuli tui: *Deum nemo vidit unquam* [35]. Eia, Christe meus, dic acturum, ut ne imprudentibus ego nugari videar. Scribe, inquit, quæ dico, nihil vereare. Ego Deus ante omnes dies, horas et tempora, imo ante omnia sæcula, ante creaturas omnes visibiles et invisibiles, supra omnem omnino captum, sermonem, cogitationem solus cum solo solus, et nihil D eorum quæ aspiciuntur; sed nec eorum quæ non aspiciuntur. Eram revera, antequam nascerer. Solus ego increatus cum Patre, et Spiritu sancto. Solus absque principio ex Patre meo, cujus item nullum est principium. Nemo angelorum unquam, nec archangelorum, nec aliorum ordinum vidit naturam meam, nec me Creatorem totum, qualis sum, sed tantummodo radium gloriæ, et defluxum quemdam luminis mei vident, contemplanturque. Sicut enim speculum solaribus radiis percussum, et ut lapis cristallinus in meridie illustratus; sic omnes deitatis meæ radios suscipiunt. Totum autem me videre nondum quisquam, vel angelorum

[34] Matth. XI, 12. [35] I Joan. IV, 12.

el hominum, vel sanctarum virtutum promeruit. Am enim extra omnia, et nullis oculis aspectabis. Neque vero his aspectum mei invideo, neque deformis me occulto ne appaream : sed quia emo deitate mea dignus est inventus : neque par ise potuit creatura Creatori. Nec illis expedit, ut e videant. Parvum autem ex me fulgorem cerentes, initiantur, unde sciunt vere me esse, et e Deum cognoscunt, qui ipsos procrearim, et im tremore ac timore me celebrant, et colunt. aud enim potuit Deus alium producere, qui potia æquaret Creatorem, nec naturæ suæ consorm. Nec ulla ratione quod conditum est, consubantiale potest esse conditori. Qui enim increato eatura aliquando assimiletur? Atque ut hæc fateeris, sic illud non negabis, eo qui semper est, qui itium nescit, nec creatus est, creata inferiora se; tantumque ab eo differre, quantum currus serra a fabro suo differunt. Quomodo igitur rrus fabricatorem suum intelligat, quomodo rra ducentem se cognoscat, nisi cognitionem lis det, nisi videndi sensum eis immittat, qui ea ravit? quod creatis omnibus est impossibile. rorsus igitur nullus hominum, nullus angelorum, ndi aliis spiritum aut vitam præbendi accepit otestatem. Dominus autem, quem penes solum t potestas omnium atque potentia tanquam fons tæ, animata producit, qualia voluerit, et largitur ique ut artifex, ut Dominus pro voluntate ac neplacito suo, cui gloria, et imperium, nunc et mper, et sæculis sempiternis. Amen.

A

B

C

CAPUT XXIII.

ratiarum actio pro exsilio, et afflictionibus, quas in persecutione sua pertulit.

Gratias ego tibi, Domine, gratias ago tibi soli, gnitor cordium, rex juste, misericordissime, i in terras descendisti, et carnem induisti, Deus eus, et factus es quod non eras, homo similis ihi, sine mutatione, sine fluxu, et omni peccato: passus tu, qui pati non poteras, injuste ab instis, mihi damnato vacationem omnium passiom donares, dum imitarer passiones tuas. Justum itur judicium tuum, et præceptum simul, quod s servare jussisti, quod quidem est imitatio hu- D ilitatis tuæ : ut quemadmodum tu passus es, qui eccato carebas, sic nos qui peccavimus, sufferaus omnia, puta tentationes, persecutiones, flella, tribulationes, et tandem ipsam quoque nem ab improbis nobis illatam. Tu enim dæmoniacus idivisti, et seductor es habitus, et Dei adversaus, et prævaricator legis. Tu ut facinorosus comehensus, ligatus, et ductus es solus, cunctis scipulis, et amicis te deserentibus. Tu ad judicem condemnatus cum adduceretur, quam is in te otulit sententiam suscepisti. Tu locutus, alapam servo sustinuisti, et tacens, illico morti es adctus : nam verba tua instar gladii sceleratis ant. Idcirco non ferentes ipsi injusti te solum stum intueri, turpissimæ neci te dediderunt. Hinc percussus caput, spinis coronatus, chlamydem ut coccineam purpuram indutus, faciem conspuitus, heu me, et illusus es, audistique per ludibrium : *Ave, rex Judæorum.* Tu humeris portasti crucem tibi, eique infixus, in altum sublatus es Deus meus. Tu manus ac pedes transfixus, aceto potatus, et latus lancea perfossus es. Hæc tellus indignata contremuit, et quos continebat mortuos, sepulcris apertis cito reddidit. Sol te aspiciens, in sanguinem tum conversus est, et luna operta est caligine; velum præterea templi a summo usque deorsum in duas partes scissum est. Atque horum nihil omnino illi improbi intellexerunt : sed et in monumento jacenti custodes apposuerunt, et lapidem signaverunt, ita te retenturos arbitrati. At tu, Domine, pro protestate propria resurrexisti, et claustra illa transgressoribus intacta integraque reliquisti. Adveniens autem angelus lapidem revolvit, et custodes illos timore exanimavit. Nec tum vel aliquid intelligere volentes, cæci manserunt, et mentem atque cor obduratum usque ad mortem retinuerunt. Quid ergo magnum facio, si et ego hæc patiar, quæ tu quoque passus es, qui sine peccato eras, ut mundum salvares : ego, inquam, qui inde a primo ætate peccavi plurima, et ad iram te dictis et factis provocavi. Hoc mihi magnum revera, et majus omni gloria, quod me participem facit gloriæ tuæ ineffabilis, communio passionum, et imitatio operum tuorum ; et humilitas tua his qui eam consectari sciunt, divinitatem conciliat. Gratias ago tibi, Domine, cum injuste patior. Cum autem juste, id mihi in compensationem peccatorum, et purgationem innumerabilium delictorum meorum esto. Quæso, Domine, ne mihi unquam labores aut tentationes, aut afflictiones supra vires invehi sinas; sed exitum, et ad sustinendum robur mihi semper impartias. Tu enim es bonorum largitor ab initio, his qui potentiæ tuæ ex animo supplices cadunt, erogans fidei, operumque, et bonæ spei charismata, et dona omnia divini adorandique Spiritus tui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXIV.

Supplex ad Deum precatio pro auxilio impetrando.

Domine Jesu Christe, Domine Salvator animarum, o Deus, Domine virtutum omnium quæ sub aspectum subjiciuntur, et quæ non subjiciuntur, utpote conditor omnium quæ in cœlo, et supra cœlos sunt, cœli cœlorumque omnium, similiter omnium quæ in terra, et sub terra sunt. Tu es Deus. et Dominator Dominus. Tu manu tua creaturam omnem concludis, quoniam ipsa contines universa. Manus tua, Domine, est illa magna potestas, quæ Patris voluntatem implens, fabricatur, operatur, creat, et administrat res nostras modo inenarrabili. Ipsa igitur et nunc me produxit, et cum non essem, fecit ut essem. Qui etiam natus ita eram in hoc mundo, ut ignorarem te omnimodis, bonum Dominum, creatorem meum, opificem meum, et instar cæci eram, et velut ἄθεος, cum

non nossem Deum meum. Tu itaque misertus mei visitasti, et convertisti me, cum in tenebris mihi illuxisses, et traxisti me ad te ipsum, eductoque e fovea profundissima, et tenebris vitiorum, e tenebris altissimis concupiscentiarum et voluptatum hujus vitæ, ostendisti viam, et attribuisti ducem mihi, qui me ad mandata tua servanda perduceret, quem sequens, solutus cura videbam semper, gaudebamque gaudium inexplicabile, videns illum tua consectantem vestigia, et tecum colloquentem sæpius. Quin etiam videns, te pium Dominum cum duce, et Patre meo spirituali versantem familiarius, immensum, supraque fidem et spem concepi amorem ac desiderium tui; dicebamque, En futura video, et regnum cœlorum adest, et bona quæ oculus non vidit, auris non audivit [35], coram aspicio, ipsaque habeo ; et quid amplius spero? aut fidem meam in quibus aliis demonstrabo ? aliud quippe majus his non erit. Cum in his essem, et in his delicias haberem meas, et terris sustulisti patrem meum; abstulisti ducem meum ab oculis meis, et reliquisti me solum, plane orphanum, plane desertum, et omni prorsus auxilio destitum: et heu me, gregis præfectum ac pastorem, me rectore ac tutore vere viduatum, peregrinum, quod ipse nosti judicio constituisti. Quare te modo suppliciter rogo, ad te pronus clamo, ne adverseris, neque derelinquas, aut deseras me solum, Domine. Nosti viam transitu difficilem ; nosti latronum nobis insidiantium insaniam ; nosti malarum bestiarum multitudinem; nosti imbecillitatem meam et ignorantiam, qua ut homo teneor Verumtamen plane ne hominem non puto, sed longe infra homines. Quippe secundum omnia omnium postremus, et minimus omnium hominum sum. Præbe mihi, rex, et Deus meus, quæso, magnam misericordiam tuam, quæ defectus, et negligentias meas suppleat, et hominem totum perfectum, et integrum, nullo, quod necessarium sit, egentem efficiat ; et ita me coram te servum tuum indemnatum, nulli reprehensioni affinem, et laudes tuas prædicantem statuat in sæcula sæculorum. Amen

CAPUT XXV.

Quædam theologica. Mentem a sordibus motionum cum ratione pugnantium expurgatam, Deum invisibilem, et a concretione materiæ liberum aspicere.

Quam viam ambulem, quam semitam declinem, quam ingrediar portam, quam aperiam januam, intra quod cubiculum, intra quam, aut qualem domum inveniam, qui manu sua tenet uuiversa ? Quem montem conscendam, ex qua parte, et quod antrum illuc contingam, aut quem paludem pervadens, ubique præsentem, et incomprehensum, inaspectabilem videre, miser, et obtinere merebor ? In quem infernum descendam, in quod cœlum ascendam, et cujus maris fines petam, ut inveniam omnino inaccessum, omnine incircumscriptum, totum impalpabilem ? In materialibus immaterialem, in corruptibilibus incorruptibilem, in creaturis increatum, dic mihi quo pacto reperiam ? Qui in mundo sum, quomodo extra mundum ero ? Qui materiæ implicatus sum, quomodo cum immateriali consociabor ? Qui totus sum corruptioni obnoxius, quomodo cum interitus omnis experte devinciar ? Qui sum in morte, quomodo tandem vitæ appropinquabo? Ego mortuus, quomodo immortali propior fiam ? Qui totus sum fenum, quomodo ignem tangere audebo ? Verumtamen nunc arcanorum dissolutionem audi.

Priusquam cœlum et terra conderentur, Deus erat Trinitas, solus sine socio, lux sine principio, lux increata, lux penitus ineffabilis, Deus verus, solus interminabilis, perpetuus, sempiternus, longe optimus. Recte intellige Deum solum, in principio Trinitatem plusquam sine principio, et super omne principium, quam nemo imaginari, cujus altitudinem, profunditatem, latitudinem metiri nemo potest, quæque magnitudinis, et lucis finem, ac modum nullum habet. Non erat aer ut nunc, non erant, tenebræ ullæ, non lumen, non aqua, non æther, non aliud rerum quidquam. Erat autem solus Deus, spiritus lucidissimus, omnipotens, et omni concretione liber. Is Angelos, Principatus, et Potestates, Cherubim, et Seraphim, Dominationes, Thronos, et sine nomine ordines, cum timore et tremore ei assistentes ac ministrantes creavit. Postea cœlum ut cameram, corporea natura constans, sensibile, crassum, et aspectabile produxit, et ut ipse solus novit, in ictu oculi extendit, simulque terram, aquas, et omnes abyssos in medio complexu ejus sola voluntate talia fecit, qualia nunc videmus ; mansitque in his lumen illud immateriale, nihil ex his participans. Cœlum extensum, et sensui subjectum, ut dixi, a lumine immateriali non scintillas aliquas excussit. Nam cum in iis sit, quæ materia constant, tamen extra ea omnino, non quidem loco, sed natura et essentia est, a materialibus enim, qui longissime abest a materia, separatur, non habens locum sibi proprium, quandoquidem non circumscribitur. Ipse verbo omnia in seipso producit, et natura a creatis omnibus sejunctus, et portans omnia in seipso, extra omnia est. Quemadmodum enim mentem, et angelum muri, et januæ ab ædibus non arcent, nec intus detinent : sic horum opifex neutiquam extra, nec intra cœlum, nec in alio loco, sed omnino ubique Deus est, et segregatus ab omnibus cum materia conjunctis, et creatis a se rebus. Factum est igitur cœlum, et natura, ut dictum est, a lumine immateriali discrepuit, et tanquam domus atra absque lumine mansit : cui universitatis Dominus solem et lunam accendit, ut ipsa sensibilia iis lucerent, qui sensibus uterentur. Dedit etiam in manus nostras genus luminis, quod

[35] I Cor. II, 9.

ctu luceret, e ferro et scilice excussum mirabiliter. A
se autem nihil commune habet cum ullo lumine,
nni luce lucidior, longeque splendidissimus,
antum ferre nulla creatura potest. Ut enim ra-
ante sole astra non apparent : sic si Dominus
lis lucere voluerit, ejus ortum nemo vivens susti-
bit. Quapropter mentem pulveri, rei corparatæ
pulavit, et nos homines universos in materialibus
llocavit, ut in fide constanti, et mandatorum ob-
rvatione, mentem materiæ expertem, quam præ-
ricationis caligine confudimus et contaminavi-
us in concupiscentiis materialibus, et gustu vo-
ptatum videlicet, rursum perpurgantes, immate-
ale in materialibus immaterialiter aspiciamus lu-
en illud, quod dixi esse Deum plusquam absque B
incipio oculis istis corporeis inaspectabilem, et
tellectualibus cordis oculis inaccessibilem. Miror
iim, quo pacto anima, cum tota a materia semota
t, et intellectualem mentis oculum habeat, ceu
uabus fenestris sensibiliter usa corporis oculis,
er eosdem prospiciens omnia quæ videri possunt,
deat, reversaque omnia sub intellectum cadentia,
materia vacantia immaterialiter videat, et in
iedio pereuntium, ac permanentium singulari quo-
am modo detenta, ab illis ad voluptates, et vitia
ertrahatur : ab illis contra ad cœlum velut alis
ibvecta, ibi consistere contendat; sed abstrahatur
men, iternmque subvolare ardenter studeat, per
elum cupiens incedere, et sub se cernere omnia,
uæ aspectu sentiuntur. Nam cum omnia quæ in C
undo sunt, ipsi laquei videantur, male metuit
lane, in terra ingredi et considere, ne istis laqueis
nplicata retineatur, et immitium bestiarum esca
at. Talis piorum, fidelium, et sanctorum omnium
ta est, quam omnes imitari oportet ; ut etiam
im iisdem Christo Deo, universorum judici, in-
ntes sistantur, et ejusdem regni atque gloriæ in
mne ævum consortes fiant.

CAPUT XXVI.

esiderium, et amorem erga Deum quemvis amorem, et quodvis desiderium humanum transcendere, mentemque purgatorum in lumen Dei immersam, divinam naturam induere, indeque Christi mentem, seu sensum appellari.

Incredibilis pulchritudo tua, Domine Jesu, in-
mparabilis species, ineffabilis elegantia, sermo-
em et opinionem vincunt. Mores tui, bonitas, et
ansuetudo tua omnium mortalium cogitationes
xcedunt. Ideoque desiderium tui, et amor erga te,
mnem hominum amorem, ac desiderium multis
artibus superat. Quantum enim tu aspectabilibus
ntecellis, tanto major est amor tui, et omnem qui
ominibus intercedit amorem obscurat, omnes cor-
orearum voluptatum amores evertit, omnesque
alas cupiditates mox repellit. Vere enim concu-
iscentiæ tenebræ sunt. et nox profunda turpis
eccatorum perpetratio, amor autem, et charitas
rga te lux : quæ cum in animabus Deum aman-
bus exoritur, illico depulsis perturbationum ac vo-
iptatum tenebris, diem ἀπαθείας diffundit. O mi-
rificum, et inopinabile opus Dei altissimi. O
mysteriorum, quæ occulte peraguntur virtus. Tu
et labentia, et æterna nobis donas. Tu terrena
cum cœlestibus, præsentia, cum futuris, ut omnium
opifex, ut potestatem habens cœlestium ac terre-
strium. Cur igitur infelices nos, homines plus
quam te diligimus, et illis misere amplius servi-
mus, ut ab eis exiguam et fluxam mercedem re-
cipiamus, quibus addicimus animas nostras, et
corpora, ut iis ceu vasis vilibus abjectisque abu-
tantur, et cum simus membra tua domini univer-
sorum, sancta, inquam, membra sancti Domini, et
cujus potestas aliunde non pendet, non perhorre-
scimus ea perversis dæmonibus sponte nostra ad
fœdissime peccandum exponere ? Quis ergo servo-
rum tuorum fidelium a lacrymis temperabit ? quis
adeo arrogantem audaciam non lamentabitur ?
quis non tantam patientiam tuam, Deus, venerabi-
tur ? quis divini judicii retributionem non tremis-
cet ? gehennæ videlicet ignem intolerabilem, et
nullis exstinguendum sæculis, ubi fletus, et stridor
dentium, et dolor non consolabilis, et cruciatus
inexplicabilis.

Sed, o Sol, solis hujus quem cernimus, et lunæ,
et siderum omnium, et lucis, et totius rerum na-
turæ conditor, absconde me ab his in tuo lumine,
ut in eo te solum intuens, mundum, et ea quæ in
mundo sunt, non videam : sed et videns sim quasi
non viderem, et audiens quasi non audirem. Et
quod accidit sedentibus in hujus vitæ tenebris,
quibus operiuntur, voluptatum, inquam, et vanæ
gloriæ, videntes non vident gloriam tuam cœle-
stem, et audientes mandata ac præcepta tua, pror-
sus non intelligunt, idem mihi usuveniet in lu-
mine tuo, cum non videbo mundum, nec quæ
mundus continet. Quis namque te viso, et a glo-
ria, divinoque lumine tuo se illustratum sentiens,
non mentem, animam, et præcordia immutatus
est, aliterque videre, et audire ingenti sane diffe-
rentia meruit ? Immergitur quippe mens in lumine
tuo, et simile gloriæ tuæ lumen perfecte adipisci-
tur, et hujuscemodi mens tua vocatur, cum tu eam
dignatus sis fieri, et habere mentem sive sensum
tuum, tecumque unitur vinculo indissolubili. Et D
quomodo non omnia imperturbate, sicut tu, vide-
bit et audiet ? quomodo divinitatem consecuta,
quidpiam quod sensu percipiatur, expetet ? quo-
modo labile, et corruptioni obnoxium aliquid, seu
inanem gloriam, quæ omnibus, et omni gloria,
quæ videtur, major est ? Nam qui omnibus istis,
quæ in oculos incurrunt, spretis, in Dei familiari-
tatem se insinuavit, vel potius ipse quoque Deus
appellatur, qui tandem ex infra se jacentibus glo-
riam ullam, aut delicias volet quærere ? Hæc enim
profecto pudori ac dedecori sunt illi, contumeliæ,
contemptui, infamiæ. Gloria autem, et deliciæ, et
divitiæ ejus Deus Trinitas, quæque Dei, ac divina
sunt, quem decet omnis gloria, honor, potentia
semper, et nunc, et in omnia sæcula. Amen.

CAPUT XXVII.

Confessio gratiæ donorum Dei, et quomodo in Patre hæc scribente Spiritus Sanctus operatus fuerit. Item a Deo paræsis quid ad salutem obtinendam faciendum sit.

Rursum fulget mihi lux. Rursus lucem clare aspicio. Rursum aperit cœlum, et noctem fugat. Rursum retegit, et ostendit omnia. Rursum cernitur sola. Rursum me ab omnibus visibilibus abducit, similiterque ab omnibus ad sensum pertinentibus, papæ, me disjungit. Rursum qui est super omnes cœlos, quem hominum nemo vidit unquam, non reserans cœlum, non dividens noctem, non dirimens aerem, non rumpens domus tectum, nulla penitus re penetrata mecum misero intra cellam meam, intra mentem meam versatur, et in medium cor meum (o venerandum mysterium) omnibus ut sunt manentibus, illabitur mihi lumen, et attollit me super omnia; quique in medio sum omnium, fio extra omnia, haud scio, num etiam extra corpus. Nunc ibi totus sum revera, ubi lumen est solum, et simplex; quod intuens, simplex evado in innocentia. Hæc sunt, Christe miraculorum tuorum mirabilia; hæc potentiæ, et benignitatis tuæ opera, quæ in nos indignos edis. Ea de causa timeo et tremo, et sollicitudine afficior assidua, macerorque vehementer, quid tibi pro tantis, et innumerabilibus donis ex tanta misericordia in me collatis retribuam, quidve tibi offeram, nihilque in me inveniens, cum nihil meum sit in vita, sed omnia tibi serviant, omnia sint manuum tuarum opera, majorem in modum pudore suffundor, valdeque excrucior, et dicere percupio, quid faciendum sit ut colam te, ut placeam tibi, quo coram terribili tribunali tuo in die judicii damnationem effugiam.

Audi quid facias quicumque salvandus es, imo vero tu ante omnes, qui me rogas. Hodie te mortuum esse puta; hodie renuntiasse; hodie totum mundum reliquisse; hodie amicos, cognatos, omnem vanam gloriam deserens, simul sollicitudinem rerum inferiorum pone funditus, sublatamque crucem tuam in humeros, arcte constringe, et eam usque ad exitum vitæ bajula. Labores tentationum, dolores tribulationum, et molestiarum clavos summo gaudio excipe, ut coronam gloriæ. Injuriarum lanceis confixus in horas, et omni genere ignominiarum acerrime lapidatus, lacrymis pro sanguine profusis, martyr eris, illusionesque, et alapas ferens animo gratissimo, divinitatis, et gloriæ meæ consors fies. Quod si teipsum omnium postremum feceris, servumque, ac ministrum, postea primum omnium te reddam, quemadmodum promisi. Si inimicos, et omnes audientes te dilexeris, et pro injuriosis in te oraveris, illisque pro viribus tuis benefeceris, similis profecto evasisti Patri tuo altissimo, et hinc purum cor adeptus, in eo Deum videbis, quem nemo vidit unquam. Quod si etiam propter justitiam te persecutionem pati contingat, exsulta, quoniam regnum cœlorum tuum factum est. Et quid hoc majus? Hæc et his plura, quæ mandavi, facito, et alios doce, et inter vos alter alterum, qui in me creditis, si salvationem exoptatis, mecumque in sæcula sempiterna habitare vultis. Si renuitis, et indignamini, et dedecus interpretamini ista pati, et contemni, et pro mandatis meis animas ponere, quid ergo discere quæritis, quomodo vos salvari oporteat, et quibus actionibus mihi conciliemini? quid tandem Deum vestrum me appellatis? quid item vos in me credere insipienter arbitramini? Ego quippe hæc vestra causa libens, ac sponte perpessus sum, in crucem actus, facinorosorum mortem obii: gloriaque mundi, vita, splendor, mortuorum resurrectio omnium in me credentium gloriatio, indumentum immortalitatis, et deificationis probra mea, ei mors ignominiosa facta sunt. Quare qui venerabiles passiones meas imitantur, etiam divinitatis meæ consortes, et regni mei hæredes, bonorumque nulla lingua enarrandorum exprimendorumque socii fient, et mecum in sempiternum erunt. Cæteros quis non defleat? quis non lugeat? quis non ex compassione cordis lacrymas fundat? quis magnam eorum stoliditatem non lamentetur? quandoquidem deserta vita seipsos morti tradiderunt, a Deo infeliciter abrupti; a quorum parte libera me tu Domine omnium, meque abjectum, atque ultimum servorum tuorum ne spernas immaculatarum perpessionum tuarum participem fieri, ut etiam; sicut dixisti, particeps gloriæ, et suavitatis bonorum tuorum fiam; nunc quidem ut in ænigmate, et in figura, et in speculo: tunc vero cognoscam, sicut et cognitus sum [37].

CAPUT XXVIII.

Gratiarum actio ad Deum pro acceptis ab eo beneficiis; et in quæstione positum, quamobrem perfecti a dæmonibus tentari permittantur. Descriptio renuntiantium mundo, et institutio, in persona Dei.

Cognoscis mendicitatem meam, nosti orbitantem, scis solitudinem, cernis imbecillitatem, et impotentiam meam, qui me finxisti Deus meus; non ignoras, inquam, sed aspicis tu, tu omnia cognoscis. Vide cor humiliatum, vide contritum, vide ut desperabundum ad te accedentem, et da ex alto gratiam tuam; da divinum Spiritum tuum; da, Salvator, Paracletum; mitte sicut promisisti, mitte et nunc ipsum una assidenti in superiore cænaculo, revera mihi eminenti supra res terrenas et supra totum mundum, et te quærenti, tuumque Spiritum præstolanti. Ne igitur cuncteris misericors, ne despicias miserator, ne obliviscaris sitiente anima te quærentem, et ne excludas gloria hunc indignum, neve abomineris me, neu deseras. Viscera tua ob-

[37] I Cor. XIII, 12.

tendo, misericordiam tuam objicio, et benignitatem tuam interpretem meam atque conciliatricem tibi offero. Non laboravi, non præstiti opera justitiæ, nunquam servavi ullum mandatum tuum : sed vitam meam omnem luxuriose, ac perdite transivi. Verumtamen non es me aspernatus ; sed quæsitum invenisti, errantem a via erroris reduxisti ; et cum me per lumen gratiæ tuæ humeris tuis immaculatis miseratus imposuisses, portasti, nec defatigationem ullam sentire me passus es : verum tanquam in curru, aut vehiculo quiescentem, dedisti molliter per vias asperas iter peragere, donec in caulam ovium tuarum restituisti, et famulis tuis aggregasti. Misericordiam tuam prædico, miserationem laudo, gratias ago, et divitias bonitatis tuæ admiror. Cum porro in te recubuerim, ut narravi, etiam nunc apud te sum, ut puto, totus servus tuus, affixusque lumini, et tibi agglutinatus, et desiderio tui victus, et amore compeditus, hæreo, obstupesco, et perspicere nequeo, quare tribulatio attingat miseram meam animam ; quare tristia subintret, quare me totum conturbet ; quare me privet dulcedine tua Deus, et a gaudio abstrahat terrenorum afflictio. Num me tantopere lapsum, et peccato obstrictum, aut quia te ad iram gravius concitarim, bone Christe, relinquis, ut amplius contrister quam antea, quando anima mea serviebat turbulentis affectionibus ? Dic, et doce me nunc profunda judicia tua. Dic, et ne desteteris loquentem me, quamvis indignus sim qui loquar, tu qui quondam cum peccatoribus, et meretricibus epulas iniisti, et cum asotis ac publicanis cœnavisti. Ad hæc Dominus mens hunc in modum respondit :

Nosti quemadmodum ego te e mundo ac infantem inter ulnas asportatum gestaverim. Ego totum te fasciis involvebam et lacte nutriebam, cui nullus cibus potusque comparari potest ; res enim meæ inscrutabiles omnino, et inexplicabiles sunt. Pædagogo te commendavi (scis quem dicam) qui te ut parvum puerum, in horas crescentem, curavit pulchre, et ut decuit, educavit. Postea factus es ephebus, quin etiam adolescentiam es ingressus, neque nescis, quomodo semper tecum fuerim, tecum accreverim, te undique texerim, quoad commode omnes ætatum gradus excessisti. Nunc igitur adolescens esse cum desieris, et vir perfectus, jam ad senectutem tendas, quomodo etiamnum ut puerulum te inter brachia gestari, ac circumferri postulas ? quomodo denuo fasciis involvi, ac potari desideras ? quomodo lacte educari, et sub pædagogo vivere ? quæso, non erubescis ista dicere ? Cum tu ætatem virilem agites, aliis ministra, alios educa ; quæque ad ipsorum incrementum pertinent, provide et cura omnia. Inimicis resiste, et percussus percute. Intelligis, opinor de quibus inimicis loquar. Instructas dæmonum acies invade, et feri nihil parcas ; eadens resurge, et affatim tela contra adversariorum tela remitte : et cum te immissa pusillanimitate, ac desperatione vulnerare conentur, spe tua velut emissis in ipsos jaculis vulnefetur. Iracundia te, ut pugillatu opugnantes, et in furorem impellentes, a mansuetudine tua in faciem alapas accipiant, extraque domum tuam procul ejiciantur. Num enim, ut dixi, infans, aut puer pusillus es ? num adhuc te imbecillitas animi tenet ? Num etiam modo mens tibi ad obnitendum infirma est ? Nosti et inimicos fugere, et rursum eosdem vincere. Nam et pugnans me adjutorem, ac defensorem, et fugam capessens me validum ac tutum tegumentum habes. Et quidnam, amabo, terrenorum istorum mœstitiam tibi apportat ? Aurum, an argentum, an pretiosi lapides ? et quis lapis, me fulgidior, aut quis clarius lucet ? Et tamen quis lapis, ut ego, in nulla æstimatione penitus ? An vero agrorum amissio, aut penuria alimenti, aut defectio vini omnino te discruciat ? Et quis alius paradisus est mei similis ? aut quid par habent hæc inferiora, et caduca terræ mitium ? Quis autem panis in mundo talis, aut quod vinum conferri potest cum gratia mea, cum divino spiritu, cum pane vitæ, quem ego do, corpus scilicet et sanguinem meum, puris corde, et indubitata fide, cum timore, et tremore manducantibus, et bibentibus qua intellectu, qua sensu ? quæ deliciæ, quod gaudium, quæ gloria, quæso, major et in terris, quam me solum intueri, me solum per speculum in ænigmate contemplari ? et solum meæ gloriæ fulgorem aspicere, perque ipsum hæc, et his plura doceri, et me Deum esse, conditorem omnium perfecte scire, et intelligere, hominem in lacu profundissimo sedentem, mecum in gratiam restitutum, et sine intervallo ut amicum cum amico colloqui, mercenariorum ordine exemptum, servili timore liberum, sine labore mihi servientem, charitate me colentem, obedentia mandatorum familiaritatem meam consecutum ?

Agendam, non mercede mihi servientium, nec serviliter ad me venientium, sed amicorum, et notorum, ac filiorum meorum actiones quales solent esse, litteris consigna breviter. Omnibus mortalibus viliorem se ducere. Non mundanis solum, et in vita religipsa commilitonibus, sed etiam Ethnicis pejorem se æstimare ex animo ; unam minimi mandati parvam transgressionem, vitæ æternæ amissionem esse arbitrari ; parvos pueros, non secus, quam constanti ætate viros intueri, et tanquam honoratos venerari ac revereri ; cæcis item honorem tribuere ; utpote me ab alto omnia hominum facta inspiciente. Hæc quoque facere propter me, quæ perinde conscribe : Non habere adversus quempiam prorsus in corde vel tenuem commotionem, aut levem suspicionem ; toto animo precationes obire cum dolore cordis ; ex commiseratione omnes in te peccantes, similiter et me perinde offendentes orare cum lacrymis, ut ab his convertantur ; benedicere maledicentibus, et laudare ex invidia conviciantes ; et incommoda inve-

hentes, in benemerantibus numerare : refractarios autem, nec tibi obtemperantes, omnino ut me ipsorum Dominum negantes, lamentari, et deflere assiduo, nec eos admonendi finem facere : *Qui enim vos suscipit*, dixi, *me suscepit : et qui vos audit, prorsus me audit*[38]. Qui vero verba vestra admonitionesque non cum timore admittit, et iis usque ad mortem obsequitur, non est futurus æternæ gloriæ meæ particeps : non collabitur mecum, qui crucem pertulit, et Patri usque ad mortem obediens fui : non statuetur ad dexteram, non erit cohæres eorum qui seipsos crucifixerunt. De cætero, ne cesses admonere, ne desinas plorare, ne intermittas ipsorum salutem exquirere : ut si te audierint, et conversi fuerint, habeas eos tanquam fratres, lucratus membra tua, mihique ut germanos, et morigeros offeras, ut et ego illos suscipiam, per te, et glorificem et tecum Patri meo in muneris loco donem Si voluntates suas non abnegaverint ; si animas suas non contempserint, ut dixi ; si voluntatibus suis mortui non fuerint, et vitam ac mores suos ad tuam voluntatem non accomodaverint, per tuam voluntatem meam explentes. tu mercedem tuam haud amittes, nec ea spoliaberis ; quin pro simplici ego tibi duplam rependam, quod quamvis non audirere, non tamen loqui destiteris, et potius odia, alienationes, et exsecrationes eorum subieris, quemadmodum et ego olim odio fui, et nunc sum per istos istorumque similes.

Per opera hujusmodi coli volo. Per talia et similia mihi complacere stude : semper his namque vehementer lætor. Ne malis otiari, nec utilitati animæ tuæ quidquam in mundo ullo modo præferas. Quem enim fructum reportabit, qui mundum lucratur, aut omnes qui in eo sunt erudit, ac docet, et universos salvat, si non et ipse salvabitur[39] ? Quis igitur ille est, aut quo pacto, miser, alios salvans, animam suam non salvabit, sed perdet ? Qui solvit mandatum unum Domini omnium, et quodammodo ipsum conculcando incedit, et leges meas transgreditur, et jussa transilit. Qui extra caulam et septa mandatorum meorum cum sit, si omnes mortales, totumque mundum salvaverit, mihi ignotus et peregrinus, et ab ovibus meis remotissimus erit. Maxime autem, quia sepem caulæ ruperit, et ovibus aliunde exitum, quam per januam, et introitum iniquum feris patefecerit, judicium severius quam dici potest, propter oves sus inebit, et dividetur, tartareoque igni traditus, esca vermium erit homo miserrimus Hoc enim dixit Pater per Filium. et Spiritus, qui est eos Domini, locutus est, angeli vocibus indesinentibus approbarunt, justi audiens calculum adjecerunt, dixeruntque : Incorruptum judicium tuum, non suspecta sententia, citra affectum judicasti Deus misericordissime. Quomodo enim, A qui voluntatem suam non exuit, et voluntatem ejus qui personam tuam refert ac sustinet, ut tuam, qui Dominus es, in studio sibi non posuit, et integre non custodivit, ut tu ipse Patris tui voluntatem custodivisti, cohæres et consors tuus erit ? præsertim cum pepigerit, quandiu superaverit, nunquam suæ ipsius voluntati periturum : non adhæsurum sanguini non carnem prælaturum, id est, cogitationem, et vinculum naturæ, amorem illum naturalem, qui in hac vita homines iterum cum iis colligat, quæ abdicaverunt, eosque totos ad ea quæ retro sunt, convertit.

Martyres clamarunt : Vere justum judicium. Sicut enim qui ad perferendum martyrium alacriter se obtulit, adeuntibus se consanguineis, B uxore et liberis cum hujusmodi querimoniis, et lamentis : Non misereris filiorum ? O immitis, nihil te movet viduitas conjugis ! non eorum mendicitate ad commiserationem inflecteris ? non ipsorum exitium cogitas et emollescis ? Ergone relinquens uxorem viduam, ipsamque et liberos orphanos, peregrinos et mendicos, teipsum solum servare mavis ? quomodo non magis pro homicida damnaberis, quando nos omnes perdendos deseris, et animam tuam solam salvare conaris ; si, inquam, cum talibus lamentationibus veniant, omnino eorum voces, nec ad punctum temporis sustinere debet ; nec aures illis tantillum commodare et sive donis, ac pretio vincula, carceremque dimittere ; C sive te, Christe, negato ab his liberari ; sed ut jam mortuus, perstare in cruciatibus, perseverare in custodia, perdurare in fame et siti, rerum ac possessionum suarum immemor ; et, si fieri possit, nec aliud quidpiam extra custodiam cogitans, etiam velut per transennam ; sed ad te respicere, Domine universorum, et mentem suam in te contemplando defigere perpetuo, atque ita usque ad mortem solo tui amore dura perpeti : nec curare debet, si qui declinent, si quis negent te, et ad priorem vomitum revertantur, ad actiones pristinas, ad sollicitudines terrenorum, et uxoris, ac filiorum ; nec ullo prætextu iis illigari, non enim amplius animæ suæ Dominus est. Quare com- D plures servi tui, carceribus abs te apertis, vinculisque corporum plane olutis, exire ac fugere omnino noluerunt : sed ut erant, vincti manserunt. Sic igitur et qui nunc in mundo sunt, voluntate sua imprimis et ante omnia nullam penitus sui habet potestatem. Sed quamvis a præpositis ea uti non prohibeantur, servent tamen pacta conventa tecum necesse est Non enim hominibus, sed Deo polliciti sunt se obedientiam et subjectionem præpositis, et omnibus fratribus, quibuscum in monasteria religiosa instituta persequuntur, servaturos. Idcirco monasterium, ut insulam aliquam solam in medio mari inhabitare debent, ac totum mundum sibi omnino impervium esse arbitrari,

[38] Luc. x, 16. [39] Matth. xvi, 26.

elut alta fossa in circuitu communito monasterio, A t nec qui in mundo sunt, transire ad monasterium ossint; nec qui in insula degunt ad eos qui foris unt pervenire, et eos cum affectu aspicere; nec i animo horum versare memoriam: sed ut mori erga mortuos affici, et sentientes eos non sentire debent quo pacto revera oves sua sponte matatæ fiunt.

Propter hæc sanctissima verba sanctorum, desierii, et summi amoris plena, cum ea audissent herubim, Dominum laudarunt, et in timore dixeunt: Gloria tibi, Domine, gloria tibi, misericorissime, qui in terris martyres sine tyrannis, ac ersecutoribus, solo amore tui in horas testimoium tibi dantes ostendisti. Etiam, dixit rursum B ater per Filium. Et adjecit Spiritus: Vere qui eum toto pectore diligunt, et in ejus solius chatate persistunt, et in horas propriæ voluntati ioriuntur, hi et germani amici mei, hi et cohæres, hi et sine ungularum laniatu, sine suspenonibus, focis et lebetibus, sine exurente flamma, gladiis secantibus, sola abnegatione voluntatis artyres sunt. Ad hæc supramundanæ legiones mul omnes lætatæ exclamarunt: *Justum judium tuum*[40], misericordissime. Scribatur, obsinetur in sempiternum.

CAPUT XXIX

ui per communionem sancti Spiritus. Deo jam conjuncti ex hac luce discedunt, eos illic in omnem C *æternitatem cum eo victuros. Aliter se in hac vita habentibus, tum secus eventurum.*

Principium vitæ mihi finis et finis principium st. Unde veniam ignoro, ubi sim nescio: nec uo miser abiturus sim novi. Terra e terra, corus et corpore nascor; ex corruptioni obnoxio orruptibilis et plane mortalis sum: brevi tempore in terris commoror, in carne vivens, et exstinuor, atque ex hac vita digrediens, aliam vivere icipio. Corpus hnmo opertum linquo, redivivum lim accepturus, et ævum nullo fine terminandum cturus. Nunc igitur respice in me Deus, tu solus unc pietate tua me imperti; nunc te miseratio ei capiat. En defecit virtus mea, senectuti, i l D t, vestibulo mortis appropinquavi. Venit prinps mundi, perquisiturus turpia, et nefanda opera ea: carnifices astant torve me intuentes, et ssum exspectantes, ut miseram animam meam ripiant, et in barathrum inferni detrahant. uamobrem tu, qui natura es misericors, et begnus solus, qui es Dominus clementissimus, iserere mei tunc; et ne memineris irrogatæ a e tibi injuriæ; ne derelinquas me; ne des locum ntra me doloso inimico meo, qui in horas mihi mminatur, et contra me rugit, ac stridet dentis, et ait: In quo confidis? quomodo te manus eas effugitorum speras: quandoquidem ludificas præcepta mea, et me relicto ad Christum te adjunxisti? Sed neutiquam effugies Quo enim abibis? Prorsus nunquam mihi elaberis, qui Adamum et Evam e paradiso exegi; qui Cain fratricidam reddidi; qui fallaciis meis usque ad extremum inescatos, omnes mortales decepi, et in diluvio horribili generi interitus objeci; qui Davidi ad adulterium et eadem impulsor fui; qui adversum omnes sanctos bellum gessi, et multis necem intuli; me talem, inquam, quomodo speras te posse effugere, cum sis infirmissimus? Hæc audiens, Domine, et Deus, et creator, et opifex, et judex meus, qui habes potestatem animæ, et corporis mei, ut fictor ustriusque, horreo miser, et tremo totis artubus. Objicit mihi et dicit vafer ille: En, non vigilas; en, non exerces continentiam: en, non frequentas preces, non adorationes; non exerces labores, quos olim es ingressus; atque ob hæc sola abstractum te a Christo mecum rapiam in ignem, qui non exstinguitur. Ego vero, ut tu scis, Domine, nunquam in operibus, aut actionibus animæ meæ salutem constitui; sed ad tuam misericordiam benignitatemque confugi; confisus, quoniam es summe misericors, me gratuito abs te salvatum iri: et misereberis mei ut Deus; sicut aliquando misertus es meretricis, et filii prodigi, postquam dixit: *Peccavi*. Cum hac fide cucurri; cum hac fiducia veni; cum hac spe ad te Domine, accessi. Et nunc, ne, quæso, glorietur contra me servum tuum; ne dicat: Ubi Christus tuus, ubi susceptor tuus? an non ipsemet te manibus meis tradidit? Si enim me fraude circumvenerit, et captivum duxerit, non id voluntati, nec ignaviæ meæ, sed totum tibi, qui me dereliqueris ascribens, dicet: Vide cui fidisti; vide ad quem te contulisti; vide cui te in amore et charitate putabas esse; cui te loco fratris, amici, filii, et hæredis gloriabaris esse. Quomodo te deseruit, et in manus ii eas hostis tui te tradidit, insperatoque alienatus, subito odisse te cæpit?

His igitur auditis, ne me deseras, ne me probrum tuum fieri sinas, Deus meus; ne, o Rex, ne, o Domine, qui me quondam e tenebris, et e manibus, et e faucibus ejus eductum in lumine tuo liberum collocasti. Te enim cum video, interiora cordis mei vulneror, et non possum aspicere, et tamen non videre te ferre nequeo. Inaccessibilis siquidem est pulchritudo tua, inimitabilis species, incomparabilis gloria. Ecquis aliquando te vidit? aut quis totum te videre poterit Deum meum? Nam omne, seu universum quis oculus conspicere valebit? Qui vero super universum est, quæ mens eum comprehendere, aut complecti poterit aut extendi tota secundum totum, et cernere continentem omnia, extra omnia, et ipsum omne, et implentem omnia, et tamen extra omnia manentem modo ineffabili? Nihilominus ut solem te intueor, et ut stellam aspicio, et ut lampadem in vase suo

[40] Psal. CXVIII, 137.

ardentem video, et in sinu te ut margaritam porto. Quod autem te non dilatas, quod non totum me lumen facis, et ostendis te mihi totum qualis, et quantus es, plane non me existimo habere te vitam meam : sed lamentor, ut quispiam ex divite mendicus, ex illustri infamis, ac desperatione conflictatus. Hoc animadvertens inimicus, dicit mihi : Non salvaberis. Ecce enim spe tua frustratus es, et a scopo aberrasti ; quoniam non habes quam olim habebas erga Deum fiduciam ac libertatem. Cui verbo respondere non dignor ; sed sufflo, et extemplo evanescit. Sic oro Domine, sic rogo te, misericordiam dona etiam tum mihi, cum egredietur ex hoc corpore anima mea, ut solo flatu pudefacere possim incursuros in me servum tuum, et lumine Spiritus tui custoditus, transire illæsus, et stare ante tribunal tuum, habens mecum sacrosanctam gratiam tuam, tegentem me, et nullo suffusum pudore exhibentem. Quis namque coram te apparere audeat, nisi ipsam indutus sit? Nisi ipsam intus teneat, et ab ipsa illuminetur, quomodo ullus omnino intolerabilem illam Dei gloriam videre poterit ? Nam qui tandem gloriam Dei, et naturam deitatis humilis, et abjecta hominis natura videbit ? Deus enim increatus est, nos omnes creati. Ille corruptionem nescit ; nos corruptibiles et pulvis sumus. Ille spiritus est, nobilior omni spiritu, ut conditor spirituum ac Dominus ; nos carnes terrestres, et substantia terrestris. Ille auctor omnium, principii expers, incomprehensus : nos vermes, et cœnum et cinis. Et qui de nobis ex propria virtute, aut actione hunc videre unquam poterit, nisi ipse Spiritum suum divinum emiserit, ac per eum infirmæ naturæ robur, vires, virtutemque suffecerit, et hominem videndæ gloriæ suæ idoneum effecerit ? Alioqui enim non videbit, nec videre poterit hominem quispiam in gloria venientem. Et ita injusti a justis separabuntur, tenebrisque obruentur peccatores, et quicumque hinc secum lumen in ipsis non attulerint Qui autem ex his quæ hic egerunt, ei copulati sunt, etiam tunc mystice et germane Deo copulabuntur, atque ab ejus communione nunquam divellentur. Porro qui hinc emigraverint ab ejus lumine sejuncti quomodo aut qua ratione tunc ei uniantur, discere a vobis cupio, aut vos docere potius.

Deus homo factus, sociatus est hominibus. Communicavit nobiscum in humana natura, vicissimque cum universis in eum credentibus, et fidem ex operibus ostendentibus divinitatem suam communicavit. Hos igitur salvatum iri affirmavit, solos divinitatis ejus consortes ; sicut ipsæ naturæ nostræ consors est, effector omnium, ut Paulus testificatur, Christi Ecclesiam corpus unum fore dominicum et divinum, absque macula, irreprehensibile, sine omni ruga, qui erunt fideles ; caput autem Christus[41]. Si ergo sic erit, quemadmodum etiam est, qui sordibus ipsum attingere audebit, aut quis indignus ei agglutinabitur ? Nam si et hodie extra Ecclesiam peccatores ejiciuntur, et consortio aliorum penitus excluduntur, et insuper aspectu divinarum rerum privantur, qui sancti non sunt, proh quomodo tunc cum corpore inculpabili conjungentur, et membra Christi fient, cum sint contaminati, ac sordidi (21) ?

Non licet hoc, fratres, non fiet omnino Qui autem a divino corpore, id est, Ecclesia, et a choro electorum secernuntur, dic, quonam abibunt ? in quod regnum ! in quo loco, cedo, sperant domicilium ? Plane enim paradisus, et sinus Abrahæ, et omnis locus requiei eorum est qui salvantur. At enim qui salvantur, sunt omnes omnino sancti, ut divina Scriptura passim docet, testaturque Multæ quippe mansiones sunt, sed intra Thalamum [42]. Quemadmodum enim unum est cœlum, et in eo stellæ, honore et claritate differentes : sic item unus thalamus est, et regnum. Cæterum et paradisus, et civitas sancta, et omnis locus requietis, Deus est solus. Et ut homo non habet in vita requiem, qui non manet in Deo, et Deus in eo : sic etiam post mortem extra illum unicum, non erit, opinor, ulla requies, non locus a tristitia, a gemitu, a tribulatione liber.

Quocirca studeamus, fratres, studeamus ante obitum nostrum Deo auctori omnium coalescere, qui propter nos miseros cœlos inclinavit, et in terras descendit[43] ; qui latuit angelos, et in utero sanctæ Virginis habitavit, ex qua corpus assumpsit, modo memorabili, et citra mutationem sui, indeque ad nostram omnium salutem operandam processit. Salus autem nostra hæc et plane, quod sæpius diximus, et nunc denuo dicemus, non nos quidem ex nobis ipsis, sed ex ore divino. Apparuit magnum lumen futuri sæculi, regnum cœlorum in terras descendit : imo vero superum et inferum, et omnium Rex venit, voluitque nobis fieri similis, ut ex ipso tanquam ex lumine omnes accensi lumina altera primo similia evaderemus ; et regni cœlestis consortes, gloriaque par icipes, nec non æternorum bonorum, quæ nemo vidit unquam, hæredes fieremus. Hæc autem sunt, ut credo, et mihi persuadeo et autumo, Pater, Filius et Spiritus sanctus, una Trinitas. Hic fons bonorum ; hæc vita

[41] Ephes. v, 23. [42] Joan. xiv, 2. [43] Psal. xviii, 10.

(21) Hæc quæ Symeon scribit, intelligenda sunt, non de quibuscumque peccatoribus, sed de excommunicatis. Alii enim peccatores, quantumvis enormes, sive manifesti sive occulti, vere sunt in Ecclesia ; dummodo tamen fidem non abjiciant. De quo videat lector Card. Bellarm. lib. III *De Ecclesia militante*, cap. 9, qui etiam cap. 10 docet, quomodo infideles occulti in Ecclesia censeri possint.

rum exstantium ; hæ deliciæ et requies; hæc stola gloria , hoc gaudium ineffabile et salus omnium, ıi Illuminationis ejus inexplicabilis facti sunt par- :ipes, et communionem se cum ipso habere sen- ınt. Idcirco enim, audite, Salvator nominatur, ıoniam omnibus quibuscum unitus fuerit, salutem ıt. Salus porro est omnium malorum depulsio, et eodem omnium bonorum æterna inventio, a orte vitam, a tenebris lucem, a servitute vitio- rum affectuum, turpissimarumque actionum erfectam libertatem omnibus cum Christo omnium ılvatore conjunctis ac devinctis largiens, qui tunc nne gaudium citra periculum amittendi, omnem :sultationem, lætitiamque possident. Qui autem orsus ab eo sejuncti, non eum quærunt, nec ju- ım motuum animi rationi adversantium excusse- ınt, nec a morte sunt liberati, seu reges. seu incipes, seu viri summates sint, etsi in deliciis, hilaritatibus, et oblectationibus, et in bonis per- uendis versari se putent, nunquam tamen talem quirent lætitiam, qualem servi Christi ab omni- ıs illegitimis gloriæ ac voluptatum cupiditatibus ımunes percipiunt; quæ quidem tanta est, ut eam atio censequi non possit, quam eorum nemo ali- ıando cognoscet, intelliget, aut videbit, qui ıristo sincere fruenterque non adhæserint, eique ıique quam explicare non est, astricti et impliciti ın fuerint ; quem decet gloria et h nor, laus et nnis prædicatio ab omni creatura, et spiritu in ecula Amen.

CAPUT XXX.

elius esse bene regi, quam regere invitos. Nullum enim capi emolumentum, si quis alios servare studeat, et se per illorum præfecturam perditum erit.

Dic, Christe, servo tuo, dic lumen mundi, dic ientia totius univeri, dic Verbum sapientia, quæ nnia præscis, omnia prænosti, et nobis conducen- ı doces sine invidia ; dic et doce me quoque vias lutares tuarum voluntatum, ac divinorum tuorum andatorum. Dic, et ne despicias me, neve celes diguum servum tuum, Deus meus beneplacitum .um, et aperi mihi benigne Salvator utrum ex ıobus melius apud te sit, tibique gratius, sollici- dinem gerere me rerum monasterii, et candide ocurare necessitudines corporum, propugnare- ıe odiose pro omnibus; an soli quieti semper esse editum, et mentem serenam, atque inperturbatam ınservare, et gratiæ tuæ scintillas suscipere, et cundum animæ sensum continenter illuminari, vinosque sermones arcane percipere, et mansuete ıcere alios, docerique similiter. Qui enim docet ios, eadem sibi quoque dicit, et primus omnino ı præstare factis debet. Ex his itaque ambobus, c mihi, o fictor et Deus meus, utrum mihi con- ıcibile, utrum tibi placitum ac perfectum est ? ge, ne nihil istud denega tu, cujus summa est isericordia.

Audi quæ percunctaris, et audita litteris manda. Ego Deus ante omne principium, ego natura Dominus, superorum et inferorum rex, cujus servi omnes censentur, etiam qui nolunt. Ego utique Conditor omninm, Judex, et Dominus et nunc sum, et in sæcuia sæculorum ero. Sed nolentem nullum unquam cogo. Volo enim eos qui mihi serviunt, et dicto audientes sunt, servire libere, ex animi arbitrio, cum timore et charitate. Tales servos meos, tales qui apud me merent, tales amicos meos esse desidero. Alios nondum cognovi, nec ab iisdem cognitus sum. Quocirca durum me, et qui commiseratione non tangar, et iniquum ipsi filii iniquitatis appellant igitur me contumeliose tractant, qui convicia mihi dicunt, qui me probris onerant, quomodo tibi se subjiciant, aut quomodo te magistrum admittant? quomodo lupi te pastorem reputabunt? aut quomodo vocem tuam sequentur, cum sint feræ bellue? Egredere, fuge et subduc te ex horum medio. Satis esto tibi, si teipsum serves. Quod si mundum serves, te vero perdes, qui mundus opera tua servatus tibi proderit? Nolo te quemquam nolentem regere : quod ipsum me in mundo fecisse videas licet. Volentium ego rector ac Dominus; cæterorum creator quidem, et natura Dominus, non autem ullo modo rex, neque dux, ac præses sum. qui non tollunt crucem suam, nec me sequuntur: diaboli enim filii, et vasa sunt. Vide mysterium horribile, vide soliditatem, et eos lamentis prosequere si potes vel in horas singulas. Vocati namque e tenebris ad lumen non occiduum, a morte ad vitam, ab inferno ad cœlum, a temporariis et perituris ad gloriam sempiternam, irascuntur, et contra magistros insaniunt, omnigenasque insidias in eosdem componunt, et mori præoptant, quam a tenebris, et operibus tenebrarum discidere, ac me sequi. Hos quo pacto tandem moderaberis? quomodo his præeris : quomodo hos duces, dic age. qui sponte sua ad ignem transfugiunt, hosti adhærentes, et cum eo præceptis meis contraria impigre designantes? Quomodo pasces ut oves; quomodo ad pascua, quæso, mandatorum meorum, ad aquam voluntatum mearum induces? quomodo educes eos ad montes, qui animo videntur, visionum mysticarum gloriæ meæ inenarrabilis, per quam quid eam intuentur, inferiorem hanc gloriam despiciunt, omniumque sub sensus eadentium obliti, hæc omnia pro umbra, et fumo ducunt? Dic quomodo adversarium in causa dicenda patronum habebis? quomodo hostem infestum ad te diligendum adduces? Facile enim potius, parva occasione inventa, ex amicis inimici fiunt. Ast inimici difficile conjungunt amicitiam, quamvis beneficiis afficiantur, donisque nobilibus, et magnis cohonestentur. Venenum clausum gerunt in pectore, quod opportunitate oblata mox evomunt, ac benemeritos de se impie, crudeliterque non formidant occidere. O extremum furorem. Hi sunt imitatores Cain; hi Lamecho sceleratiores; hi Saulo moribus similes, sequaces

Judæorum, Judæ æmuli, et ejus laquei hæredes. His si præesse quæris, considera quo devenias : non enim eo se convertent quo tu volueris, sed te eamdem viam ambulare compellent, et primum, ante illos in pestem, et exitium incidere, et infra ipsos in foveam imam descendere, ut qui eos omnino comites a tergo habeas. Quod si plane ipsis assimilari recusaveris, et eorum consilis cogitationibusque una auferri, abducique nolueris, nec communicare eorum malis operibus, seditionem, pugnam, bellum implacabile habebis. Indequid tibi fiet ? quid continget ? dicam, si audis, quid lucri sis facturus, et dicam paucis. Ante omnia, servus meus esse neutiquam poteris. Servum enim meum pugnare neutiquam volo. Odium in præcordiis fovebunt contra te irreconciliabile, et cædem tibi aperte occulteque molientur, tuque pro ipsis in judicium vocatis respondebis Nihil quippe mors tua aliis commodabit, quemadmodum mea mors vitam mundo peperit. Quin et damnationis causa illis eris, et tu ita hinc abibis, ut libere te defendere nequeas. Præstat itaque omnino regi, non regere tales, resque suas curare potissimum, et pro illis, proque omnibus hominibus orare, ut omnes convertantur, et ad agnitionem sui perveniat ; et ex his volentes docere, ac pietatis rudimentis imbuere. Ne vero cogas eos facere quæ doces ; sed sermones meos illis occine, et ad eos ut vitæ æternæ conciliatores opere exsequendos cohortare. Ipsi hi sermones statuent eos ante me, et unumquemque pro meritis judicabunt. Tu reddendæ rationi non eris obnoxius, et indemnatus plane manebis, quoniam argentum eloquiorum meorum non abscondisti, sed quantum ipse accepisti, omnibus expendisti. Hoc mihi placet, hoc apostolorum et discipulorum meorum opus fuit, quod mandavi, promulgare videlicet me Deum per orbem terrarum, et docere voluntates ac mandata mea, eaque humano generi perscripta relinquere. Sic tu quoque facere et docere elabora. Nolentibus autem audire sermones meos, responde, quod ego respondi quibusdam dicentibus ? *Durus est hic sermo, et quis potest audire eum* [44] ? dixi ergo, Si sic non vultis, itote, et facite quilibet quodlibet ; totumque eorum potestati et arbitrio permisi, ut si mortem, seu vitam eligerent. Nemo enim aliquando præter voluntatem, et inductionem animi bonus fuit ; neque infidelis, si nolit, fidelis erit ; nec amicus mundi, amicus Dei. Nunquam stultus præter voluntatem mutato animo probus fiet. Nullus enim natura, sed consilio et proposito mentis factus est improbus : sic vicissim ex perverso atque improbo sententia et arbitratu, si placuerit, probus et integer fiet : quod si nolit, voluntarie nequaquam talis erit. Nemo in isthoc mundo invitus virtutis fungetur officio. Nemo nolens salvatur : hoc ne plus quære. Da operam salvare te, et audientes te, si forte in terra hominum inveneris habentem aures audiendi, et obtemperantem his quæ audit.

Faciam ego istud, Domine, sicut præcepisti mihi, Verumtamen tuam opem, tuam gratiam dona mihi indigno servo tuo, Deus meus, ut semper glorificem te et celebrem potentiam tuam vocibus perennibus in omnium sæculorum infinitatem. Amen.

CAPUT XXXI.

Quid sit illud : « Secundum imaginem » et merito intelligi hominem prototypi similitudinem, seu imaginem esse. Diligentem inimicos, tanquam bene meritos, Deum imitari, et hinc Spiritus sancti participem, adoptione et gratia Deum fieri, atque ab iis solis cognosci, qui eodem Spiritu aguntur.

Gloria, laus, hymnus, gratia, qui hoc totum rerum naturæ opus ex nihilo solo verbo, et voluntate sua procreavit, Deo universorum, qui in trinitate hypostaseon, et in una essentia adoratur. Unus Deus sancta Trinitas, supersubstantialis substantia, una in tribus personis, et tribus subsistentiis, inseparabilibus atque indivisibilibus, una natura, una gloria, una virtus, una voluntas. Hæc sola creatrix est omnium. Hæc me totum et luto formavit, inditaque anima in terra collocavit, et lumen dedit, in quo viderem et intuerer omnia, nempe hunc mundum sensibus expositum, solem, lunam, astra, cœlum, terram, mare, et quæcunque sunt in horum medio. Dedit etiam mentem et rationem. Attendas velim. Secundum imaginem igitur τοῦ λόγου datus est nobis, ὁ λόγος, id est, *ratio* ; nam ἐκ λόγου λογικοὶ, id est, *ex ratione rationales*, ἐκ λόγου, qui est absque principio, increatus, incomprehensus, vacans materia. Sic secundum imaginem anima cujusque hominis λογικὴ εἰκὼν τοῦ λόγου. Quo pacto ? doce me. Attende ad verba mea. Ex Deo Deus Verbum, coæternum Patri et Spiritui sancto. Eodem modo et anima mea similitudine quadam illius. Habens enim mentem et rationem, habet hæc secundum essentiam indivisa, et inconfusa similiter consubstantialia, unum hæc tria unitim, et divisim tria, quæ semper et unita, et divisa sunt : uniuntur enim inconfuse, et secernuntur indivise. Si unum ex his deduceris, omnia deduxeris. Anima sine ratione et mente, simile quiddam brutorum est : absque anima vero non potest ratio subsistere. Sic ergo ex imagine prototypon intellige. Sine Spiritu nec Pater, nec Verbum ejus erit. Pater est Spiritus, et Filius ejus est Spiritus, tametsi carnem induit, et rursum Spiritus Deus est : unum enim natura, et essentia ambo sunt, sicut mens, anima et ratio. Sed Pater quidem Verbum ex se genuit ineffabiliter. Sicut autem mens est ex anima mea, vel potius in anima mea ; sic ex Patre Spiritus, vel potius in Patre manet, et procedit modo inexplicabili. Quomodo rursum mens mea semper generat rationem, et producit, et emittit, et notam facit omnibus, non tamen se-

[44] Joan. VI, 61.

ratur ab ea : sed gignit rationem, et in se conti- A ignotum his qui cordis puritatem non acquisive-
t? ita intellige Patrem genuisse Verbum, quoniam runt, ignotum cupide non credentibus ut divinum
mper generat, nullo autem modo ab hoc Filio Spiritum accipiant, ignotum non credentibus, etiam
ter separatur, sed in Filio cernitur, et Filius in modo imperiti Spiritum sanctum poscentibus : in-
manet. credulitas enim arcet ac repellit divinum Spiritum.
Hanc imaginem etsi obscura est, eam tamen ac- Qui non credit, non petit ; qui non petit, non acci-
rate nostra descripsit ac informavit oratio, pit ; qui non accipit, est mortuus ; mortuum autem
am nunquam videbis, neque intelliges, nisi prius quis non plorabit, quia cum mortuus sit, vivere
aginem tuam labe purgaveris atque elueris nisi se existimat? Plane mortui mortuos nunquam nec
ius affectionibus pravis obrutam erueris, et per- videre, nec lamentari queunt : vivi hos videntes,
te absterseris, atque ut nivem dealbaveris. Hoc lamentantur. Vident quippe novum monstrum,
m præstiteris, et ipsam probe purgaveris, et per- occisos viventes, quin et obambulantes ; cæcos
ta imago fuerit ; prototypon haud videbis, neque putantes se aspicere, et revera surdos arbitran-
elliges, nisi tibi per Spiritum sanctum revele- tes se audire. Vivunt sane, et audiunt, et vident
t : omnia enim docet Spiritus, in lumine ineffa- B ut pecudes ; ut non intelligentes intelligunt, in
i refulgens. Quatenus intelliguntur intelligibilia sensu insensibili, in vita mortua. Licet enim et
i omnia demonstrabit, quantum videre potes, non viventem vivere, et non viventem videre, et
antum homo assequi potest, secundum propor- non audientem audire.
nem purgatæ animæ tuæ ; et operum diligenti Quomodo, dic mihi, dic confestim, quicunque
itatione Deo assimilabere, temperantia, fortitu- vivunt secundum carnem, quicunque res hujus
ne, humanitate, tentationum tolerantia et chari- mundi admirantur, qui carnalibus duntaxat au-
e adversus inimicos. Hoc enim humanitatis est, ribus audiunt, divinos ac cœlestes sermones au-
benefacias inimicis, et tanquam amicos ac scultabunt? Hi omnes secundum spiritum surdi,
nemerentes eos diligas, et ores pro iis qui te cæci, mortui sunt. Prorsus enim ex Deo non
rsequuntur, et charitate æqualiter erga omnes, et sunt, ut vivant ; nec acceperunt, nec viderunt
nos et malos, propendeas, et quo omnibus quo- lumen divinum. Quod cum minime factum sit,
lie ponas animam tuam, pro salute, inquam, penitus surdi manserunt. Jam vero tales, quæso
ius, aut si fieri queat, omnium. te, cur Christiani vocentur? Audi divinum Pau-
Hæc te, fili, imitatorem Domini facient et ve- lum hæc tibi perspicue significantem ; vel potius
m te Creatoris imaginem reddent : imitatorem C audi Christum loquentem ; Primo homo e terra
rinæ perfectionis per omnia. Conditor autem plane creatus est ; secundus homo de cœlo descen-
nc, adverte animum, divinum Spiritum tibi dit[46]. Adhibe te dictis. Qualis igitur est primus,
tti, non aliam quam habuisti animam, sed spi- terrenus videlicet, tales etiam qui ex eo gignun-
um ex Deo, et inspirabit, et inhabitabit et es- tur, omnes terreni. Qualis autem Christus est,
ntialiter incolet, et illuminabit, et clarificabit, cœlestis Dominus, tales cœlestes omnes, qui in
rursus conflabit te, corruptibilemque incorru- eum crediderunt, nati denuo, baptizati in Spiritu
bilem præstabit, et inveteratam animæ tuæ do- sancto. Qualis est qui genuit, Deus vere, tales ex
m renovabit. Cum hac et corpus tuum solum ipso geniti, ex Deo dii per adoptionem, *et filii*
corruptionem induet. Quin deum te per gratiam, *Excelsi omnes*[47], ut divinum os inquit. Audisti
opotypo similem efficiet. Incredibile dictu, et Dei verba? audisti quemadmodum fideles ab aliis
rum sane et ignotum omnibus qui ab affectibus secernat? quemadmodum servis suis signum et
ptivi tenentur, ignotum mundi amatoribus, notam dederit, ne seducantur alienorum magi-
notum gloriæ cupidis, ignotum superbis, igno- trorum sermonibus? Primus, inquit, de terra,
m iracundis, ignotum injuriam non obliviscen- D quia terrenus creatus est. Secundus autem homo
us, ignotum carnis amantibus, ignotum avaris, omnium ille Dominus, de cœlo descendit. Primus
notum invidis, ignotum omnibus maledicis, omnibus hominibus prævaricatione sua mortem
notum hypocritis, ignotum gulonibus, ignotum et interitum invexit. Secundus mundo donavit, et
m vorantibus, ebriosis et scortatoribus, ignotum nunc universis fidelibus lumen, vitam, incorruptio-
ose fabulantibus, ignotum turpia loquentibus, nem donat. Audisti quæ tibi cœlestium rerum inter-
notum socordibus, ignotum turpia loquentibus. pres dixit? Audisti Christum loquentem per ipsum
ras negligentibus, ignotum non quotidie et et docentem homines, quales sint, qui in eum cre-
iter lugentibus, ignotum rebellibus, ignotum diderunt, et fidem ex operibus ostendere perseve-
ntradictoribus, ignotum ad placitum et nume- rant? Posthac, nihil ambigas, qualis Christus est
s suos viventibus, ignotum putantibus se esse cœlestis, te quoque talem esse debere. Quod si
quid cum nihil sint [45], ignotum gloriantibus et talis non es, quomodo Christiani vocabulum
udentibus de proceritate corporis, aut robore, usurpabis? Si enim qualis est Dominus, cœlestis
lchritudine, aut alio quocunque ornamento ; nempe etiam tales esse dicit qui in eum credide-

[45] Galat. VI, 3. [46] I Cor. XV, 48. [47] Psal. LXXXI, 6.

runt, omnino cœlestes videlicet, qui mundana sapiunt, qui secundum carnem vivunt, non sunt ex verbo Dei, quod e superis descendit; sed plane ex homine terreno, de terra formato. Sic senti, sic affectus esto, sic crede, et enitere ut talis fias, cœlestis nimirum, quod dixi. Qui e cœlo advenit, et dedit vitam mundo, hic idem est panis qui inde descendit, quem qui edunt, nunquam utique mortem vident [48]. Nam cum sint cœlestes, semper corruptionem penitus exuti, et incorruptionem induti erunt, et abjecta morte, vitæ agglutinati, incorrupti, et immortales evadunt, et idcirco cœlestes appellantur. Quis enim post homines natos ita appellatus est ex Adami filiis ac posteris, priusquam Dominus omnium, cœlestium, ac terrestrium cœlitus delaberetur? Hic carne nostra se vestivit, divinumque Spiritum nobis dedit, quod sæpe diximus : et idem Spiritus omnia ut Deus nobis præbet. Quænam illa? quæ crebro rudius, ac simplicius enumeravi, quod et nunc faciam.

Fit quasi quædam natatoria, lumine divino clarissima, et ea complectitur omnia. Quos dignos invenerit, intus (quibus verbis eloquar, quibus enuntiabo, quibus pro dignitate edisseram, quæ fiunt? Da mihi verba qui donasti mihi animam, Deus meus) divinus Spiritus ergo cum Deus sit, quos intra se acceperit, totos refingit, totos renovat, et instaurat admirabiliter : nec sordibus eorum inficitur. Et quomodo nec ignis nigrorem a ferro contrahit, et illi quæcunque habet communicat : pari modo divinus Spiritus cum sit incorruptibilis, et immortalis, incorruptionem et immortalitatem impertit. Et cum sit lumen nunquam occidens, lumen facit omnes, quos inhabitat. Et cum sit vita, omnibus vitam largitur. Ut Christo naturæ consors, et consubstantialis, et ejusdem gloriæ socius, eique unitus, hos etiam Christo simillimos reddit. Neque enim invidet Dominus, mortales divina gratia sibi similes fieri; nec dedignatur servos suos similitudinem ipsius gerere; quin delectatur, et gaudet, dum cernit tales factos nos ex hominibus natos, idque per gratiam, qualis ipse genitus est, et natura est. Cum enim sit benefactor, tales nos esse vult, qualis ipse est. Nam si ejusmodi non simus, perfecte, inquam, similes, quomodo illi uniti erimus, sicut dixit? quomodo etiam in eo manebimus? et quomodo ipse in nobis manebit, si ei simus dissimiles? Hoc igitur cum perspicue sciatis, studete accipere Spiritum qui ex Deo est, et divinus est, ut tales evadatis, quales nos docuimus, cœlestes ac divini, quales dixit Dominus, ut et regni cœlestis hæreditatem adeatis in sempiternum. Si tales non fueritis, aut hic non fietis, cœlestes, ut dixi, quomodo ullo modo cum ipso cœlum vos habitaturos arbitramini? quomodo in regnum cum cœlestibus intraturos, et regnaturos, et una futuros cum omnium rege ac Domino? Curramus itaque sedulo omnes, ut digni habeamur, qui in cœlis cum Christo omnium Domino regnemus, quem decet omnis gloria cum Patre, et sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXXII.

Subtilitates theologicæ. Qui non videt lumen gloriæ Dei, cæco infeliciorem esse.

Qui tam pronus es ad miserandum, Deus meus, creator meus, fulge mihi amplius inaccesso lumine tuo, ut gaudio cor meum impleas : et ne irascaris, neve derelinquas me? sed luce tua illustra animam meam; lux enim tua tu ipse es, Deus meus. Quanquam enim multis, ac diversis nominibus appellaris, tamen unum es. Hoc autem unum omni naturæ incognitum, invisibile, et inexplicabile est, quod ex comparatione quocunque indigitatur nomine. Ergo istuc unum est natura ὑπερουσιότατος, una deitas, unum regnum, una potestas; Trinitas quippe unum est. Trinitas una est Deus meus, non tria. Sed nihilominus tria illud unum, secundum subsistentias, natura mutuo ὁμοφυεῖς competentes, et consubstantiales omnimodis inconfuse, supra captum humanum unitas, et rursum citra divisionem divisas, in unum scilicet tria, et unum in tria. Unus enim est, qui condidit omnia Jesus Christus cum Patre experte principii, et cum Spiritu sancto, cujus æque nullum initium.

Unum igitur Trinitas, indivise prorsus. In uno autem tria, et vicissim in tribus unum, vel potius unum tria ista, et contra, tria unum. Intellige, adora, crede nunc et in sæcula. Hoc enim unum cum apparuerit, cum luxerit, cum participatum et communicatum illuminaverit, omne bonum est. Quocirca etiam non unum, sed multa a nobis accipit nomina, lumen, pax, gaudium, vita, esca, potus, indumentum, amictus, tabernaculum; divinum habitaculum, oriens, resurrectio, requies, lavacrum, ignis, aqua, fluvius, fons vitæ, fluentum, panis et vinum, novum et exquisitum fidelium condimentum, opiparum convivium, alimentum mysticarum deliciarum. Hoc sol est nunquam occumbens, astrum semper splendens, lampas intus in domicilio animæ effulgens. Hoc unum multa est, destruens et ædificans. Hoc unum simul omnia verbo produxit, et Spiritu virtutis suæ hæc omnia continet. Hoc unum, cœlum, et terram ex nihilo condidit, essentia impertivit, et ineffabiliter coagmentavit. Hoc unum solem, lunam, stellas (mira, nova, inusitata res) sola voluntate fecit. Hoc unum quadrupedes, reptilia, et feras, et volucrum omne genus, et maris pisces sicut cernimus, existere jussit. Postremo autem loco me finxit, tanquam regem, et hæc universa ad obsequium mihi subjecit; ut more servorum

[48] Joan. VI, 49-52.

ıecessitates meas explerent. Et quidem omnia ætera hujus unius, Dei, inquam, universitatis ıandatum custodiverunt, et etiamnum custodiunt; go miser solus ingratus apparui, et improbus, t inobediens Deo fictori meo, et qui mihi hæc mnia bona liberaliter præbuit violatoque mandato ıctus sum inutilis, jumentisque, et feris, bestiis t reptilibus, et volucribus inferior ac pejor aparui, et a recto itinere digressus, datam mihi loriam infelix perdidi, lucidaque, et divina stola poliatus sum, et in tenebris natus, nunc in tebris jaceo, et me luce privatum nescio. Ecce, ıquam, sol diem illuminat, quem nocte supereniente occidere video. Tum ut videam, cereos t lampadem accendo. Et quid alius homo plus ıe habet ? Sic enim homines in mundo vident, literque aut plus nemo. Hæc cum dico, mentior t meipsum ludo, meipsum fallo, et adversus ıemet me jacto, dum nolo me cæcum esse cognocere, dum nolo laborare, nolo sursum aspicere, olo damnatus ego meam cæcitatem agnoscere.

Dico autem, quis vidit Deum lumen mundi ! t dum hoc dico, prorsus non sentio, non intelgo, Domine, me male cogitare, et loqui. Qui amque lumen tuum non videt, et se videre affirıat, imo vero impossibile dicit esse, videre luıen gloriæ tuæ, omnes prophetarum, apostoloımque Scripturas, et sermones, atque œconoıiam tuam, Jesu, negat. Si enim ab alto illuxisti . in tenebris apparuisti, et advenisti in mundo ore nostro volens conversari cum hominibus umaniter, et lumen mundi teipsum esse, citra ınitatem dixisti, nos autem te non videmus, an ɔn penitus cæci, et cæcis miserabiliores sumus ? erissime mortui, et cæci sumus, dum te vivifiım lumen non cernimus. Solem hunc corporeum ɛci non vident, vivunt tamen, et quocunque moɔ motibus cientur; non enim vitam donat, sed videas duntaxat. Tu autem cum sis omnia ɔna semper omnia das servis tuis videntibus : dentibus, inquam, lumen tuum. Et quoniam ta es, cum aliis omnibus bonis, quæ tu ipse es, iam vitam largiris. Vere enim omnia in te posdet, qui te habet. Ne priver te Domine, ne, i creator, priver te, ne te priver, miseri- rs, ego humilis, et peregrinus. Etenim pereinus, et inquilinus hic, ut tibi complacuit, ɔn voluntate, non sponte mea factus sum : sed atia tua meipsum inter hæc visibilia cognovi ɛspitem, intellectualiter illustratus tuo lumine, rspectoque, te ad mundum immaterialem, et aspectabilem, transferre, et in eo facere habitare nus humanum, describendo ac distribuendo o meritis cuique habitationem suam, pro eo ilicet ac servavit mandata tua. Propterea precor me tecum colloces, tametsi peccavi multum pra omnes mortales, pœnaque et ultione dignus sum. Nerum ut publicanum, et meretricem supplicantem me suscipe, Domine. Etsi ego non perinde fleo ; etsi non similiter pedes tuos capillis meis extergo ; etsi non similiter gemo, et lamentor, tamen tu emanas misericordiam, et scaturis miserationem, et quasi e fonte effundis bonitatem, per quæ miserere mei. Eia, qui manus et pedes tuos fixus es in cruce, et lancea latus apertus, o misericordissime, miserere mei, et ab igne sempiterno serva me, et dignum fac, qui de reliqqo approbe serviam tibi, et tunc indamnabilis stem coram te, accipiarque intra thalamum tuum, ubi lætabor tecum bono Domino in omnia sæcula. Amen.

CAPUT XXXIII.

Confessio precationi conjuncta, et de copula sancti Spiritus cum perturbationum vacuitate.

Elongavi, o benigne, *mansi in solitudine*[49], et abscondi me abs te dulci Domino. Circumventus nocte sollicitudinis vitæ hujus, multos inde morsus, ac vulnera sustinui : multas plagas reversus fero in anima mea, clamoque in cruciatu, et dolore cordis mei : Miserere mei prævaricatoris, miserere, o medice, qui diligis animas, et solus admodum libenter misereris. Qui ægris, et vulneratis mederis gratis, medere vibicibus et vulneribus meis, Stilla misericordiam gratiæ tuæ Deus meus, oblittera plagas, atque ulcera mea, in unum attrahe, et constringe male dissoluta membra mea, et omnes cicatrices meas dele, meque totum perfecte sana, ut prius, quando me nulla fœdabat inquinatio, nulla vibex, nec plaga tumens aut macula : sed mecum erat tranquillitas, gaudium, pax, mansuetudo, sancta humilitas, et longanimitas, patientiæ, bonorumque operum claritudo, tolerantia, et penitus invicta virtus, unde quotidianæ et suavissimæ lacrymæ, unde exsultatio in corde meo velut fons scaturiebat, fluebatque jugiter, et erat fluentum melleum, et potus lætitiæ assiduo versans in ore mentis meæ ; unde omnis sanitas, unde puritas, unde malorum affectionum sedatio, et cogitationum inanium abjectio, unde mihi ἀπάθεια corusca quodammodo aderat, et mecum consuescebat (spiritualiter intellige, qui hæc legendo percurris, ne turpiter inquineris) immensam voluptatem connubitionis, infinitumque nuptiarum divinæ conjunctionis mihi desiderium inferens ; ex qua et ego mutatus, solutus sum perturbationibus, inflammatus voluptate, et incensus ejus desiderio, et particeps luminis, imo et lumen evasi, omni passione superior, ab omni nequitia remotus. Non enim attingit lumen apathiæ passio, ut nec solem umbra, aut nocturnæ tenebræ. Talis porro cum essem, mihi fidens inflatus sunt superbia, rerumque sensibilium sollicitudine, et curis vitæ subtractus decidi infelix, refrigeratusque nigrorem ferri indui,

[49] Psal. LIV, 8.

et diu jacens, insuper venenum arripui. Idcirco ad te clamo, o benigne, et denuo purgari ad pristinamque pulchritudiuem sustolli, tuoque lumine frui obsecro, nunc et semper, et in omnium spatia sæculorum. Amen.

CAPUT XXXIV.

De intelligibili paradiso splendida commentatio, et de ligno vitæ in eodem.

Benedictus es, Domine, benedictus es solus, benedictus es misericors, et plusquam benedictus, qui dedisti in cor meum lucem mandatorum tuorum, plantastique in me lignum vitæ, et fecisti me paradisum alium inter aspectabilia, in sensibilibus quidem intellectualem, in intellectualibus autem sensibilem, et alium spiritum, nempe Spiritum tuum sanctum animæ meæ conjunxisti, eumque in visceribus meis habitare fecisti. Plane hoc unicum est vitæ lignum. Hoc, in qua terra consitum fuerit, in anima nempe hominis, et si in corde radices egerit, paradisum reddit, et id mox splendidissime speciosis stirpibus, arboribus, et diversis fructibus, variisque floribus, et unguenta spirantibus liliis exornat, quæ sunt humilitas, pax, gaudium, mansuetudo, condolescentia, luctus, imbres lacrymarum, et inusitata in illis delectatio, splendor gratiæ tuæ illucens omnibus in paradiso versantibus. Tu es crater vitalia fluenta tua mihi effundens, et sermones divinæ cogitationis copiose ministrans. Quod si tu nolueris, sed contra ista demolitus fueris, ego amens, et instar lapidis stupidus sum. Ut tuba sine inflatu nunquem sonabit, sic et ego absque te velut inanimus sum ; sine anima vero fieri non potest, ut corpus agat aliquid, et anima sine spiritu tuo moveri, et mandatis tuis obedire, aut te videre, aut astare tibi, aut cantare intelligenter gloriam tuam nequit. Ideo clamo, ideo vociferor ad te, qui sursum cum Patre, et infra nobiscum es ; non ut quidam ratiocinantur, operatione sola ; nec, ut multi putant, voluntate sola, nec sola potentia tua, sed etiam essentia : siquidem hoc vocabulum de te usurpare, aut intelligere fas est, qui solus immortalis, et supersessentialis es. Etenim si revera omnino ininterpretabilis es, quem te appellabimus ? quomodo te vel essentiam, et quam tandem et qualem dicere audebimus ? Profecto nihil eorum quæ in rerum natura subsistunt tu es, Deus meus ; sed omnia opera tua ex nihilo producta sunt ; solus tu increatus es, et sine principio, Trinitas sancta, et veneranda, Deus universorum. Et ostendisti nobis lumen gloriæ tuæ incontaminatæ, id ipsum et nunc mihi sine intervallo præbe. Da mihi per illud perpetuo ceu in speculo intueri, et contemplari te Verbum, et immensam pulchritudinem tuam manifeste perspicere atque intelligere ; quod cum sit omnimodis non intelligibile, supra modum obstupefacit, et percellit mentem meam, et in corde meo ignem charitatis erga te accendit ; qui ubi in flammam divini desiderii erupit, clarius mihi gloriam tuam demonstrat ; quam adorans, oro te, Fili Dei, fac ut eam nunc et in futuro sæculo citra vicissitudinem obtineam, et per ipsam te Deum per æterna tempora videam. Ne des mihi, Domine, vanam mundi gloriam, ne divitias pereuntes, ne talenta auri, ne sublime solium, ne in ista fugacia principatum : humilibus, pauperibus ac mitibus me associa : ut ego quoque humilis et mitis fiam. Etsi ministerium meum non utiliter, atque ad beneplacitum et cultum tuum obeo, placeat tibi ut eo abdicatus, tantummodo peccata mea defleam, deque solo justo judicio tuo sim sollicitus, et quomodo respondeam tibi, qui multoties iram tuam provocavi.

O Pastor, quem aliena mala commovent, bone et mansuete Pastor, qui omnes in te credentes salvari cupis, miserere, et hanc precem meam exaudi ; ne irascaris, neu faciem tuam avertas a me, sed doce me implere voluntatem tuam. Non enim studeo fieri voluntatem meam, sed tuam, ut te colam. Adjuro te miserere mei, qui es natura misericors[50], et fac quid miseræ animæ meæ conducat ; quoniam Deus benignus et humanus tu solus es increatus, nunquam desiturus, omnipotenc, omnium te diligentium, et abs te vehementer dilectorum vita et lumen. Quibus utinam me annumeres et divinæ gloriæ tuæ socium, et cohæredem præstes ! Te enim decet gloria, Patrem cum Filio, simul carente principio, et sacrosanctum Spiritum in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXXV.

Cuilibet homini propter divinas leges injuriose et contumeliose tractato, eam ipsam ignominiam honori et ornamento esse. Item dissertatio ad animam suam, qua inexhaustæ Spiritus divitiæ explicantur.

Da mihi sensum, Christe, quem semel donasti ; eo me tege, Salvator, et in eo totum me absconde, et ne sinas appropinquare mihi sensum mundi, ne intrare in me, et penitus ne sinas lædere me humilem servum tuum, cujus tu solus es misertus. Nam cum se curæ ac sollicitudini commendabili mundanus sensus repente ingesserit, statim prava desideria in misera anima mea exsuscitat. Suggerit enim gloriam, admonet divitiarum, ad ambiendam regum consuetudinem incitat, et hoc in magna felicitate ducit. Ex hujuscemodi igitur cogitationibus, sicut a vento uter intumescit, et ignis in flammam accenditur : sic anima inflata turgescit, et cupiditate gloriæ, opum se inertium feriarum, quibus deorsum trahitur, vehementer distenditur. In gloria et admiratione concupiscit esse cum his, qui vivunt in gloria ; illustris videri cum illustribus : possidere divitias cum divitibus. Quam tu glorificasti lumine pro ineffabili, quam tu vestiti gloria tua inexplicabili, quam tu exem-

[50] Psal. LXXXV, 15.

um claritatis, et fulgoris tui exhibuisti, ejus entem sensus mundanus pro captiva occupans, tendit illi reges, proponit honores, præsentis æ opes suggerit, et ad ista cogitationem detorquet. O caliginem, o cæcitatem, o inanes cogitationes, scopum sordidum, o mentem stolidam ; quoniam lictis ineffabilibus, et immortalibus, terrena co- to et apud animum volvo. Nonne rex morietur? nne gloria evanescet ? nonne divitiæ, ut pulvis a nto dispergentur? nonne putrescent corpora in se- lcris ? et fortunæ istæ caducæ alios habebunt do- inos, deinde alios, et post hoc rursum alios ? Et jusnam, dic mihi, anima mea, facultates istæ et co- æ fuerunt ? Quis autem in hac vita vel exiguum æstum facere potuit, quem etiam moriens secum nc auferret? nullum mihi, nullum plane nomina- s, aut ostendes, præter misericordes, qui omnibus pauperum manus distributis, nihil sibi reliquerint. Illi namque tuto retinent, quæ dederunt, ex o ea in manus Domini dederunt. Cæteri omnes, mendici, et mendicis infeliciores sunt, qui di- ias suas habent sine usu repositas, nudi enim ut fossa terra denuo in fossam, sic illi in tumulos ojiciuntur, et in hoc sæculo miseri, et in futuro spites ac peregrini. Quid igitur, anima mea, in s eximium intuens delectaris ? quid horum ex- tendum censes? Nihil penitus habes quod dicas, hil quod respondeas.

Væ qui divitias cumularunt. Væ qui gloriam ab ominibus volunt accipere. Væ qui se inserue- nt divitibus, et non Dei gloriam, ejusque divi- is, et solum cum ipso esse, versarique deside- nt. Mundus enim vanus est, et quæ in mundo nt, vanitates sunt, et omnia vanitas : Deus au- m solus est æternus, immortalis, semper manens, cum ipso erunt, qui nunc eum quærunt, qui lum illum præ omnibus dilexerunt. Væ tunc il- , qui modo mundum diligunt ; quandoquidem opter ipsum addicentur suppliciis sempiternis. æ sitientibus gloriam hominum, quia tunc gloria ei privabuntnr. Væ, anima, his qui congregave- nt divitias, quoniam ibi aquæ guttam consequi tabnnt. Væ anima, figentibus spem in homine ; ia ille morietur, et cum illo spes, et tunc spe a carentes et frustrati invenientur. Væ, anima, bentibus hic consolationem suam ; quoniam ibi ibulationem æternam habituri sunt.

Narra mihi, anima, quid contristaris ? quid re- m hujus vitæ concupiscis ? Dic mihi, et docebo uniuscujusque necessitatem et usum. Tu in- llige, et disce, quid boni sit in quolibet. Quid s ? vis honoribus tolli, vis prædicari ? audi igi- r quid sit honor, quid ignominia. Honor est onorare quidem omnes ; sed Deum ante omnes, mandata ejus insuper ut opes sibi comparare, orumque causa injurias, maledicta et omne genus obra sustinere. Cum enim, o anima, negotium iqnod ad honorem, et gloriam Dei inceptaveris, ob ipsum contemptu, et injuriis affecta fueris, A tunc honorem, et stabilem gloriam adepta es : nam gloria Dei omnino ad te perveniat. Tum quoque omnes angeli te collaudabunt quod honoraveris Deum, quem ipsi collaudant. Vis, anima mea, vestes, et opes possidere ? ausculta, jam tibi opes æternas demonstrabo. Age pœnitentiam in lacrymis ; despice omnia ; esto pauper spiritu ; esto inops pecuniæ ; esto mundo peregrina ; esto sinistris voluntatibus tuis inimica, et in solius Domini tui voluntate acquiesce, et ejus vestigiis insistere contende : tum lentius gradiens ille, a te misera prehendetur ; quem cum videris, clamorem ingentem ede. Conversus ipse, placido vultu te intuebitur, seque paululum tibi aspiciendum præbebit, B et iterum ablatus ab oculis tuis te relinquet. Tunc lamentaberis misella, tunc dolens plorabis, et doloris impatiens mortem invocabis, non ferens abs te separari tam dulcem Dominum. Ast bonus Dominus cum te consilii inopem, et in fletu, mœstitiaque constantissimam viderit, iterum repente tibi apparebit ; iterum te illuminabit ; iterum tibi inexhaustas divitias demonstrabit, paterni vultus gloriam immarcescibilem, et exhilarabit. gaudioque te implebit ut prius, et ita gaudii plenam relinquet. Mundanum porro gaudium quod verbis et cogitationibus percipiebas, sensim te deficiet, et in tristitiam commutabitur. Sic rursus, ut ante, magnopere lamentaberis, et cum gemitu voces effundens, illum lætitiæ promum, gaudii largitC rem, illum in quo revera stabiles semper divitiæ, requires. Eo sic explorante voluntatem, ac propositum tuum, cave ne defatigeris, anima ne retro reflectare, ne dicas, quousque te non comprehendam ? ne dicas, quid apparens, subito occultatur iterum ? et quousque tandem molestias mihi dat, non misericordiam ? Ne dicas, qui usque ad mortem lassari queo ? et ita graveris exquirere Dominum ; sed ut quæ morti te semul obtuleris, et consecratis, ne quietem ac remissionem tangas, ne gloriam consecteris, nec delicias corporis, nec amicitiam cognatorum. Ne dextra, neve sinistra circumspicias aliquatenus, sed, ut cœpisti, vel potius festinantius currens, stude semper assequi, et manu apprehendere Dominum. Quod si millies D se occultaverit, et toties tibi apparuerit, nec comprehendi potuerit, hac via abs te tenebitur. Decies millies, imo vero quandiu spiras, prompte et alacriter quære, et ad ipsum accurre. Etenim non deseret te, non deficiet a te ; sed paulatim magis magis apparebit, et frequentius tecum erit, ac tandem purgatam illustratione luminis, totus veniens inhabitabit, manebitque tecum, qui mundum fecit, et habebis veras divitias, quas mundus non habet ; sed cœlum, et qui illic in album relati sunt. Si istud tibi contingat, memorandum, quid vis amplius ?

Dic, anima ingrata ; sic anima stulta ; dic, vilis anima mea, quid his majus sive in cœlis, sive in terris, ut illud persequare ? Cœli Fabricator, et

terræ Dominus, et omnium quæque in cœlo, quæque in mundo sunt conditor, judex, et rex ipse solus in te habitat, totum se manifestans tibi, totus illuminans te luce sua, et pulchritudinem vultus sui tibi ostendens, ut ipsum expressius videas, et consortem te gloriæ suæ faciens, dic quid hoc uno præstantius? Respondebis, nihil penitus. Audi insuper. Tali honore dignata, o anima, quid adhuc terræ inhias? quid istis rebus demulceris? quid adhæres perituris, quæ immortalia accepisti? quid moraris in præsentibus, quæ futura invenisti? Illa conare jugiter possidere, illis totam te agglutina, anima mea, ut et post obitum inveniaris in æternis illis bonis, quæ hic acquisivisti, et cum iis Creatori ac Domino assistas, et cum eodem lætere per innumerabilia sæcula. Amen.

CAPUT XXXVI.

Spiritu sancto in nobis fulgente, omnes non rectas animi motiones fugari: eodemque radios contrahente, ab his, et a pravis cogitationibus nos infestari.

Lumen tuum, Christe, me circumfulgens vivificat; nam te videre, et reviviscere, et a mortuis resurgere. Qui efficiat lumen tuum, non possum dicere. Verumtamen hoc re ipsa cognovi, et cognosco, sive morbo, sive afflictionibus, sive mœroribus, sive vinculis, sive fame, sive custodia detinear, sive gravioribus molestiis premar, emicante lumine tuo, omnia tanquam tenebras discuti ac dispelli, et in requie ac luce, et fruitione luminis per divinum Spiritum tuum subito me constitui. Scio tribulationes fumum, cogitationes malas tenebras, tentationes jacula, sollicitudines caliginem, passiones belluas vocari, a quibus olim liberasti, et eruisti me; et illucescens paulatim mihi lumine tuo, etiam nunc in horum medio versantem me invulneratum custodis, tuo lumine me protegens. Quia vero delinquo sæpe admodum, et in horas pecco, quia, inquam, effero me adversum te, quia irrito te, indigeo misericordi castigatione tua, quam vehementer in me adhibitam sentio divini recessu luminis, quod tegebat me. Ut enim sole occidente nox et tenebræ ingruunt, et feræ omnes ad pastum exeunt: sic ubi me lumen tuum deseruit, illico vitæ hujus tenebræ, ac pelagus irrequietarum cogitationum me obruunt et feræ turbidorum motuum me devorant, jaculisque omnigenarum cogitationum vulneror. Ubi rursus pietati commotus, mei misertus fueris, et flebiles lamentationes meas exaudieris, gemitusque perceperis et lacrymas admiseris, et ad humilitatem meam respicere volueris, qui inexpiabilia peccavi, procul ut stella exoriens videris, et paulatim dilataris (non tu ipse hoc patiens, sed mentem servi tui ad videndum aperiens), sensim major, et instar solis cerneris. Fugientibus quippe, et evanescentibus tenebris advenire te puto, qui ubique præsens es. Ubi totum uti prius me circumdedisti, ubi complexu tuo totum ambivisti et texisti, malis liberor, a tenebris, tentationibus, motionibus cum ratione pugnantibus, et omnibus pravis cogitationibus eripior, impleorque bonitate, lætitia, gaudio, jucunditate animi incredibili, cernens tremenda mysteria, et nova quædam mira; cernens quæ neque oculus humanus videt, aut videre, neque auris audire possit, neque in cor hominis ascenderunt [51]. In quibus obstupesco vehementer, ac de potestate decedo atque a terrenis omnibus universe alienor, continenter laudans te, et in meipso novam mutationem, modumque auxilii manus omnipotentis animadvertens, quomodo fulgore et apparitione unius luminis tui omnem mihi tristitiam exemeris, mundoque ereptum, et tecum arcano fenore unitum, mox in cœlum me restitueris, ubi nulla est ægritudo, nulli gemitus, nullæ lacrymæ, non serpens calcaneum mordens, et ostenderis minime laboriosam esse et ærumnosam viam, quæ alioqui omnibus mortalibus contraria, augusta, difficilis, aut, ut verius dicam, invia est. Quis enim hominum potuit, aut poterit, quæso, corpore in cœlo esse, aut sine corpore, quibus alis eo pervolabit?

Elias curru igneo in sublime raptus est, et ante illum Enoch. verum non in cœlum, sed in alium quemdam locum, non ipse quidem a se ipso, sed tamen translatus est. Quid ista ad ea quæ in nobis fiunt? quænam umbræ cum veritate, aut quæ spiritus ministratorii, ac servientis, cum divino, et Dominico, omnium opifice, et quamcunque creatam naturam confirmante et corroborante Spiritu comparatio? Alia creaturæ sunt, ipse Creator solus, utpote a Patre et Filio inseparabilis. Deus hæc tria, Trinitas quippe unus Deus est. Ipsa omni, seu universitati ut esset, contulit, ipsa produxit omnia: ipsa Verbum et Filius Patris in mundo secundum carnem pro salute nostra creavit, a Patre et Spiritu sancto inseparabilem. Vere autem superventu Spiritus incarnatur, et fit quod non erat, homo mihi similis, peccatum omne et iniquitatem si excipias, Deus simul et homo videndus omnibus habens divinum Spiritum, qui ipsi naturaliter adest, cum quo mortuos in vitam reduxit, et cæcorum oculos aperuit, leprosos mundavit, dæmones e corporibus humanis expulit. Idem passus crucem, et mortem, in spiritu resurrexit, et in gloria assumptus est, semitamque in cœlum reparavit omnibus in se certa ac firma fide credentibus; et Spiritum sanctissimum in omnes fidem operibus probantes abunde effudit, et nunc quoque eumdem large in tales effundit, ac per ipsum deos repente facit, quibus copulatus fuerit; et ille eos ex hominibus immutabiliter immutat, ac Dei filios, fratres Salvatoris, et hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi efficit, deos cum Deo versantes in Spiritu sancto, alligatos

Cor. II, 9.

quidem sola carne, spiritu autem liberos ; qui facile cum Christo in cœlum ascenderunt, et totam vitæ bene agendæ rationem ibi acquisierunt, in visione bonorum, quæ oculus non vidit. A

Quid igitur currus igneus, qui Eliam abstulit ? quid Enochi translatio ? ad hæc ego ita statuo, sicut mare olim virga divisum, et manna e cœlo cadens typus solum, et symbola fuerunt, mare baptismatis, manna Salvatoris : eodem modo illa horum, inquam incomparabili excellentia, et gloria præditorum, quantum videlicet increatum creato natura antecellit. Manna enim, quod panis et alimonia angelorum vocatur [52], quod Hebræi in solitudine comederunt, defecit, periit, mortuique sunt omnes, B et quotque eo vescebantur, non inde vitam assequebantur. Caro autem Domini mei, cum sit deificata, et vitæ plena, omnes comedentes vitæ participes facit, et immortalitate auget. Facit porro eos non altum mare transire, nec ex Ægypto in aliam regionem traducit, quæ rursum fructus interituros hominibus efferat ; sed nec per annos quadraginta nos ambulare mundi Redemptor jubet, ut in terram promissionis deveniamus ; sed cum fide minime dubia baptizatos, factosque corporis, et sanguinis ejus participes, ab interitu in vitam, a tenebris in lucem, a terra in cœlum mox simul subvectat. Quin me corruptione, et morte exutum, totum, quod cognovi et sensi, in libertatem asseruit ; ac deinde, quæ magis est suspicienda novitas, cœlum me fecit, et in me omnium auctor habitavit ; quod beneficium nemini veterum sanctorum contigit. Olim quippe loquebatur per sanctum Spiritum, ejusque virtute opera supra naturam, conditionem rerum perpetrabat : substantialiter autem nequaquam ulli Deus conjunctus est, antequam Christus Deus meus humanos artus susciperet. Assumpto enim corpore, dedit Spiritum sanctum suum, et per eum substantialiter unitur fidelibus universis : et irrupta atque insolubilis est ista unio. C

Eheu ! (acerbe enim hominem errore cogor ingemiscere) quomodo non credimus Christo ? quomodo cum non sequimur ? quomodo vitam non exoptamus ? quomodo divitias ejus non deprædabiles, et immortales, non senescentem gloriam et ævum cum ipso degendam non concupiscimus ? quomodo perituris affixi, nos salvatum iri confidimus, qui Christum non plusquam quæ contuemur, diligimus, nec post fata nos cum illo futuros speramus, sed sensu minus etiam quam ligna et lapides utimur. Libera me, Christe, ab ista insania voluntaria, et doce amare te vitam fidelium omnium. Tibi enim semper, ut regi, gloria, honor, et laus debetur, cum Patre, et sancto Spiritu in sempiterna sæcula. Amen. D

CAPUT XXXVII.

Quædam theologumena. Ilem, qui per Spiritus sancti communionem immutatus non sit, nec per adoptionem Deum cognoverit, ei ut homines de divinis rebus erudiat, non concedi.

Quis dolorem cordis mei consolabitur ? dolorem cum dixi, Salvatoris desiderium significavi. Desiderium, autem atque ardor iste, effectum Spiritus vel potius essentialis præsentia est, lux ἐνυποστάτως intus in me visa. Est autem lux incomparabilis et ineffabilis penitus. Quis me secernet ac disjungit a rebus sensum moventibus, a quibus semel liberatus, et absconditus sum, quando mundum sub pedibus habui ? quis mihi dabit tranquillitatem et quietem ab omnibus, ut illius pulchritudine, aspectuque satier ; quem quia intelligere nequeo, ideo amore inflammor ? quantum vero comprehendi, atque intelligi potest ; subsistens amor est. Nam charitas non est nomen, sed divina substantia, participabilis, et incomprehensibilis, et divina prorsus. Quod participatur, comprehendi potest ; hoc plus non potest. Idcirco dixi tibi, comprehensibilem esse amorem, et ipsum ἐνυπόστατον, ut participabilem, et comprehensibilem. Omne enim quod comprehendi et participari potest, utique essentia est ἐνυποστάτος participabilis, similiterque comprehensibilis ; nam quod sine essentia est, nihil est, et nihil dicitur. Divina autem natura increata, et superessentialis est, utpote omnium rerum conditarum essentiam supergrediens. Vocatur superessentialis ὑπερούσιος, et tamen est ἐνούσιος, est ἐνυπόστατος super omnem essentiam, et cum creata hypostasi nulla ratione conferri posse intelligitur, est enim natura sua tota incircumscripta. Quod non est circumscriptum, quomodo hypostasin nominabis ? quod non subsistit, nihil est, et quomodo mihi communicabile ?

Si non credis, Paulum testem, utrumque credibile esse confirmantem tibi producam. Cum enim dicat habere se intus Christum loquentem, et in Spiritu sancto se loquentem, communicabilem, et circumscribilem divinitatem dicit, quæ sic illi aderat, ut tamen circumscribi, atque comprehendi nequiret. Quando autem lumen inaccessibile habitantem introducit, testaturque, nunquam visum ab homine, tum incircumscriptam, et incomprehensam ostendit. Quod namque nullus hominum unquam vidit, quomodo aut particeps ejus fuit, aut illud aliquatenus attigit ? nequaquam dices, certo scio, nec contendes mecum. Cum rursus dixerit tibi : *Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, qui illuxit in cordibus nostris* [53], quem tibi, quæso, alium Deum intelligendum subjicit, nisi illum, qui habitat lumen, quod ferre nemo præ claritate potest, et quem nemo unquam hominum vidit ? Ipse enim superessentialis, et prius increatus, carnem suscepit, et creatus mihi visus est, totum me as-

[52] Psal. LXVII, 24, 25 ; Exod. XVI, 4. [53] II Cor. IV, 6.

sumptum mirabiliter deificans. Credisne istud, die age, et neutiquam dubitas ? Si igitur Deus homo factus, ut credis, hominem me quem assumpsit, deificavit, adoptione deus ego, cum qui natura Deus est, video ; illum scilicet, quem nemo mortalium aliquando videre potuit, nec potest ullo modo. Qui Deum fidei operibus receperunt, et in Spiritu renati, dii appellantur, ipsum illum Patrem eorum vident, semper habitantem lumen inaccessibile, ipsi in seipsis eumdem incolam habentes, et ipsi vicissim in eo qui est inaccessus, habitant.

Hæc fides vera, hoc Dei opus, hoc sigillum Christianorum, hæc divina communicatio, hæc participatio, et divinus arrhabo ; hæc est vita, hoc regnum, hoc indumentum, hæc tunica Christi, quam baptizati fide superinduuntur. Non ignorantia, non stupore, sed per fidem, cum notitia et sensu ; ut non dicam, Christum credo me induisse. Non dico : hoc crede ; sed fidei opus, et fidei confirmationem, et fidei tesseram, et fidem consummatam citra hæsitationem habeto, ex eo, quod Christum sentiens, et cognoscens induisti, fu gentem, coruscantem, et in lumine clarissimo totum te immutantem, manentem immutabilem, ex utroque duplicem, adoptione Deum videlicet, natura nihil nisi hominem. Talis cum evaseris, ut ex me audisti, tum veni, frater mi, et nobiscum supra montem divinæ cognitionis, ac visionis asta; percipiemusque simul paternam vocem.

Heu ! quantum a divina dignitate distamus? quantum a vita æterna absumus ? Quam longe distat cœlum a locis inferis, et ibi jam olim detentis, tam et amplius nos a divinitatis excellentia, contemplatuque revera sejungimur, etiamsi nos cum illo, quod admirabile est, habitare, et habitantem lumen inaccessibile nos in nobis ipsis totum manentem, habitantemque habere dicamus, et velimus infra terram sedentes, de iis quæ supra terram, et in cœlo, et supra cœlum sunt, ut illa perfecte scientes, philosophari, et narrare omnibus, vocarique gnostici (hoc est, vi seu facultate cognoscendi præditi) et egregii theologi, et doctores rerum arcanarum ; quod stoliditatis plane argumentum est. Natus enim miser in subterraneis, et densas tenebras præsentis sæculi incolens, qui lumen futuri sæculi non vidit, quod in terra luxit, ac semper lucet et affirmans se cœlestia nosse ac sentire, et cernere omnia quæ illic sunt, et alios de iis instituere, nonne is stolidus est, et si quid hoc gravius dici potest? Quemadmodum enim cæcus cum videntibus litigans, et asseverans, hoc numisma æreum est, hoc sigillum alterius est, et quæ in eo sunt scalptæ litteræ hæc, et hæc significant, monstro mirabili est audientibus et videntibus numisma aureum, et concinnum admodum, et signum regis verum, ejus imaginem minime adulteratam repræsentans, et litteras illius nomen exprimentes : sic cum nobis idem accidit, non putamus accidere, nec quemquam reveremur, nec ipsos cœlites et angelos, desuper res nostras intuentes : sed impletur in nobis verbum Domini, *Videntes non vident* [54]. Et audientes spiritualia, aures obstruunt potius, et verba Spiritus audire nolunt. Et auribus quidem corporeis audiunt ; spirituales vero aures cordis occlusas habent, et penitus non possunt Deum audire. Haud enim possunt a seipsis velamen elationis et stuporis auferre, quod ipsi sua sibi voluntate imposuerunt, volentesque oculos atque aures operiunt, et hinc se videre atque audire arbitrantur. Quod si quis illis dicat, audite, filii mei, et tollite velamen de cordibus vestris [55], ad hæc ipsa verba ferociunt, quod non patrem, sed filios appellaverit, magisque odium adversus illum concipiunt, nec sentire morbum queunt quo laborant, vel morbos potius, qui mentem tenebris involvunt, et jam a Deo assumptos, ab illo separant. Ab existimatione sui, et a superbia in servitutem redacti, et istorum vitiorum servi sponte nominati, voluntatem suam perpetuo explent, relictisque Dei legibus, ipsi leges sibi ferunt ; nec Deo, sed sibimet serviunt, homines audacissimi ; et gloriam suam pro Dei gloria aucupantes, operibus, et modis omnibus eam constituere annituntur. Gloria igitur Christi, est crux, et tormenta, quæ nostra causa sustinuit, ut nos gloria afficeret. Hæc porro illi perpeti recusant, quemadmodum ille passus est ; et proh nefas ! gloriam ex hominibus malunt, voluntariamque a Deo separationem eligunt. Sed tu, Christe meus, in te confidentes ab impuro vanæ gloriæ studio, superbia libera, tuarumque passionum, et gloriæ fac participes, et dignare nos tuos esse inseparabiliter, nunc et in futura sæculorum sæcula. Amen.

CAPUT XXXVIII.

Precatio ad Deum supplex simul, et gratiarum actoria, de beneficiis in se collatis.

Da mihi, Domine, intellectum, da cognitionem, doce me facere mandata tua. Tametsi peccavi ut homo, et plusquam homo, ut nostri, nihilominus tu Deus consueta tibi misericordia misertus es mei pauperis et orphani in hoc mundo, fecistique quod tu solus nosti. A patre, et fratribus, cognatis, et amicis, a natali domo mea velut ex Ægypto tenebrosa, velut ex inferni recessibus (sic enim mihi abjecto servo tuo de illis cogitare dedisti, et non stulte loqui) separatum, et assumptum, et terribili manu tua apprehensum duxisti me ad eum, quem complacuit tibi in terris esse patrem meum, et ad pedes ejus, atque ulnas deposuisti me : qui me obtulit Patri tuo. Christe meus, et tibi per Spiritum, o Trinitas, o Deus meus. Cumque essem prodigo similis, et ante te supplex procumberem (tu in ipse scis, quia docuisti me), tu quoque non es dedignatus vocare me filium tuum. O indignum os,

[54] Luc. VIII, 10. [55] II Cor. III, 15.

immunda labia ! o verba linguæ inopis, et in
ıdibus tuis, agendisque gratiis, et beneficiis tuis
ıarrandis egestate laborantis, quæ in me pupil-
m ac peregrinum conferre voluisti ? tui enim
nt peregrini in hoc mundo. Quæ autem tua tuo-
mque sunt, oculi non vident, lingua non potest
oqui, nec mundus, capere. Propterea, Domine,
lit nos mundus, persequitur, maledicit, invidet,
rit, occidit, cum in tales inciderit, audet omnia.
ıs vero, ut tibi complacitum est, humiles servi
i, in infirmitate potentes in paupertate ditescimus,
omni tribulatione gaudemus, velut extra mun-
m positi. Nos tecum sumus, Domine, corporea
stra mundus retinet. De cætero cæcus oberrat,
tum tenens solum, quod nec ipsum lucrifaciet ;
bis enim, ut promisisti, in extrema tuba [56] et
c spirituale, et huic soli mala propria lucrabi-
r, cum consentientibus sibi cæcis, et mundi
ıatoribus.

CAPUT XXXIX.

Qui Deum desiderat, odit mundum.

Umbra detineor, et veritatem cerno, quod nihil
t, nisi solida spes. Quænam igitur spes ? quam
uli non viderunt. Hæc enim vita, quam omnes
ncupiscunt. Vita autem illa quid est aliud, quam
us conditor omnium ? Hunc ama, et odio ha-
bis mundum. Mundus mors : quid enim non
xum et caducum habet ?

CAPUT XL.

***ıtiarum actio ad Deum pro acceptis beneficiis. Ubi
t de oratione spirituali, et progressu in ea, et de
livina illuminatione, visioneque non falsa et chari-
'ate erga Deum disseritur.***

Benedic, Pater, Dominator Domine cœli ac terræ.
i ante constitutionem mundi statuisti, ut e ni-
o nascerer, gratias ago tibi, quoniam, priusquam
veniret dies et hora, in qua mandasti ut prodi-
n in hanc lucem, ipse solus immortalis, solus
ınipotens, solus bonus et humanus, cum de-
ındisses de excelso sanctuario tuo, a paterno
ıu non discedens, et e sancta Virgine Maria
:arnatus et genitus esses, finxisti, et vivificasti,
a primi parentis lapsu liberasti me, et ascensum
cœlum præparasti mihi. Deinde prognatum me,
sensim crescentem, tu me sancto baptismate
) refinxisti, et renovasti, sanctoque Spiritu con-
corasti. Angelum luci custodem mihi attribuisti,
ab operibus malis, et laqueis inimicis, usque ad
rfectam et plenam ætatem me illæsum custodi-
ıti. Quoniam vero non vi, ac nolentes, sed vo-
ıtate, et arbitratu ad hoc propendentes salvare
s æquum justumque censuisti, me quoque arbi-
i libertate honorari permisisti, ut ex voluntaria
ındatorum tuorum observatione meam erga te
aritatem ostenderem. Ego autem improbus, et
gratus, atque contemptor, velut equus vinculis

A liber dignitatem ac præstantiam hujus liberæ voluntatis ac potestatis non reputans, a dominio, et imperio tuo resiliens, præcipitem me abjeci, et illic me jacentem, ac sine sensu corpus volutantem, attritumque vehementer, non es aversatus, non es passus jacere, lutoque conspurcari · sed propter viscera misericordiæ tuæ misisti, et inde me subtulisti, et illustrius honorasti. A regibus et principibus, ut vase ignominiæ ad ministerium cupiditatis suæ uti me cupientibus, judiciis tuis ineffabilibus rodemisti. Auri et argenti munera, quanquam pecuniæ avarum, accipere me non tulisti. Gloriam, vitæ claritudinem, quæ mihi ad
B vendendam sanctificationem tuam loco pretii offerebatur, ut exsecrarer ac detestarer donasti mihi.

Sed hæc omnia, confiteor tibi, Domine Deus cœli ac terræ, me rursus nihili facientem, in lacum, et profundum cœnum turpium cogitationum, actionumque miserabiliter ultro indisse, et in manus illic latentium latronum devenisse, unde me non solum ego solus, sed nec mortales universi in unum congregati extrahere, et ab eorum manibus liberare potuerunt. Verumtamen ibi me misere ab illis coercitum, et infande huc illuc raptatum, compressum et illusum, tu misericors, et benignus Dominus non despexisti, non es abominatus perversam voluntatem meam, non diu permisisti me sponte latronum illorum tyrannidem perpeti :
C verum quamvis ego sine sensu abductus ab illis lætarer tu tam fœde me circumagi atque trahi non ferens, visceribus commotus, et mei misericordia captus es ; nec angelum, aut hominem ad me miserum peccatorem misisti ; sed tumetipse a bonitatis tuæ præcordiis incitatus, in profundissimum lacum te immisisti, et in cœni alta voragine infra defosso, ac sedenti, dexteram intaminatam tetendisti. meque non videntem te (qui enim poteram, aut quomodo suspexissem, qui totus luto mersus suffocabar ? capillo capitis apprehensum, inde vi extraxisti ; cum ego dolorem quidem, et crebros in superiora attractus, ascensumque sentirem, at prorsus nescirem, a quo in sublime educerer, aut quis esset tandem, qui me prensaret atque edu-
D ceret. Porro sursum eductum, et in terra collocatum, servo ac discipulo tuo me tradidisti, totum inquinatum, et luto oculos, aures, os obstructum, et ita nec tum te videntem, quis esses ; nisi hoc solum indicantem, quisquis esses, bonum, et humanum esse, qui me e profundo lacu et cœno eripuisses. Dicto igitur mihi confortare, et homini huic adhæresce, eumque sequere, hic enim te abductum abluet : et firmam mihi in illum fidem largitus, recessisti. Ubi igitur fueris ignoro ; ego præscriptum mihi ducem abs te, sanctissime Domine, citra conversionem secutus sum ; cumque ille ad scaturigines, et fontes, id est, Scripturas,

[56] I Cor. xv. 52.

et mandata multa cum lassitudine et labore cæcum me, et tergo suo manu fidei abs te mihi data tractum, ac sequi coactum abduxisset, respexit me, et pedum vires probe resumpsi. Transibat autem per lapidosa, per fossas, per offendicula, et superabat omnia. Ast me in hæc impegere, et offendere, multumque laborem, multas vexationes, et afflictiones perferre, ac sustinere contingebat. Et ipse quidem in omni fonte, et scatebra per se in horas lavabat, ac se abluebat: ego quod eas non cernerem, multas præteribam. Ac nisi ille manu me prehensum, ad fontem statuisset, et pedes animi mei pro duce rexisset, nusquam scatentem aquam invenire potuissem. Ubi autem mihi scaritugines illas demonstravit, permisitque ut sæpius aqua pura me abluerem, forte aliquando etiam de luto ad marginem fontis jacente manu hauriebam, et inde faciem lavans cotaminabam. Quin et sæpenumero palpando et volens scaturuginem invenire, trahebam una pulverem, et aquam iterum turbabam; cumque penitus nihil viderem, turpans cœno faciem, pura me lympha putabam ablui

Quo autem pacto commemorabo quæ me deinde rursum necessitas, et vis occuparit? quomodo præterea quidam frequenter testarentur, et quotidie mihi cantilenam istam occinerent, quid inanem laborem stulte capessis, et illusorem atque impostorem hunc sequeris, et te aspectum recuperaturum frustra, et inutiliter confidis? non enim nunc fieri potest. Quid pedes ita offendens, et cruentans sequeris; cur non potius misericordibus auscultas, qui hortantur te, ut quieti indulgeas, ciboque et potione et reliqua cura corpori tuo servias? Non enim potest ab animæ lepra liberari; nec unquam istis temporibus aspicies. Unde illusor iste, miraculorum effector modo exstitit, qui, quæ apud omnes homines ætatis hujus sunt impossibilia, tibi pollicetur? Væ tibi, quoniam et oblatam a Christi, et fratrum amantibus, et aliena mala, tanquam propria, sentientibus curationem amittes, et incommoda afflictionesque quas sustines, vana spe sustinebis; et promissa tibi a deceptore illo ac sycophanta pro certo haud consequeris. Quid? non ratiocinaris, neque apud te cogitas quomodo sine nobis nihil possis? Quid? annon et nos omnes cernimus? an, quemadmodum seductus ille ipsemet tibi dictitat, cæci sumus? Cernimus profecto omnes, et ne frustra sis, non est hoc nostra vivendi facultas minor. Verum enim vero ab his omnibus citra controversiam seductoribus, ab impostoribus, qui dolo proximum circumvenire atque subvertere conantur, tu misericors et benigne libera me, per eam quam mihi fidem et spem largitus es; per quam et quæ dixi, et alia plura ut perferrem, me corroborasti.

Cæterum cum in omnibus his perdurassem, nec defecissem, et sic palpando turbida aqua me abluerem, et eluerer quotidie, opinione mea pro eo ac apostolus discipulusque tuus docebat aliquando ambulanti mihi, et ad fontem currenti, tu qui me antea de cœno extraxeras, rursum occurristi, et tunc primum intaminato vultus tui splendore infirmos oculos meos illuminasti, quodque videbar habere lumen, id ipsum perdidi, quo te cognoscere non potueram. Et quomodo potuissem, cujus neque faciei fulgorem videre possem, neque intelligere aut perspicere, aut cognoscere quis tandem esses? Ex eo me crebrius ad fontem consistente, qui vacas omni superbia, non es didignatus descendere, ad me accedere, prehendere caput meum, et id in ipsas aquas immergere, efficereque, ut lumen vultus tui purius aspicerem. Mox te abstulisti, cum non dedisses cogitare quis esses, qui hæc faceres; aut unde venisses; aut quo abiisses, non, inquam, dabas hoc mihi, neque cum ad tempus venires, et abires paulatim magis ac magis apparebas, et aquis me irrorabas, et ut te liquidius cum majore lumine intuerer, largiebaris. Dum hoc diu facis, visu mysterii cujusdam venerabilis me dignatus es. Te enim adveniente, et, ut putalam, aquis me abluente, et immergente sæpuius, fulgorem circumdantem me, et radios vultus tui in mediis aquis conspicio, obstupuique vehementer, cum me aqua luciflua viderem ablui, et ubi esset, et quis esset hujus rei præbitor, non cognoscebam: gaudebam solum me lavari, fide augeri, spe velut alis subvehi; et in cœlum usque ascendere. Seductores autem illos, verba fallaciæ, et mendacium mihi suadentes, ac suggerentes plurimum exosus, et errantes miserans, eorum congressum, consuetudinem, conspectumque ut noxium devitavi penitus: contubernalem autem, et adjutorem meum, sanctum dispulum tuum dico, et apostolum, et teipsum fictorem meum venerabar, honorabam, diligebam toto pectore; jacebam ad pedes ejus noctes et dies, orans, ut si quid posset, adjuvaret me; certo mihi persuadens, quæcunque vellet, abs te obtenturum. Sic perdiu gratia tua cum perseverarem, iterum aliud mirabile arcanum vidi. Apprehensum quippe me ut a tecum in cœlum ascendens duxisti sive in corpore, sive extra corpus, nescio, tu solus nosti, qui id fecisti. Cum illic horam tecum exegissem, et essem gloriæ (quæ, aut cujus fuerit nescio) magnitudine, et majestate perculsus, et immensa altitudine attonitus, totus cohorrui. Rursum me solum ubi prius stabam dimisisti, et inventus sum cum stupore lamentans infelicitatem meam Non multo post, cum essem infra, supra in cœlis apertis, faciem tuam ut solem informem dignatus es mihi ostendere, et quis esses, ne sic quidem voluisti me cognoscere. Quid enim? cum non alloqueris me, sed illico abscondereris. Ego vero circumibam quærens te, quem non cognoscebam, et videre formam tuam, et noscendo noscere quis esses, desiderabam Quocirca præ incredibili ardore charitatis erga te flebam continenter, quod nescirem te quis esses, qui me ex nihilo ut essem produxisti, et e cœno

risti, et quæ dicta sunt omnia mihi factus es quam igitur hunc in modum sæpe mihi rursum s, et sæpe rursum me allocutus, evanuisti, visus es a me penitus, fulgorem ac splendo- vultus tui rursum in aquis, ut prius circum- lentem me videns, et eum prorsus cernere valens, recordatus sum, ubi aliquando te in ernis viderim. Et alium esse insipienter sus- itus, denuo cum lacrymis videre te quæsivi. ium itaque multum me cruciarem et afflgerem, nei totius, ac totius mundi, et eorum quæ in ndo sunt, oblitus, neque umbram saltem, neque d quidquam, aut etiam omnino exstare quid- m eorum quæ videntur, cogitarem, tu omnibus spectabilis, intactilis et incomprehensibilis ap- uisti, et visus es mihi mentem meam purgare, gere vim cernendi animæ meæ, ampliusque ac ius spectandam præbere gloriam tuam, quia scebas magis, et splendens amplius dilatabaris. im ex recessu tenebrarum te venire, et appro- quare animadverti; id quod nobis non semel sensibilibus usuvenit. Luna siquidem appa- te, et nubibus velut ambulantibus, videtur illa rere celerrime, cum nihil ad cursum consue- i addat; aut institutum ab initio iter mutet. iliter tu videbaris venire, qui es immobilis, ui es immutabilis augescere, ac major fieri, formam capere, qui capax formæ non es. emadmodum enim in cæco paulatim videre inci- nte, et notam, seu inducium figuramve hominis madvertente, et quis sit, sensim cognoscente, i nota, seu figura propter visionem immutatur, transformatur; sed vis videnti quæ in oculis s est purgata, figuram et formam qualis est cipit, tota ejus similitudine velut impressa fa tati videndi, et illam penetrante, atque in eam tersa, et quasi in tabulam insculpta in anima, i parte intelligit, et meminit: sic etiam tu ipse ine sancti Spiritus perspicue visus es, et pur- li mentem meam integre: qua clarius et purius ente, tu mihi alicunde egredi, et lucidior ap- ere visus es, et characterem formæ sine forma viderem concessisti mihi, et tum me extra ndum abduxisti, et quod dici fas existimo, im extra corpus; nam ut istud accurate scirem, i dedisti. Supra mundo igitur illuminasti me, ut videbatur, plane pulchre videnti mihi visus Et cum te interrogarem, Domine, quis esses, ic primum me perditum voce tua dignatus es, rculsumque stupentem ac trementem, et apud mum leviter cogitantem, ac dicentem, quid i ista gloria, et hujus splendoris magnitudo vult? omodo aut unde ego talia bona mereor? leniter placide affatus es in hunc modum: Ego sum us, tua causa hommo factus. Et quoniam me a anima quæsivisti, de cætero, ecce, frater ius, et cohæres, et amicus eris.

Ad hanc orationem cum obstupuissem, et ani- A mus me defeciseet, viresque destituissent, et re- tulissem contra, et quis ego miser sum, Domine, aut quid feci ego homuncio, ut me hujuscemodi bonis dignarere, et tantæ gloriæ socium, ac hære- dem institueres? putaremque hanc gloriam, et hoc gaudium mentem meam excedere. tu, Domine, rursum, ut amicus cum amico disserens, per Spi- ritum tuum in me loquentem respondisti, hæc ob solum scopum et institutum, et fidem tuam donavi tibi, et adhuc donabo. Qui enim aliud aut habes, aut habuisti aliquando tuum (nudus a me procrea- tus), ut illud accipiam, et hæc tibi rependam? Ac nisi vinculis corporis hujus solvare, quod perfec- fectum est non videbis, neque eo toto præclare perfrui poteris. Cum subjicerem, quid vero hoc B majus, aut splendidius? mihi interim sic esse etiam post mortem sufficit, tu excipis; quam pu- sillo et angusto es animo, qui istis contentus sis? Hæc cum futuris collata, similia sunt cœlo in charta, quam quis manu teneat, depicto, et ad spectandum proposito. Quantum enim hoc vero cœlo inferius est, tanto major, et sine comparatione major hac quam nunc vides, futura gloria revelabitur.

99. Novem supernæ Potestates, ut cantica et hymnos concinentes triplicem efficiunt chorum, ac triplici ordine Trinitatem circumstantes, cum tremore hymnorum sacrificia offerunt. Harum aliæ expansis alis cingunt omnium Principium et Causam a qua oriuntur: omnes attentæ hymnosque inchoantes, Throni, Cherubim et Seraphim nuncupantur, quibus propria est ignea sapientia, et scientia rerum cœlestium, ac denique dignus Deo hymnus *Guel*, juxta Hebraicam vocem. Aliæ autem, mediæ inter præcedentem et sequentem ordinem, circa Deum stant, scilicet Potestates, Dominationes et Virtutes: ad quas pertinent magnarum rerum gestiones, miraculorum signorumque ac prodigiorum operationes, ac denique sacrum Trisagion, sanctus, sanctus, sanctus. Aliæ demum, ad nos desinentes, nobis quidem superiores, supernis autem inferiores, Deum circumstant, nempe Principatus, Archangeli et Angeli: quibus propria sunt divina ministeria, ac demum sacer hymnus Alleluia. Illis omnibus rationalis hominum natura, omni perfecta virtute, omni scientia et sapientia Spiritus Ignisque sacri sublimata, conformatur per divina charismata, quod singulis proprium est sibi quodommodo approprians. Etenim aliis quidem conformatur ministerio et mandatorum Dei observatione; aliis autem misericordia et protectione erga suos fratres, et insuper magnarum divinarumque rerum gestione et Spiritus operationibus; aliis denique ignito sermonis sapientia et scientia divinarum et humanarum rerum participat. Ita perfecta et naturæ dona mutuans, decimæ potentiæ Deo per illas conjungitur, quasi decimæ primitias ex seipsa huic offerens.

ϟθ'. Ἡ ἐνὰς τῶν ἄνω
ῶν ὕμνων ἐξάρχουσα, τρι
τοῦσα τὴν σύνταξιν, καὶ
ισταμένη, ἐν φόβῳ λειτο
ὕμνον. Τούτων αἱ μὲν τῇ
καθυφαπλοῦνται, ἀφ' ἧς
καὶ τῶν ὕμνων ἐξάρχουσα
ραφὶμ, αὗται ὄνομα, αἷς ἴδ
ἡ γνῶσις τῶν οὐρανίων,
ὕμνος τοῦ Γὲλ, κατὰ τὴ
μέσον τούτων καὶ τῶν
περὶ Θεὸν ἵστανται, Ἐ
Δυνάμεις · αἷς ἴδιον τῶν
διευθετήσεις, αἱ τῶν θαυ
C σημείων αἱ τερατουργίαι ·
ὕμνος, τὸ, Ἅγιος, Ἅγιος,
τελευτῶσαι, ὑπεράνω μὲ
τὸν ἄνω περὶ Θεὸν ἵστα
Ἄγγελοι · αἷς ἴδιον τὸ
καὶ τέλος ὁ ἱερὸς ὕμνος
λογικὴ τῶν ἀνθρώπων φύ
λειουμένη, καὶ διὰ πάση
υψουμένη, τοῦ Πνεύματος
οἰκειοῦται ταῖς θείοις χα
καθαρότητος ἐπισπωμένη
διακονίᾳ, καὶ λειτουργίᾳ
ταῖς δὲ, τῇ συμπαθείᾳ, κ
φύλων · ἔτι δὲ τῇ τῶν μ
D των οἰκονομίᾳ, καὶ ταῖς
ταῖς δὲ, τῇ ἐμπύρῳ σοφίᾳ
τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίν
Οὕτω τελειουμένη, καὶ
τῆς φύσεως, τῇ δεκάδι ἑ
ὡς ἀπαρχὴν δεκάτης
ἑαυτῆς.

100. Deus Unitas et Trinitas, ab unitate incipiens, in seipsum decadis instar circulatim revertitur. Hic omnium principia et fines intra se habet. Est autem extra omnia, quatenus omnibus superior. Qui intra eum est rationes scientiamque rerum penetrat, et extra omnia stans, intra omnia inhabitat, principia finesque horum percallens, utpote Patri per Verbum spiritualiter unitus, et perfectus

ρ'. Θεὸς ἡ Μονὰς καὶ Τ
εἰς ἑαυτὸν οἷα δὴ δεκὰς,
τὰς πάντων ἀρχὰς καὶ ·
πάντων ἐκτὸς, ὡς ὑπερκεί
ἐντὸς γεγονὼς, ἐντὸς τοὺς
ὄντων ἐχώρησεν · ἔξω δὲ
των αὐλίζεται, τὰς ἀρχὰς
ὡς μετὰ Πατρὸς διὰ τ

ἐσχηκὼς, καὶ τελειωθεὶς, ἐν τῷ Πνεύματι • αὐτῇ τῇ παντελείῳ καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι καὶ ὁμοουσίῳ, τῇ ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνουμένῃ, καὶ ἐν μιᾷ δοξαζομένῃ φύσει καὶ βασιλείᾳ καὶ δυνάμει θεότητος • ᾗ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A in Spiritu sancto. Ipsi perfectæ et indivisæ et consubstantiali Trinitati, quæ in Patre, et Filio, et Spiritu sancto adoratur, et in una glorificatur natura et majestate et potentia divinitatis, sit principatus in sæcula. Amen.

MONITUM IN SCHOLION SEQUENS.

Cardinalis Angelo Mai in tomo IV *Bibliothecæ novæ Patrum*, p. 118, ad ea verba Constitutionum Studitanarum : Χρὴ γινώσκειν ὡς καθ' ἕκαστον ἀποδείπνων ὁ διὰ χειρῶν σταυροειδὴ : ἀσπασμὸς γινεται· *Singulis completorii salutatio fit manibus ad crucis formam compositis*, hæc adnotat : « De hoc ritu ejusque varia significatione Scholion eruditum Nicetæ Pectorati monachi Studiæ legebam in cod. Vat. 1105 f. 152, quod etsi paulo diffusius hic recitabo, sed Græce tantum, ne adnotatio enormior evadat. » Interpretationem Latinam addimus.

ΝΙΚΗΤΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΩΝ ΤΟΥ ΣΗΘΑΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑ ΧΕΙΡΩΝ ΑΣΠΑΣΜΟΥ.

NICETÆ PECTORATI MONACHI STUDITÆ DE SALUTATIONE MANIBUS FACTA.

Ἀλλ' οὐδὲ ὁ διὰ χειρῶν ἀσπασμὸς ἐπὶ μόνῳ τῷ πραττομένῳ τὸν ἴδιον ἵστησι λόγον • ἔχει δὲ καὶ αὐτὸς ἄρα μυστικώτερόν τι πάντως ἐμφῆναι τοῖς τὰ ἡμέτερα ἐξετάζουσιν, ὡς τῷ ὁρωμένῳ συγκλειόμενος. Τρία γοῦν ταῦτα τοῖς ὁρῶσι ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἐμφαίνει τὰ μυστικώτερα • τὴν πρὸς ἀλλήλους καταλαγὴν, τῶν τοῦ νοῦ φασμάτων τὴν ἀποδίωξιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου ἐπισκίασιν Πνεύματος. Ἐπειδὴ γὰρ σταυρῷ μὲν τυποῦμεν τῶν μεγάλων τοὺς δακτύλους καὶ πρώτους περιβαλλόμενοι τὸ τῆς ἀκακίας κουκούλιον • τὰς παλάμας δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἡπλωμένας ἀντικρὺ πρὸς ἀλλήλους ἐκτείνομεν • οἵ τε ἱερεῖς καὶ οἱ ὅλον τὸ σχῆμα τῆς ἐσταυρωμένης ἀναλαβόντες ζωῆς διὰ μὲν τοῦ σταυροειδοῦς δεσμοῦ τῶν δακτύλων τὸ ἐγκρατὲς καὶ δεδομένον τῆς παῤῥησίας ἐμφαίνομεν, ἧς χάριν ὡς ὅπλον τὴν εὐλάβειαν ἐνδυόμεθα • διά τε τῆς ἀναπετάσεως τῶν χειρῶν τὴν τῆς ἀγάπης διάθεσιν, ἣν εἰς ἀλλήλους ἔχειν πρὸς Χριστοῦ ἐπετράπημεν • καὶ ὅπως ἕκαστος ἑκάστου τὴν φιλίαν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπεῦσαι δεικνύομεν. Διὰ δὲ τῆς προσψαύσεως τῶν δακτύλων, ὅπως δεξιὰς ἀλλήλοις κατὰ τὴν πάλαι διδόντες παράδοσιν, χεῖρας χερσὶν ἐμβάλλοντες συναπτόμεθα, τὴν εἰς ἀλλήλους ἑνότητα καὶ ὁμοτροπίαν καὶ τὸ ἄῤῥηκτον τῆς ἀγάπης δηλοῦμεν. Διὰ δὲ τοῦ ἀσπασμοῦ τῶν σταυροειδῶς δεδεμένων δακτύλων τὴν φιλίαν αὐτοῦ ἐσταυρωμένου αἰνιττόμεθα βίου, ὅπως αὐτὸν ἐκθύμως ἀσπαζώμεθα • οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν νέκρωσιν τῶν μελῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς πράξεων καθήλωσιν • καὶ ἄλλως τὴν πρὸς ἀλλήλους ταπείνωσιν • ὅπως, τῷ συνδέσμῳ τοῦ πνεύματος συνδεόμενοι, τὴν τοῦ πλησίον πρόσψαυσιν ὡς ἁγιασμὸν δεχόμενοι ἀσπαζώμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν πρώτην τάξιν πρὸς ἀλλήλους οἱ ἱερεῖς, ὡς εἴρηται • καὶ οἱ τῷ μεγάλῳ σχήματι τεθωρακισμένοι τῷ πράγματι, καὶ καταλλαττόμενοι τῇ συναφείᾳ συναπτόμεθα τῆς ἀγάπης. Οὐχ οὕτως δὲ ἄρα καὶ ἐπὶ τὸν φέροντα τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ σχήμα-

B Salutatio manibus peracta neque signo visibili contenta, iis qui conditionem humanam pervestigant, mysticum aliquid pariter et visibile subindicat. Et quidem iis qui mentis oculis vident tria mystica apparent : mutua reconciliatio, imaginum phantasticarum repulsio, Spiritus sancti obumbratio. Cum enim per crucis signum digitis præfiguramus, innocentiæ veste nos induentes, palmas autem utrinque protendimus, sacerdotes et ii qui totam vitæ crucifixæ figuram præsumunt, digitorum in crucis formam compositorum unione modestiam in agendo loquendoque indicant. Hoc namque facto pietate nos armamus, manuum autem extensione charitatem innuimus, qua nos invicem amplecti a Christo jussi sumus. Digitorum porro contactu C antiquæ traditionis exemplum imitatur, sicut manum manu jungentes unionem morum et amoris diuturnitatem proferimus. Salutatione denique peracta digitis in crucis formam compositis vitæ crucifixæ amorem innuimus, cujus exemplum strenue imitari debemus. Per idem vero et membrorum mortificationem indicamus et operum carnalium crucifixionem et erga alios humilitatem, ut spiritus vinculo uniti commercium cum proximo ut sanctimoniam amplectamur. Et primo quidem ordine ad sacerdotes id spectat, ut supra diximus. Nos autem qui exemplar sublime sequimur, mutuo nos amore consolidamus. Nec tamen idem de eo dicendum qui typi arrhabonem præ se fert. Qui enim certamina absolvunt, non tantum ad passionum furorem, sed etiam ad mentis conceptus et D malas cogitationes cum male præparato pectore dilabuntur, sed tamen coram Patribus memoratis caput inclinant, ut aut humilitatem erga eosdem præstent, aut ipsorum suffragia expetant. Patres autem horum capita cruce signant, deinde dextris capiti istorum impositis et retractis, precibus fu-

sis eos absolvunt. His omnibus autem proprium est dicere, his quidem : Benedic, quæso ; illis autem : Salvet te Deus !

Α τος γίγνεται. Ἔχει γὰρ ἔτι τῶν εἰσαγωγικῶν εἰς ἀγῶνας τελοῦντες, καὶ τὴν στάσιν ἔχοντες, οὐ πρὸς μόνας τὰς τῶν παθῶν ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τοῦ νοῦ φαντασίας, καὶ πρὸς τὰ τῶν πονηρῶν ἐνδύματα λογισμῶν ἀπερικάλυπτοι τὰς κεφαλὰς ἐρχόμενοι κλινοῦσι ταύτας τῶν εἰρημένων Πατέρων ἐνώπιον · τοῦτο μὲν, τὴν πρὸς αὐτοὺς δούλωσιν καὶ ταπείνωσιν ἐνδεικνύμενοι, τοῦτο δὲ καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὐλογίαν τυπούμενοι καὶ αἰτούμενοι. Οἱ δὲ πρῶτα μὲν σταυρῷ τὰς τούτων ἐπισφραγίζουσι κεφαλάς · εἶτα τὰς δεξιὰς χεῖρας ταῖς κάραις ἐπιτιθέντες αὐτῶν, καὶ ἅμα τὰς ἐπιτεθείσας οἱ θέντες ἀπωσάμενοι χεῖρας ἐπευχόμενοι αὐτοὺς ἀπολύουσιν. Ἰδιον δὲ τούτοις πᾶσίν ἐστι τὸ τοῖς μὲν, Εὐλόγησον εὔχομαι, λέγειν, τοῖς δὲ Σώσαι σε ὁ Θεός.

INCIPIT

CUJUSDAM NICETÆ

PRESBYTERI ET MONACHI MONASTERII STUDII

LIBELLUS CONTRA LATINOS EDITUS

Et ab apocrisiaris apostolicæ sedis Constantinopoli repertus

I. Niceta presbyter et monachus monasterii Studiorum, qui prænominor Pectoratus : Romanis, de azymis et sabbatorum jejuniis, et nuptiis sacerdotum. Bona est dilectio ad proximum, o omnium gentium sapientissimi et nobilissimi Romani, Ex habitudine enim dilectionis ad proximum, et humilitas abundat ad eum qui habet illam. Ipsa autem abundans efficit participem sui omnia diligere, omnia sustinere, ut ait divinus Apostolus, et non inflari adversus proximum suum aliquando, neque ea quæ ipsius soliussunt quærere, aut zelum habere adversus eum et altercationem et æmulationem. Omnia enim hæc dilectionem persequuntur et humilitatem, et facinnt hominem non secundum Deum ambulare, sed secundum hominum libitum. Quod et Paulus arguit, dicens : « Cum sit inter vos zelus et contentio et discordia, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis ? » (*I Cor.* III, 3) Propter quod rogo vestram charitatem, humiliari vos propter Dei præceptum, et audire a nobis indignis et minimis.

II. Requirentes enim ab illis qui ex diversis provinciis Romanorum peregrinantur hic de azymis, quid dicemus de his in dilectione Christi ad vos ? Qui azymorum adhuc participant, sub umbra legis sunt, et Hebræorum mensam comedunt, non autem rationalem et vivam Dei mensam, et nobis qui credidimus supersubstantialem, quemadmodum superius exigere supersubstantialem docti sumus panem. Quid enim est supersubstantialis, nisi quia Β nobis est consubstantialis ? Alter autem nullus est nobis consubstantialis panis, sed corpus Christi, quod consimile nobis est secundum carnem humanitatis ipsius. Si autem animata est nostræ massæ substantia qua Verbum induit se, ergo non substantialem nobis panem comeditis, quia azymorum participamini. Azyma enim inanimata sunt, sicut ipsa rerum natura declarat atque liquidius edocet. Intermistum enim modicum fermentum in farina et commistasi bi, ipsa unam efficit seipsam propter fermentum, vivifica quadam virtute, et calefacit eam, et tam mobilem quam vivam operatur. Quod in azymo fermento Pharisæorum, quod effugere nos sermo admonet, neque effectum est aliquando, neque fiet omnino. Divinæ enim effecti sumus participes naturæ, cujus C et participamur quotidie, qui communitatem habemus cum Christo, sicut dicit et Petrus vertex : « Gratia vobis et pax multiplicetur in cognitione Dei, et Jesu Domini nostri (*I Petr.*, I, 2). » Et post pauca : « Ut per eam efficiamini divinæ participes naturæ (*II Petr.* I, 4), » non autem fermento azymi interfectorum Dei. Divinam autem naturam, quisquis rationis est dominus, dicet aliquando azymum et mortuum fermentum Judæorum, quod in sacrificio vos Deo offertis, quod in figura veræ et vivæ carnis Domini comeditis ? Quomodo unitatem habebitis cum Christo, vivente Deo, mortuum, ut dictum est, et infermentatum fermentum comedentes, legis, umbræ, non Novi Testamenti ? Si enim et hoc diceritis, sed non sic se habet. Inquit enim dilectus Christi

discipulus : « Si dixerimus quia communitatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et non facimus veritatem. Si autem in lumine ambulamus sicut ipse est in lumine, communitatem habemus ad invicem, et sanguis Jesu Christi purificat nos ab omni peccato *(I Joan.* I, 6, 7). » Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat. Et quomodo [non] habebit societatem cum Christo, qui est in lumine Novi sui Testamenti et gratiæ? Nam qui in lumine ambulant gratiæ, panem comedunt qui est corpus Christi, et bibunt sanguinem immaculatum ejus, et ita habent ad invicem, et cum Christo societatem, purificati, sicut dictum est, ab omni inquinamento. Azymum autem non est panis. Neque enim compositus, neque per se ipsum perfectus est, sed indigens semique perfectus, indigens plenitudine fermenti. Panis autem compositus, per seipsum perfectus est et plenissimus, sicut ille qui totum habet in seipso plenitudinis.

III. Animadvertite et attendite quia in azymis nulla est vivens virtus, mortua enim sunt; in pane autem, hoc est, corpore Christi, tria sunt viventia et vitam præbentia eis qui ea digne comedunt : Spiritus, aqua et sanguis, ceu et ipse, qui super pectus Christi in cœna recubuit, Joannes contestificatur in eo verbo : « Tres sunt qui testimonium dant, Spiritus, aqua et sanguis, et hi tres in uno sunt (*I Joan.* v, 8), » videlicet in corpore Christi. Quod et secundum tempus Dominicæ crucifixionis declaratum est, cum aqua et sanguis ex immaculata costa ipsius effluxit : lancea percussa carne ipsius, sanctus Spiritus vivificusque in deificata carne ejus permansit. Quam comedentes in pane, qui immutatus est per Spiritum et effectus est corpus Christi, vivimus in ipso, tanquam vivam et deificatam carnem edentes. Sic autem et sanguinem vivum et calidissimum ejus bibentes cum effluente aqua ex immaculata costa ejus, mundamur ab omni delicto, ferventi replemur Spiritu. Calidum enim, ut videtis, velut ex latere Domini, calicem bibimus, quia ex viva carne et calida spiritu Christi calidissimus nobis sanguis et aqua emanavit. Quod in eis qui azyma comedunt, nequit fieri.

IV. Si autem mortuum fermentum comeditis, o sapientissimi, ut sermo declaravit, cujus rei gratia gloriamini, dicentes : « Quia non sicut vos sale et fermento atque aqua farinam temperamus, et sic facimus oblationem azymorum nostrorum, sed aqua sola et farina et igni azymum conficimus, et in tribus his puram facimus nostram oblationem; » percontamur igitur vos, hæc tria, aquam et farinam et ignem, ad quid accipitis; et cui effigiem esse hæc æstimatis? Carnis Domini? Sed non inquit dilectus Christo Joannes : « Tres sunt qui testimonium perhibent (*I Joan.* v, 8), » aqua et farina et ignis. Sed quid? « Spiritus et aqua et sanguis, et hi tres in uno sunt (*Ibid.*), » videlicet in corpore Christi, ut dictum est, quod nos comedentes unimur incarnato propter nos et immolato Christo incorporati, et velut caro ejus, sicut scriptum est. Si autem ad increatam et incorpoream naturam sanctæ Trinitatis assumitis, erratis cadentes in hæresim eorum qui asserunt Deum passum, qui dicunt compassum Verbum carni, et eamdem ipsam deitatem sustinuisse passionem. Non enim pariter Trinitas incarnata est, Pater et Filius et Spiritus sanctus, ut conspiciantur in ea hæc tria, aqua ut dicitur, farina et ignis et ut in figura ipsius faciatis azymum et sacrificium offeratis : sed unus ex Trinitate Filius, et Verbum Dei incarnatum est, ex castissimis sanctæ Virginis carnibus homo effectus; et omnia ordinationis suæ perficiens, crucifixus est carne, non passa divinitate ipsius. Carne igitur crucifixus, tradidit nobis edere per panem carnem suam, quam in Spiritu sancto ita vivam dicimus : « Accipite et comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis fractum est, in remissionem peccatorum (*Matth.* XXVI, 26-28). »

V. Quid ergo vobis, in Christo fratribus nostris, et legi quæ maledicta est in Christo? quoniam adhuc azymum fermentum ejus comeditis? Nova creatura snmus in Christo : vetera transierunt. Paulum audite dicentem : « Ecce facta sunt omnia nova (*II Cor.* v, 17). » Si autem hæc comedere decernitis justum : cur non et circumcidimini? Christus circumcisus est. Cur non et purificamini? Paulus etiam et hoc fecit : et alia etiam omnia similiter servare veterum, sicut et hi ea quæ legis sunt faciunt, per quos nomen Dei in gentibus blasphematur, sicut est scriptum : « Non bona est gloriatio vestra (*I Cor.* v, 6), ut et ego quæ Pauli sunt loquar ad vos : « Nescitis, » inquit, « quia modicum fermentum totam massam corrumpit? » (*Ibid.*) Et panis tandem, non azymum efficitur. Sed quid hic dictus Apostolus scribit ad Corinthios? Numquid, ut vos æstimatis, de celebratione quam vos in azymis celebratis? Nequaquam, Sed quoniam illi hoc despiciebant quod aliquis novercam acceperat, et in antiquis consuetudinibus falsæ scientiæ suæ gloriabantur; volens autem eos converti Paulus et ex vetere removere malitia, venit per similitudinem hanc, fermenti dico et massæ, ostendit eis quoniam unum malum, tanquam modicum contemptum, magnam in toto corpore Ecclesiæ faciet læsionem. Propterea inquit adjiciens : « Et non luctum habuistis ut auferatur de medio vestri qui hoc opus operatus est? » (*I Cor.* v, 2.) Potest enim, inquit, iniquitas ista ad omnes vestras urbes transire, et, tanquam modicum fermentum totam massam fermentat, sic homnes apprehendi et fermentari, et unam massam majoris iniquitatis operari : « Expurgate, » inquit, « vetus fermentum (*Ibid.*, 7), » peccati. Tollite hunc a medio, ut efficiamini Christo nova conspersio, sicut estis baptizati, id est vel azymi vel puri, mortificati mundo et desideriis carnis. Etenim pascha nostrum hoc est, quoniam, ut eriperet nos ex iniquitate ac [illegible] latus est Christus. Qua de re sic ait : non in fermento veteri, neque in f

nam comederet Christus ? Si enim sicut dicitis, a Domino apostoli acceperunt azyma, et illi iterum tradiderunt vobis hæc in figura corporis Christi in mysterio Novi Testamenti, dum nec ablatio panis fieret secundum constitutionem Moysi, neque erant tunc azyma, ubi reperta sunt ? Quomodo obliviscimur legislationum Moysis ? Septem namque solis diebus facere tradidit vobis. Sed vos in toto anno conculcatis instituta Moysis. Et Christus non venerat solvere legem, sed adimplere (*Matth.* v, 17).

X. Valde enim veritatem obsistitis, fratres. Si enim traditum vobis fuit ab apostolis comedere azyma, quomodo Agathon sanctissimus papa vester, præsessor cum esset sextæ synodi sub Constantino imperatore, et divinus Cregorius Acragantinorum episcopus non abstinuere ; cum, sicut hujus synodi divini Patres, adversum azyma legem constituissent a nemine fidelium hoc fieri ? Et, ut ostendam vobis horum legislationem contra azyma, adjicio rationi et canonem ipsorum sic habentem in undecimo capitulo : « Nemo in sacerdotali constitutus ordine, aut laicus, ea quæ apud Judæos sunt azyma comedat, aut cum eis cohabitet, aut in infirmitatibus invitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lavetur. Si quis hoc agere initiaverit, siquidem clericus fuerit, deponatur ; si autem laicus, sequestretur. » Qui azymum conficit et comedit, etsi non acceperit hoc a Judæis, sed imitator fuerit in hoc, ut Judæus intelligit, et extra legem est, quemadmodum et si circumciderit quis seipsum, aut a Judæis circumciditur, simul et in scientia estillis, canonesque et instituta apostolorum sanctorumque Patrum transgrediens, et irrita omnia facit, ut ratio nostra demonstravit, Sed de azymo sufficienter vobis quod prohibitum sit ab omni Scriptura divina demonstravimus.

XI. Age nunc qui cætera demonstravimus vobis, et subito memoriæ suggestum est vobis de jejunio Sabbatorum, quoniam insultatis nobis : unde jejunare Sabbata, ex qua sancta Scriptura accepistis ? Ab apostolis ? Nequaquam. Apostolorum vertices in quinto quidem libro ordinationum, qui de martyribus inscribitur, juxta Clementem : « Quartam feriam et sextam præcipit nobis jejunare Dominus. Unam quidem propter traditionem, alteram propter passionem. Ipsum autem Sabbatum non tradidit nobis jejunare, quoniam non oportet, propter illud solum, in quo Creator omnium sub terra fuit. » Unde, juxta calcem ejusdem libri, iterum sic loquitur : « Omne quidem Sabbatum et omnem Dominicum celebrandum esse dicimus. Gaudere enim oportet in his et non lugere. » Septimo quidem libro earum constitutionum juxta vicesimum quartum caput hoc inquiunt : « Sabbatum namque et Dominicum celebramus, quia illud quidem divinæ operationis est memoria ; hic vero resurrectionis. Unum vero tantum Sabbatum custodiendum est in toto anno sepulturæ Domini, quo jejunare oportet. Quando enim Christus in sepulcro jacuit, discipuli potentiorem circa eum fletum habebant quam gaudium ex memoria divinæ operationis. » Verumtamen hæc mystice per Clementem papam constituentem non steterunt hic, sed scientes magnam damnationem esse jejunare Sabbata, excommunicatione valida ligant ex hoc Ecclesiam Dicit enim in sexagesimo quarto canone. « Si quis inventus fuerit Dominicum diem jejunare, aut Sabbatum, præter unum solum, deponatur ; si autem laicus, sequestretur »

XII. Hoc autem exsequentes et qui in sexta synodo Patres, convenienter huic sic promulgant sancte, præsidente synodo Agathone papa Romæ, et Gregorio cum eis Agrigentinorum episcopo præsente: « Quoniam quidem discimus eos qui in Romanorum urbe sunt, in sanctæ Quadragesimæ jejuniis eadem Sabbata jejunare extra traditam sibi ecclesiasticam consequentiam : placuit sanctæ synodo observare Romanorum Ecclesiam immobilem canonem dicentem : Si quis clericus fuerit inventus, » et cætera quæ deinde scribit. Hæc igitur, sicut cernitis, apostolicis constitutionibus et canonicis fidelium Ecclesiam ligat cum papa Romæ Agathone. Vos unde aliter et ex quo jejunare Sabbata accepistis? Quinetiam oblationem perfectæ missæ per omnem diem facere in sacris diebus jejuniorum, sive Sabbato sive Dominico die: unde assuevistis? a quo doctore accepistis? Ex apostolis ? nullatenus. Apostoli enim ex hoc posuere canonem sic loquentem: « Si quis episcopus aut presbyter, vel diaconus aut lector aut cantor, sanctam non jejunaverit Quadragesimam quartamque et sextam feriam, deponatur, nisi infirmitate corporis impediatur. » Ministrantes ergo atque complentes ministrationem sanctæ missæ secus tertiam horam diei, in qua et promulgatum est offerri sacrificium, quomodo jejunium usque ad horam diei nonam observatis? solventes hæc in tempore ministrationis missæ? Nequaquam. Si autem hoc impossibile est, maledictione plectemini.

XIII. Qui in Gangreno fuere Patres concilio cap. 19 talia effantur : Si quis continentia sine corporali necessitate elatus fuerit, et constituta jejunia in commune et observata ab Ecclesia dissolverit, præsumendo sibi perfectam rationem, anathema sit. » Similiter Patres qui in Laodicensi fuere concilio, secundum quinquagesimum canonem sic effati sunt: « Qeia non oportet in Quadragesima martyrum natalitia celebrare, sed sanctorum commemorationem facere in Sabbatis et Dominicis diebus. » Et juxta quadragesimum octavum canonem item aiunt ipsi : « Quod non decet in Quadragesima panem offerre, nisi in Sabbato et Dominico solo »

XIV. Et qui in sexto universali concilio convenerunt Patres similiter juxta quinquagesimum secundum canonem sanciunt cum sanctissimo Agathone papa dicente sic : « In omnibus sanctis Quadragesimæ jejuniorum diebus, sine Sabbato et Dominico die, et sine sancto Annuntiationis die, fiat missa ex antesanctificatis oblationibus. » Sic ergo accipientes nos Sabbato et Dominica die, secus tertiam diei

Simonem et Cleobium et Judam, conscri- A nunc, quod primum est eorum, ex omnia Deo inspi-
ros in nomine Christi et discipulorum rata Scriptura; fugite quæ hujusmodi sunt actitare,
mferunt ad seductionem vestram, et eo- cum sitis Ecclesia Dei et totius orbis semper splen-
iligunt Christum, et nos servos ipsius. » didus oculus, ut uniti nebis vestris confratribus :
ribus quidam conscripserunt libros apo- quos per jam dicta scidistis, cum sitis corpus Chri-
oysi et Enoch et Adam, Isaiæ et David, et sti ; revelata facie gloriam Domini in concentu et
ium patriarcharum, corruptiones facien- unitate cum orthodoxa fide conspeculemur, et ima-
veritatis inimicos libros. Sed et Paulum ginem ejus transformemus in nobis, viva demonstra-
ostolum hæc præscientem, ut æstimo, sic tione, et ipsius ad gloriam sempiternam, sicut a
ndisse hujusmodi seductores, dolum te- Domini spiritu, quoniam ipse est caput nostræ Ec-
is, Philippensibus scribit: « Videte canes, clesiæ corporis ; et in eo sicut in uno corpore, om-
os operarios, videte abscissionem (*Philip.* nes nos conjungimur.
t Timotheo iterum: « In ultimis tempori- XIX. Hæc vobis Romanis. Si ergo possimus vos,
ent quidam a fide, attendentes spiritibus B cum sitis homines, ad credulitatem nobiscum redu-
is dæmonum, in hypocrisi loquentium cere per ea quæ diximus, et docendo vos ex divina
, et incedentium propria conscientia, im- Scriptura arguimus ; gratia Dei, et vobis scientibus
n nubere, et abstinere a cibis quos Deus bene Spiritui sancto credere, et prosequi rationem
Tim. IV, 1-3). » Et ea quæ exinde. Pro- jam dictam ex Scripturis. Si vero aliter tenetis, date
et Tito præcepit: « Argue eos, inquit, nobis testimonia ex divina Scriptura consistentia :
sani sint in fide, non attendentes Judai- in quibus volo benevolos vos esse, ut super sedes
, et præceptis hominum subvertentium intelligentiæ requiescatis, et nos, scientes obedire
(*Tit.* I, 14). » inenarrabili rationi spiritus, docere omnia quæ ad
Quamobrem diligentissime inquisivimus vos scripsimus. Salutamus vos in Christo Jesu Do-
circa hæc, o fratres, ne aliquando ex his mino nostro, cui est gloria et potentia, cum Patre
sunt et redarguta vobis mendacia, dico et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula
ia, Sabbatorum jejunia, nuptias sacerdo- sæculorum. Amen.
ejuniis oblationes accipiatis ; sed scientes

Finis libelli Nicetæ, presbyteri et monachi monasterii Studii, contra Latinos.

INCIPIT

RESPONSIO SIVE CONTRADICTIO

IN EUMDEM LIBELLUM

A FRATRE HUMBERTO

EPISCOPO SILVÆ CANDIDÆ.

ligenter sanctæ Chalcedonensis synodi C leonis, et murum adamantinum frangere tentasti! In-
considerasses caput, quiete monastica et quo utique conatu, non est victor erroris, sed victus
que orationibus in monasterio tuo conten- errore ; nec presbyter, sed inveteratus dierum ma-
quam ecclesiasticis rebus communicasses, lorum, et puer centum annorum maledictus ; potius
tunitatem intulisses. Quapropter sexcen- dicendus Epicurus, quam monachus. Nec credendus
ginta Patrum concordi decreto a commu- es degere in monasterio studii, sed in amphitheatro
suspensus, ne per te nomen Domini aut lupanari. Qui etiam vere prænominaris *pectora-*
etur. Decet enim unamquamque professio- *tus*, quoniam cum serpente antiquo super pectus
b mensura sui habitus et gradus cohibere, tuum graderis. Quod, sicut quidam Patrum dixit :
bet ecclesiastici dogmatis ordinem totum, « Quicunque vult, intrat et solvit asinum : » ex
suo contentus officio, prærripere quærit abundantia enim cordis os loquitur (*Matth.* XII, 34).
Sed væ tibi, Sarabaita, qui nulla cænobi- Deinde detestabilior omni veneficio, labia mortiferi
natus disciplina, voluntate atque voluptate **poculi melle charitatis et bono odore humilitatis**
opria, contra sanctam et Romanam et **imbuens, ex prædictis virtutibus delectabile exhi-**
mEcclesiam et omnium sanctorum Pa**tr**
orribiliter latrasti, stultior asino, fr
im, ut prægustata dulcedo faceret
orberi fel draconum et reliquum

s jure miscere. Quod totum
eraces evangelistæ concor-
ıostrum hora nona in cruce
epho postulatum depositum
so enim emittentte spiritum,
› scissæ sunt, terra mota,
multa corpora sanctorum
ta itaque perturbatione et
creaturæ, non solum latus
m lancea, sed etiam hi qui
et ad spectaculum illud con-
tu et his quæ fiebant, pectus
vertebantur. Adeo ut ipse
'uerat ad puniendum, dice-
at iste (*Matth.* XXVII, 54,) »
conquieverat, et securitas
sero esset, Pharisæi roga-
ter solemnem diem Sabbati
um crura et deponerentur.
gavit Pilatum ut tolleret cor-
ıirabatur si jam obiisset. Et
bi cognovit Jesum jam mor-
›seph. Porro milites ad præ-
ıt crura prioris et alterius
ɛm cum venissent, ut vide-
, non fregerent ejus crura,
a latus ejus aperuit, et con-
aqua, quibus formaretur Ec-
ex costa Adæ dormientis
si hora nona obiit, et sero,
lus, lancea percussus fuit;
aliter calidus non fuit, toto
o et frigido. Quod si aliquo
ım quare tantum miraculum
? Unde vos novi symmystæ
guis tantum, aut aqua tan-
ue caluerit? Si sanguis tan-
ılefacitis; si aqua tantum,
is sanguinem Christi? Si
ıtrumque simul non calefit?
ı potuit discerni, quodlibet
'ulnere simul erumpentium,
ıisse? Præterea si aqua illa
›aptismatis non calefit, cum
ım præfiguravit sicut sanguis
ıs autem scire qua intentione
ılatam dixeris? Si pro san-
ptime; si autem pro eo quod
ıit : pessime; quia de vero
ıantasticum, sanguinem pro
costa, sicut tu scribis, sed de
em non solet emittere, nec
ɛ Dominico corpore.
panis sit et dicatur etiam
cum Theupaschitis in sacra
quod non azymum veteris
veritatis comedamus, quod-
ıt, et facta sunt nova, satis
ra epistola.

IX. Tu vero maledicte et maledictus sermo oris tui, sanctam legem, sicut Severianus, maledictam dixisti. Nec mirum cum etiam panem tuum laudare supra modum cupiens, nimium vituperasti illum dicens: « Modicum fermentum totam massam corrumpit, et panis tandem, non azymum efficitur. » Deo gratia, quia azymum non efficitur de massa fermento corrupta, sicut tuus panis. Nam corruptio nunquam et nusquam in bonum accipitur; quia ubicumque corruptio, ibi etiam substantiæ deterioratio. Quinetiam cum exponeres sententiam beati Pauli, quam post tot orthodoxos Patres, nobis nolumus ab hæreticis exponi, quamvis nolens azymum laudasti dicens: Sicut estis baptizati, id est, azymi et puri. Si ergo secundum tuam confessionem baptizati sunt azymi, quid sunt non baptizati, nisi fermentati, id est corrupti?

X. Dic tamen ubi et quomodo Paulus cum undecim apostolis canones illos cum excommunatione exposuit, quorum tu nobis septuagesimum caput objicis? omnino nesciens quid loquaris: « Si quis, inquit, episcopus aut presbyter aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, et acceperit festivitatum eorum munera, ut sunt azyma, aut aliud hujusmodi, deponatur; laicus autem sequestretur. » Etiam si hoc capitulum ex libris authenticis prolatum esset, nullo modo nos tangeret, quia nec cum Hebræis jejunamus, nec cum eis epulamur aut festivitatem eorum munera aliqua accipimus. Quod autem tu vesane subjungis: Sive ab illis accipiatis. sive domi faciatis, azyma sunt. Id jaculum tibi retorquemus dicentes: « Sive cum Hebræis Sabbato epulemini, sive domi, epulatio est. « Sane hoc dignius contra vos dirigeretur, quia vos nihil aliud in Sabbato quam solemnitatem Judæorum, nos autem in azymo longe aliud sacramentum retinemus et amplectimur. Si enim interrogemus Judæos, quid celebrent in Sabbato? Respondebunt: « Requiem Domini. » Si Græcos, idem et non aliud dicent. Ergo sub servitute legis sunt. In cujus umbra et tenebris consederunt.

XI. Deinde post inanes latratus super vocabulo panis, reduxisti nobis annos ab initio mundi, usque ad passionem Christi, quando secundum te cyclus solaris erat XVIII et lunæ V: ut hoc saltem figmento possis evadere cum fermento tuo, quasi juxta hanc supputationem tuam, occurrat in cœna Domini luna XIII, in qua nondum fermentum abjecerat plebs Hebræa. Sed nos chronographis et calculatoribus talia relinquentes, maxime cum apud Græcos et Latinos atque Hebræos diversæ de temporibus habeantur rationes: hoc tantum dicimus, quia Christus nec unum iota aut apicem veteris legis resolvit. Unde et XIV luna ad vesperum quinta Sabbati Pascha celebravit, et mox eadem nocte comprehensus, crucifixus est quintadecima luna, id est sexta Sabbati, quæ specialiter dicebatur prima dies azymorum. Quamvis et in tota præcedente die, id

veneficium. Sed væ ei qui potat amicum suum potione turbulenta! Quam ideo necessariam duximus subtiliori linteo colatum ire, ut modus concinnationis ejus, et potentia aliquatenus possit deprehendi, et deinceps caveri, quia ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.

II. Ecce in ipso livoratus tui vestibulo tria proposuisti: de azymo scilicet, de Sabbato et de sacerdotum nuptiis. Ex quibus tot et tanta evomuisti, ut in pervertendo divinas sententias non inferior videaris perversis et rabiosis canibus Juliano et Porphyrio. Denique divini eloquii scalam ad cœlos subrectam, quantum in te fuit, retorsisti ad inferos, ne cum angelis scanderes ad catholicos, sed cum apostasis descenderes ad hæreticos. Inde est quod, sanctæ Romanæ et apostolicæ sedis sacrificio detrahens, falsissime definivisti nos mensam Judæorum comedere. Quod satis ostenditur in superiori nostra narratione, ubi commentis complicum tuorum, Michaelis scilicet Constantinopolitani et Leonis Acridani voluimus obviare. Nec est necesse eadem nos toties repetere. Quia stuppæ collectæ et paleæ conjectæ zizaniisque collectis una potest flamma sufficere. Unde ea tantum decrevimus leviter succendere, quæ solus videris plus illis congessisse.

III. Itaque quod dixisti consubstantialem et supersubstantialem idem esse, omnino est futile. Quia Dominus Jesus, quamvis nobis humanitate sit consubstantialis ; sic et humanæ mensæ panes, licet sint consubstantiales sibi, mensæ tamen divinæ panis supersubstantialis est eis. Et, o mentite Deo, et aperte impugnator sancti Evangelii! ubi et quando dixit Veritas, veracis Patris Filius : « Cavete ab azymo fermento Pharisæorum? » (*Marc.* VIII, 15). Nunquid *azymum* quolibet modo potest dici *fermentum*, quando azymum dicatur, eo quod absque fermento sit? et ubicunque fermentum fuerit, necesse est ut aut fermentum efficiat, aut fermentum permaneat? Cum ergo fermentatum non sit sine fermento, nec fermentum aliquando possit esse sine ipso, quomodo saltem somniare ausus es azymum fermentatum? Sed quamvis talia dicendo telas araneæ texueris, muscas et culices seu vermiculos aberrantes his irretire poteris ; non autem columbas simplices et oves recognoscentes vocem sui auctoris.

IV. Deinde, o subverse subversor, subvertere conatus sententiam apostoli Joannis dicentis : « Si dixerimus quia societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur et non facimus veritatem (*I Joan.* I, 6), » et cæteris nequius usus es hoc ejus testimonio, quam adulter oculo et latro ferro, quæ utique bona sunt. Illi enim lædere tentant aliquos, tu perdere cunctos. Unde et sic concludis: *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat.* Sed idem Joannes intentionem tuam enarrans, luce clarius demonstrat, qui dixerit, subjungens: « Qui odit suum fratrem, in tenebris est, et in tenebris ambulat quod non ab apost accepisti, ut dice *tenebris legis an* fermentatum nec charitatem.

V. Post hæc n testimonio ejusd qui testimonium et sanguis, et hi perverse conaris a quod ille de baptis mo siquidem hæc ciunt. Et Spiritus q guis redimit. Si qu non erit, sicut « Tolle aquam, n non est baptismu tum, et fit sacram rate, nequiter int tiam recumbentis *tres in uno sunt*, dilectus ejus nec s unum sunt (*I Joa* de baptismo sens

VI. Parva sunt tionem sequentis quod tempore Do quando sanguis et et vivificus spiritu Quod si constiteri non fuit, neque re est fides et prædi gemus. Et sicut pugnavi Ephesi, q resurgunt? » (*I C* tanta patimur? Cor liter vivamus, cra hac vita tantum in rabiliores omnibu ab omni genere hu gelista, qui hoc carnem Christi ve dicens : « Et inclin xix, 30). » Porro exspirasse (*Marc.* et in symbolo con Alioqui sepeliri n Obmutesce, canis de ; Christus enim licta nostra, et p (*Rom.* IV, 25) res mientium (*I Cor.*

VII. Ecce pesti gestio, cujus tu si et adinventiones tolicam, et contra dicendo : Aquam calido Christi corp

tem sanguine ejus jure miscere. Quod totum aliter est. Nam veraces evangelistæ concorarrant Dominum nostrum hora nona in cruce um, et sero a Josepho postulatum depositum o et sepultum. Ipso enim emittentte spiritum, templi et petræ scissæ sunt, terra mota, menta aperta, et multa corpora sanctorum exerunt. In tanta itaque perturbatione et naufragio totius creaturæ, non solum latus i non fuit apertum lancea, sed etiam hi qui ei insultaverunt, et ad spectaculum illud conant, viso terræmotu et his quæ fiebant, pectus percutientes, revertebantur. Adeo ut ipse rio, cui traditus fuerat ad puniendum, dice- Vere Dei filius erat iste (*Matth.* XXVII, 54,) » i tumultus mundi conquieverat, et securitas B i rediit, cum jam sero esset, Pharisæi roga- t Pilatum ut propter solemnem diem Sabbati erentur crucifixorum crura et deponerentur. quoque Joseph rogavit Pilatum ut tolleret cor- su. Pilatus vero mirabatur si jam obiisset. Et ito centurione, ubi cognovit Jesum jam mordonavit corpus Joseph. Porro milites ad præ- m Pilati fregerunt crura prioris et alterius is. Ad Jesum autem cum venissent, ut videum jam mortuum, non fregerent ejus crura, nus militum lancea latus ejus aperuit, et conexivit sanguis et aqua, quibus formaretur Ec- , quemadmodum ex costa Adæ dormientis ta est Eva. Ecce si hora nona obiit, et sero, e cruce deponendus, lancea percussus fuit; C is fuit ille, naturaliter calidus non fuit, toto re jam præmortuo et frigido. Quod si aliquo caluit : Evangelium quare tantum miraculum ramentum tacuit? Unde vos novi symmystæ us dicatis an sanguis tantum, aut aqua tanaut simul utrumque caluerit? Si sanguis tanquare aquam calefacitis; si aqua tantum, ex ea calefacitis sanguinem Christi? Si que simul, quare utrumque simul non calefit? ujus visu tel tactu potuit discerni, quodlibet n duorum ex uno vulnere simul erumpentium, m aut frigidum fuisse? Præterea si aqua illa , quare et aqua baptismatis non calefit, cum pue ipsa baptismum præfiguravit sicut sanguis D nptionem? volumus autem scire qua intentione m Christi immaculatam dixeris? Si pro sane et innocentia : optime ; si autem pro eo quod netrabilis ferro fuit : pessime ; quia de vero re verum, non phantasticum, sanguinem pro fudit. Et non de costa, sicut tu scribis, sed de e, quia os sanguinem non solet emittere, nec mminutum fuit ex Dominico corpore.

II. Cæterum quod panis sit et dicatur etiam us, et quod non cum Theupaschitis in sacra ione erremus, et quod non azymum veteris , sed sinceritatis et veritatis comedamus, quodvetera transierunt, et facta sunt nova, satis ditur in alia nostra epistola.

IX. Tu vero maledicte et maledictus sermo oris tui, sanctam legem, sicut Severianus, maledictam dixisti. Nec mirum cum etiam panem tuum laudare supra modum cupiens, nimium vituperasti illum dicens : « Modicum fermentum totam massam corrumpit, et panis tandem, non azymum efficitur. » Deo gratia, quia azymum non efficitur de massa fermento corrupta, sicut tuus panis. Nam corruptio nunquam et nusquam in bonum accipitur ; quia ubicumque corruptio, ibi etiam substantiæ deterioratio. Quinetiam cum exponeres sententiam beati Pauli, quam post tot orthodoxos Patres, nobis nolumus ab hæreticis exponi, quamvis nolens azymum laudasti dicens : Sicut estis baptizati, id est, azymi et puri. Si ergo secundum tuam confessionem baptizati sunt azymi, quid sunt non baptizati, nisi fermentati, id est corrupti?

X. Dic tamen ubi et quomodo Paulus cum undecim apostolis canones illos cum excommunatione exposuit, quorum tu nobis septuagesimum caput objicis? omnino nesciens quid loquaris : « Si quis, inquit, episcopus aut presbyter aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum jejunaverit cum Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, et acceperit festivitatum eorum munera, ut sunt azyma, aut aliud hujusmodi, deponatur; laicus autem sequestretur. » Etiam si hoc capitulum ex libris authenticis prolatum esset, nullo modo nos tangeret, quia nec cum Hebræis jejunamus, nec cum eis epulamur aut festivitatem eorum munera aliqua accipimus. Quod autem tu vesane subjungis : Sive ab illis accipiatis. sive domi faciatis, azyma sunt. Id jaculum tibi retorquemus dicentes : « Sive cum Hebræis Sabbato epulemini, sive domi, epulatio est. « Sane hoc dignius contra vos dirigeretur, quia vos nihil aliud in Sabbato quam solemnitatem Judæorum, nos autem in azymo longe aliud sacramentum retinemus et amplectimur. Si enim interrogemus Judæos, quid celebrent in Sabbato? Respondebunt : « Requiem Domini. » Si Græcos, idem et non aliud dicent. Ergo sub servitute legis sunt. In cujus umbra et tenebris consederunt.

XI. Deinde post inanes latratus super vocabulo panis, reduxisti nobis annos ab initio mundi, usque ad passionem Christi, quando secundum te cyclus solaris erat XVIII et lunæ V : ut hoc saltem figmento possis evadere cum fermento tuo, quasi juxta hanc supputationem tuam, occurrat in cœna Domini luna XIII, in qua nondum fermentum abjecerat plebs Hebræa. Sed nos chronographis et calculatoribus talia relinquentes, maxime cum apud Græcos et Latinos atque Hebræos diversæ de temporibus habeantur rationes : hoc tantum dicimus, quia Christus nec unum iota aut apicem veteris legis resolvit. Unde et XIV luna ad vesperum quinta Sabbati Pascha celebravit, et mox eadem nocte comprehensus, crucifixus est quintadecima luna, id est sexta Sabbati, quæ specialiter dicebatur prima dies azymorum. Quamvis et in tota præcedente die, id

Domino nostro Jesu Christo sicut duæ sunt naturæ, hoc est, Dei et hominis, sic etiam duæ credantur esse voluntates sive operationes. Vis audire quod deitatis est? « Ego, inquit, et Pater unum sumus (*Joan.* x, 30). » Vis audire quod humanitatis? « Pater major me est (*Joan.* xiv, 28). » Cerne secundum humanitatem eum in navi dormientem. Cerne ejus divinitatem cum evangelista dicit: « Tunc surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna (*Math.* viii, 26), »

VIX. Hæc est sexta synodus universalis Constantinopoli celebrata et Græco sermone conscripta, temporibus papæ Agathonis, exsequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis apostolicæ sedis et episcopis 150 residentibus, qui omnes quidem hæresim damnaverunt. Tunc piissimus princeps Constantinus interrogavit eos qualiter Romana Ecclesia de sacrificio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi ordinem teneret? Illi responderunt: « In calice Domini non debet solum offeri vinum, sed aqua mistum. Nam si solum vinum offertur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Et si aqua pura offertur, sola plebs incipit esse sine Christo. Quando utrumque admiscetur, id est, vinum et aqua, tunc sacramentum spirituale perficitur. Oblatio vero quæ in sacrificium altaris offertur, nullam commistionem aut corruptionem fermenti debet habere, sicut beata virgo Maria absque omni corruptione Christum concepit et peperit. Hinc in Ecclesia mos obtinuit ut sacrificium altaris non in serico aut in panno tincto, sed in limo terreno celebretur, sicut corpus Domini fuit in sindone munda sepultum. Sic et oblatio munda debet esse a fermento, juxta quod in gestis pontificalibus a beato Silvestro legimus esse statutum. « Tunc placuit piissimo principi Constantino hæc traditio apostolicæ sedis. Ecce istius et sex cæterarum synodorum omnibus sanctis patribus et orthodoxis imperatoris, per omnia placuit fides et traditio apostolicæ sedis. Et tu qui es, cui displicet? Sed volumus dicas: Videturne tibi congruum ut omni quarta et sexta feria jejunes propter traditionem et passionem Christi, et propter sepulturam nullo Sabbato, nisi uno? Cum ergo omni Dominica celebres resurrectionem, omnique quarta et sexta feria jejunes propter traditionem et crucem; cur non et omni Sabbato propter sepulturam, cum de celebrando Sabbato nullam rationem teneas, nisi quam Judæi, scilicet quia in eo requievit Deus? Qui utique fatigatus non est, verbo creans quidquid voluit, sed in hoc nostram requiem præfiguravit. Quod si uno Sabbato in toto anno jejunandum est, propter sepulturam Christi, ergo et una quarta feria propter traditionem, et una sexta feria propter passionem, in toto anno est jejunandum. Una quoque Dominica propter resurrectionem celebranda.

XX. Non autem mirum si Agathoni papæ et sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputatis deliramenta, et quæ aut finxistis capitula, cum etiam ipsi Domino Jesu et apostolis ejus imputetis figmenta. Unde nos, scientes sextam synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, nou autem ad tradendum Romanis novas institutiones congregatam, capitula quæ nobis sub ejus auctoritate opponitis, omnino refutamus, quia prima et apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, nec observat hactenus; et quia aut sunt nulla, aut, ut vobis libuit, depravata sunt. Depravastis Joannis Chrysostomi atque Gregorii theologi aliorumque orthodoxorum Patrum dicta, et exhibuistis in eadem synodo sexta. Nempe a prima synodo Nicœna usque ad hanc sextam trecenti et amplius anni dicuntur evoluti. Et quomodo in Nicæna et reliquis quatuor synodis universalibus nulla mentio fit de tam necessaris rebus? Nunquid usque ad sextam synodum Græci et Latini rationem missæ ac jejuniorum ignoraverunt, et per sexcentos et amplius annos a passione Christi in talibus errarunt? An forsan Græci hæc noverunt, et Romani ignoraverunt! Sed ex Missalibus Romanorum libris, ab omni Ecclesia Occidentali antiquis receptis, evidenter cognoscitur quam rationem jejunii et missæ habuerint sub reverendissimis pontificibus, Silvestro scilicet auctore Nicænæ synodi, Gelasio damnatore vestri Acaii, maximeque Gregorio dialogo, compatre imperatoris Mauritii. In cujus libris Missalibus omnis dies Quadragesimæ habet specialis missæ plenarium officium et, excepta Dominica, nullus dies ejus solvit susceptum, jejunium, quam traditionem si tentasset papa Agatho aliquatenus removere Romanis, non audiretur ab eis. Quia, licet ipse magnus exstiterit, præfatis tamen decessoribus suis sicut tempore, ita scientia et auctoritate minor fuit. Quamobrem caput quo asseritis eum promulgasse ut si quis clericus jejunaret Sabbatum præter unum, deponeretur, magis dicendum et Nazarenorum esse quam apostolorum, Cheriuti et Habionis quam sextæ synodi et papæ Agathonis. Cui sane capitulo epistola Pauli aperte contradicit, ubi ait: « Nemo vos judicet in cibo aut potu aut in parte diei festi, et neomeniæ et Sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. » Unde Romani proprio auctori et magistro gentium in fide et veritate obedientes nulli Sabbato festum vel otium dependunt, sicut nec neomenia, quia profecto Judaica sunt, et utique umbra futurorum.

XXI. Porro unde acceperimus omni die jejuniorum perfectam missam facere, supra curavimus ostendere: nec timemus caput quod dicitis apostolorum de his qui non jejunaverint Quadragesimam, quarta quoque et sexta feria, qua, excepta gravissima infirmitate, sollicite cuncti jejunamus diebus Quadragesimæ, adeo ut interdum decennes pueros nobiscum faciamus jejunare, nec solvimus per Sabbata quadragesimalem abstinentiam, quam Dominus noster non solvit in quadraginta jejuni sui diebus. Nec solveremus etiam in die Dominica quemadmodum nec ipse, præ gaudio resurrectionis ejus hoc

inter dixisset ab initio omnium catholicorum Patrum sententia, etiam cum anathemate. Quos secuti sancti Patres Gangrensis concilii dixerunt: « Si quis non dijudicans diem Dominicam, jejunaverit tanquam in ejus contemptu, anathema sit. » Ubi certe sicut eis attestantur omnes authentici libri non, contradicunt jejunio Sabbati, sed Dominicæ diei.

XXII. Sed, o perfide Stercorianista, qui putas fideli participatione corporis et sanguinis Domini quadragesimalia atque ecclesiastica dissolvi jejunia, omnino credens cœlestem escam velut terrenam per aqualiculi fetidam et sordidam egestionem in secessum dimitti, plane sentis cum Ario. Qui cum pro aliis blasphemis in Filium Dei, tum etiam pro ista, foveam delapsus in atram, visceribus fusis vacuus quoque ventre ramansit. Et ubi est Salvator qui dans discipulis panem a se benedictum et fractum dixit: « Accipite et comedite, hoc est corpus meum? » (*Matth.* XXVI, 26.) In quo quid traderet, alibi dicit: « Panis quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita (*Joan* VI, 52); » et; « Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus (*Joan.* VI, 56). » Quomodo verus? Quia « qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, habet vitam æternam (*Joan.* XI, 55). » Et quæ est vita æterna? Nempe Christus Jesus, sicut ipse dicit: « Ego sum via, veritas et vita (*Joan.* XIV, 6). » Qui ergo panem Dei manducat, carnem Dei Christi manducat. Qui autem carnem ejus manducat, Christum manducat; qui Christum manducat, procul dubio vitam æternam manducat. Ergo, o pestifer leno antiqui serpentis, qui conaris astutia tua corrumpere sensus Christi sponsæ, quæ est Ecclesia, ut excidatur a charitate tanti et talis sponsi, credis nos vitam incorruptibilem comedentes, corrumpere integritatem jejuniorum, velut aliquo cibo corruptibili?

XXIII. Horremus quidem dicere, sed compellimur a tua impudenti improbitate. Conaris Christum, imo ipsam vitam per digestionem sicut cœnum olidum demittere in latrinam. Et ubi est, quod dixit: « Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo? » (*Joan.* VI, 57.) Sine qua refectione quia non habetur vita, ipsa Vita, quæ est Christus, quasi quodam jurejurando protestatur dicens: « Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis (*Ibid.*, 54). » Numquid hic dixit: Si manducaveris carnem meam et biberitis sanguinem meum, dissolvetis jejunium? Et utinam hoc solo sacramento, non ad judicium nostrum, omni hora reficeremur! Sed quia corpore corruptibili, et nimia miseria conscientiæ nostræ gravati, etiam bonum nostrum nequimus sufferre, a sanctis Patribus certæ ad percipiendum tantum sacramentum præfixæ sunt horæ. Quod ne vilescat carnalibus, et in percipiendo escam spiritus submurmuret aliquis carnis appetitus, cum summa parcitate prægustamus; videre tantummodo cupientes quam suavis est Dominus, cujus panis non vult, sicuti nec manna fasti-

A dium. Nec dubi
ejus fides ma
Christum, infid
suum, utpote q
mini Deinde
quacunque hor
fecta. Nec rese
ut per dies quir
nec sancti apos
corporis et sanj
distributo resei
aliquando taleq
sicut Lucas nar
doctrina aposto
B panis (*Act.* II, 4
quibus diebus fi
« Quotidie pers
frangentes circa
Ecce verax evan
quotidie orasse
qui dicitis duol
sam perfectam
imperfectam? N
munication e, n
debemus accip
num legimus, nc
memorationem
se benedicto et
benedixit tantu
C num, nec fregit
tim distribuit.
papa V ab apos
rens canoni mis
ceritis, sed « Hæ
nedixeritis, freg
riam facietis, »
reliquis fiat, sci
aut fractio sine
fectam Christi
distributio nulla
autem quotidie
sola tertia perfe
tenemus ex verl
lum dicentis: «
D meam commem
mox idem Apos
que manducabi
mortem Domir
quandiu? *Donc*
vivos et mortu
facite hora terti
Non utique, sed
piens dixit: *Quc*
nia aliqua aut ce
rum attendens
hora nona manc
bibetis, morten
differenter: *Qu*

XXIV. Nec ne

et præcipuarum solemnitatum missas hora ter-
lebrasse solitos, propter Spiritus sancti effusio-
hora tertia in discipulos, et hoc mandasse ad
ros quatenus illa unius actio missæ gemino
egio insigniretur : resurrectione videlicet
ti et adventu Paracleti, utque propter gaudium
emporibus relaxarentur cunctis frena jejunii.
mtamen alia causa est Dominicæ diei, ac solem-
, alia jejuniorum ; si ergo hora nona aut ve-
ina diebus jejuniorum, perfecta agitur missa,
procul dubio inde contrahitur noxa, quia et
nus in cœna ad vesperum primam et perfectam
nistrationem tanti sacramenti discipulis insti-
et hora nona spiritum tradens sacrificium ve-
inum expansis manibus in cruce, et præmissa
ne ad Patrem consummavit. Propterea quam-
ra tertia et nona propter supradictas rationes
ptiores missarum actioni, quotiescunque ta-
horis aliis fiunt occupatione itineris, aut gratia
libet necessariæ rei, in memoriam fiunt Chris-
c violatur inde integritas jejunii. Quod utique
s Telesphorus papa a Petro septimus sentiens,
nocte Nativitatis Domini missas celebrari in-
, nec ullam resolutionem jejunii ante horam
m et diurnam missam inde fieri, sicut vos
rse putatis, timuit. Dicite autem, si potestis,
bbatum et cæteræ extra Dominicam feriæ ho-
tia missam debeant habere, cum in eis Spiri-
ctus non legatur descendisse. Itaque nos, sicut
ostenditur, divina auctoritate subnixi, nec je-
resolvimus in celebratione missæ quotacunque
diei fit ; nec in aliquo natalitio martyrum, sed
Annuntiatione Mariæ virginis. Et ideo nullius
rsalis synodi percellimur anathemate. Cæteri
n quamvis sanctorum Patrum conventus, et si
runt de utilitate et conversatione Ecclesia-
narum tractare, nullas tamen traditiones uni-
li Ecclesiæ præfigere. De papa quoque Agatho-
nnino scimus quia nec sextæ synodo per seip-
præsedit, nec aliquibus capitulis ejus subscrip-
isi quæ promulgata fuerunt adversus Monothe-
m hæresim. Vos videte unde hæc quæ proponi-
beatis, quia Ecclesia Romana talia hactenus
avit. Nec credi potest post tot annos Romano-
ontificem Græcis promulgasse aliquas de mis-
servationes. Deinde ritum vestræ discere non
nus, quia minimam cautelam et maximam ne-
ntiam ei inesse cognoscimus, dum sanctum pa-
frangentes et sumentes, hinc inde decidentes
s non curatis. Quod etiam solet contingere,
patinas sanctas foliis palmarum et porcorum
fricatis inhoneste. Multi quoque vestrum tam
renter corpus Christi reponunt, ut pyxides
cumulent, et ne decidat aut superfluat, manu
cant. Reliquias quoque oblationis, velut com-
s panes, nonnunquam usque ad fastidium su-
. Et si sumere non sufficiunt, subterrant, aut
teum projiciunt. Si autem, ut dicis, panem jam
m oblatum et sanctificatum exaltatis altera die,

A unam oblationem videmini bis offerre. Et cor non attendistis in epistola papæ Clementis, cujus traditiones, ut putatis, contra nos defenditis, quod ibi promulgasse putatur? « Certe, inquit, tanta in altario holocausta offerant, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum cautela et diligentia consumantur. » Ad hæc quod asseris, vos ab ipsa sancta communione statim ad communes cibos transire, non sic sensisse idem Clemens invenitur in præfata epistola, ubi de his qui residua sacrificii consumpserint subjecit : « Qui autem, inquit, residua corporis Domini quæ in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad communes accipiendum cibos conveniant, ne putent sancta portioni
B esse commiscendos cibos qui per aqualiculi egestus in secessum funduntur. Si igitur mane Dominica portio in sacrario edatur, usque in sextam jejunent ministri qui hæc consumpserint. Et si tertia aut quarta, jejunent usque in vesperum. In quibus sane verbis liquet quod non solum hora tertia, sed etiam mane hora quarta missas fieri licet, quodque ex sacrificio jejunium non solvitur, dum illic dicitur, ut qui consumpserint usque ad sextam vel vesperam: alioqui quomodo jejunabant, si ex sacrificio jejunium solverunt? Deinde abstinentiam paucissimorum nobis prædicantes, tacetis ingluviem multorum,
C qui aut parum aut nihil Quadragesimalis jejunii Deo offerunt, dum a primo mane usque vesperum crapulari non metuunt nec erubescunt. Aliqui etiam ad Ecclesiam legumina et alia obsonia deferentes inibi comedunt, nec Paulum attendunt dicentem : « Qui esurit, domi manducet (*I Cor.* XI, 34); » et : « Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? » (*Ibid.* 22). At nos Quadragesimam unius septimanæ, quam dicitis sancti Theodori, nescientes, solam Quadregesimam Domini nostri Jesu Christi quadraginta diebus diligenter observare contendimus, quam ut aliquis, excepta gravi infirmitate, in aliquo infringat sufferre nequimus. Nec licet cuiquam apud nos, sicut apud vos, post unam refectionem quidquam pomorum aut herbarum diebus jejuniorum percipere.

XXV. Hinc perpendentes a te tam perverse de-
D fendi adulteria potius quam nuptias sacerdotum, arbitramur ab inferis emersisse principem hujus hæresis nefandum diaconum Nicolaum. De quo Epiphanius vester sic scripsit : « Quarta Nicolaitarum a Nicolao hæresis est adinventa, uno ex septem diaconibus ab apostolis ordinato. Iste cum zelo pulcherrimæ conjugis culparetur, docere cœpit indifferenter uti conjugibus, non solum laicos, sed etiam qui sacerdotii fungerentur officio. Hos damnavit sanctus evangelista et apostolus Joannes, et jussit ut quicunque cum eis vel sermonem colloquii miscuissent, ex hoc ipso communione privandos. Docens rationabiliter a mundi origine Deo castitatem plurimum placuisse. Tunc etiam in seipso Christum Dei

Filium castitatis gloriam dedicasse, cum, virginem possidens matrem virgo mansurus, nullum discipulorum suorum commistione etiam legitima conjugii uti permisit, dicens : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum » sibi, « et tollat crucem suam et sequatur me (*Matth.* XVI, 24). » Unde idem Dominus Jesus in Apocalypsi præcipiens apostolo Joanni scribere angelo Ephesi, inter alia inquit : « Hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et « ego odi (*Apoc.* II, 6). » Hinc etiam angelo Pergami dicit : « Habeo adversum te pauca, quia habes « illuc tenentes doctrinam Baalam, qui docebat Ba- « alac mittere scandalum coram filiis Israel, edere « et fornicari : ita habes et tu tenentes doctrinam « Nicolaitarum (*Ibid.*, 14, 15). »

XXVI. Suffecerant quidem hæc, o Nicolaita Niceta, ad convincendum errorem, sed quia canonibus sub nomine apostolorum editis nos urgere videris: exponere tibi tua capitula decrevimus, quamvis ea inter apocrypha usque nunc magna ex parte computaverimus, ut aperte cognoscatur nec apocryphis nec authenticis vos vestras ineptias posse defendere. Ante omnia autem comprobamus te esse mentitum ipsi veritati, in eo quod dixisti nostros prius ordinari, deinde uxores sortiri. Quia apud nos nec ad subdiaconatus gradum quisquam admittitur, nisi perpetuam continentiam etiam a propria conjuge profiteatur. Nec post gradum cuiquam uxorem ducere unquam conceditur. Sed tu Ecclesiam Dei volens efficere synagogam Satanæ et prostibulum Balaam et Jezabel, cum Nicolao dicis : « Episcopum et presbyterum et diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ. Nec licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere eis quas habent cum ad ordinationem venerunt. » O abominabilis Cynice, quomodo non erubuisti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem post manus impositionem sine uxore esse? Si ita est, ipse Joannes apostolus et Paulus et Barnabas et omnis continens in gradu ecclesiastico in culpa est procul dubio. Unde necesse est ut futurus episcopus, presbyter, diaconus et subdiaconus, prius uxorem sortiatur, quæ sibi sufficere debeat ad carnales amplexus? Nunquid laicis non sufficit una? nisi forte discipulis maligni Muhamed, cujus farinæ totus es. Tu quoque quia presbyter es, sine uxore esse non debes, secundum assertiones tuas.

XXVII. Sed jam videamus capitula quibus putas posse defendi adulteria sacerdotum, non conjugia. « Episcopus, inquam, presbyter aut diaconus uxorem suam non abjiciat obtentu religionis. Si autem abjecerit, sequestretur, perseverans autem deponatur. » Omnino confitemur non licere episcopum, presbyterum, diaconem vel subdiaconem uxorem propriam causa religionis abjicere a cura sua, scilicet ut ei victum et vestitum provideat, non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Sic et sanctos apostolos le « Nunquid n lierem circu Cephas? » (*I* dixit : Nunqu mulierem an ut de mercec nec tamen fo gium. Præter tabit ad ecc una, sine qu amplexus suf mentis capit superius dixi « Tribus grad sunt sacrame subdiaconibu ad Dominica t tionem conju nere voluerin ministrum pr non terat lir altare contin oblationes s portionem ac nibus, ostia f rat officia, ur

XXVIII. P bilis et authe troductis hab nodus, et neq diacono, neq habere secun ter sit, sororv horum simili tem præterag

XXIX. Bea hinc scribens « Proposuisti diaconii mini nentes esse a et divinarum tionis viri Sir mearunt, ut i omni honore terentur acce nentia oporte scopum : « P honestum ten cerdotes et le quia ministeri tur. Scriptum « sanctus sum XI, 44). » Nam vicis suæ non mus, nec dom utique propte fuerat relaxat Aaron ad sace

dere. Quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec præterit dies qua vel a sacrificiis divinis aut baptismatis officio vacent ? Nam si Paulus ad Corinthios scribit, dicens : « Abstinete vos ad tem- « pus, ut vacetis orationi (*I Cor.* VII, 5) ; » et hoc utique laicis præcepit ; multo magis sacerdotes, quibus et orandi et sacrificandi juge officium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere: qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia exaudiri posse se credit ? cum dictum sit : « Omnia « munda mundis ; coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum (*Tit.* I, 15). » Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est : « Unius uxoris virum (*I Tim.* III, 2). » Non propter permanentiam in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait : Vellem autem omnes esse sicut et ego (*I Cor.* VII, 7). Et apertius declarat dicens : « Qui autem in carne sunt, Deo placere non « possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in « spiritu (*Rom.* VIII, 8). » Et habentem filium, non generantem dixit. »

XXX. Et venerabilis papa Siricius : « Feminas non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.

XXXI. Sanctus deinde Leo papa mirabilis doctor et sanctæ Chalcedonensis synodi auctor, omnem ambiguitatem hujus rei abscindens ait : « Lex continentiæ eadem est altaris ministris, quæ episcopis atque presbyteris. Qui cum essent laici, sive lectores, licite et uxores ducere et filios procreare potuerunt. Sed cum ad prædictos pervenere gradus, cœperunt eis non licere quæ licuerunt. Unde ut de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, et quasi non habeant sic habere : quo et salva sit charitas connubiorum, et cessent opera nuptiarum. » Ecce isti cum Petro et per Petrum effecti clavigeri regni cœlorum, ita confringunt omnes claviculas infernalium portarum, ut nulla jam supersit hæresis Nicolaitarum.

XXXII. Sed ne quid minus factum dicas, seriatim et aperte prosequemur, quid Romana Ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum ostiarios, lectores, exorcistas, et acolythos, si extra votum et habitum monachi inveniuntur et continentiam profiteri nolunt, uxorem virginem ducere cum benedictione sacerdotali permittit : non autem viduam et repudiatam ; quia propter hoc solum deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterunt, nec laicus non virginem sortitus uxorem, aut bigamus ad clericatum. Quod si quis præfatorum ordinum desiderat ad subdiaconatum ascendere, nequibit hoc sine consensu uxoris suæ, ut de carnali deinceps fiat conjugium spirituale, nemine eos ad hoc cogente Nec permittitur postea uxor jungi eidem suo marito carnaliter, nec cuiquam nubere in vita aut post mortem illius, alioqui anathematizanda est : sicut et diaconus et subdiaconus, et presbyter aut episcopus deponendus suam repetens, aut extraneam ducens, juxta quod in Neocæsariensi concilio orthodoxi sanxere Patres.

XXXIII. Talibus ergo traditionibus usque nunc sancta Romana Ecclesia et apostolica sedes omni mundo refulsit, nec aliquando Judaicis fabulis et apocryphis scripturis acquievit, sed per primos apostolorum in ipso summo angulari lapide Christo Jesu fundata, nullis hæresibus cessit, nec prohibuit a conjugio laicos : sed sacri altaris ministros et apostolicam perfectionem professos monachos.

XXXIV. Illa tamen Ecclesia, quam Arius corrupit, Macedonius prostituit, quæ genimina viperarum, id est, Nestorium Eutychen, Monothelitas et Theupaschitas et reliquas hæreticorum pestes peperit, adhuc a Nicolai hæresiarchæ complexibus abstrahi non potuit, adeo ut ad sacri altaris ministerium ordinandos interroget an habeant uxores. Qui respondentes se non habere compelluntur primum ducere, et sic impositionis manum accipere : ut novi mariti, et recenti carnis voluptate toti resoluti et marcidi, et inter sancta sacrificia cogitantes quomodo placeant uxoribus, immaculatum Christi corpus tractent atque populo distribuant, indeque sanctificatas manus ad tractandum membra muliebria mox referant, et sit sicut populus sic et sacerdos, et tandem populi sicut sacerdotes mali.

XXXV. Quapropter parcite jam vobis, et nolite attendere spiritibus erroris et dæmoniorum doctrinis, ut nobiscum de vera pace, quæ Christus est, hic et in futuro gaudeatis. Tu vero miserrime Niceta, donec resipiscas, sis anathema, ab omni Christi Ecclesia, cum omnibus qui tibi aquiescunt in tam perversa doctrina. Nam volens esse legis divinæ doctor, non intelligis quæ loqueris, neque de quibus affirmas, et stultus ipse, sapientior tibi videris septem viris loquentibus parabolas. Sed saltem aliquando disce tacere, qui nunquam loqui didicisti.

Explicit responsio fratris Humberti episcopi contra Nicetæ blasphemias.

NICETÆ PECTORA'

CARMEN IAMBICUM IN SYMEONEM J

Vide supra col. 307.

Vitæ Symeonis Junioris fragmenta edentur infra in notis Fr. C de essentia et operatione divina.

ANNO DOMINI ML.

JOANNES

EUCHAITARUM METI

—

NOTITIA

Auctore Conrado Janningo S. J. in Junii Bolla

—

Scripseram præmissum Paragraphum, auctorem Vitæ Dorothei Junioris ex Allatio assignans Joannem metropolitam Euchaitarum ; in omnemque versabam animum partem, quo aliquid de auctore illo, deque ætate qua vixit, alicunde e tenebris eruerem ; facile deinde ex hac cognitione ætatem Dorothei Junioris definiturus. Adeo igitur Allatium in Diatriba de Simeonum scriptis ; ac reperio identidem auctoris nomen, et producta principia aliquot monumentorum ejus ; sed de vita et ætate nihil. Adeo Simeonem nostrum Wangnerechium ; in Prolegomenis ad pietatem Marianam Græcorum; videoque num. 25 notum ei fuisse Joannem Euchaitam Hymnographum, sed de ætate aut vita ejus nondum quidquam invenisse, quod viris doctis probare se posse confideret. Adeo denique Maraccium in Bibliotheca Mariana ; sed nihilo felicius occupatum in inquirenda Joannis ætate quam præmissos duos, observo. Debebatur nempe illa gloria augustissimi Cæsaris Leopoldi Biblothecæ, ut inde in lucem prodiret primum, quod indefessa tot eruditorum studia et labores diu frustra quæsiverunt.

Cum igitur anno 1688 Viennæ æstatem transigeremus, ac sæpe bibliothecam, ex benignitate Cæsaris promptaque opera prænobilis Domini Danielis de Nessel Bibliothecarii aulici, semper nobis patentem, perscrutaremur, in notitiam quoque venimus cujusc antiquæ scrip Sebastiani Ter propria inscri de quo agimus, de variis rebus autem codicis ctitatis laude c ἡμῶν Ἰωάννου « Sancti Patris tarum, monun compendium Græcis fere ip

Ὁ βίος. Οὗ
Κωνσταντίνου τ
λίσσης. Ἔτη
τέσσαρα πρὸς
τατος καὶ ἀγι
λόγων, καὶ ἐπισ
πολλὰ λόγου καὶ
πων ἐξεπαίδευσε
Πνεύματος χάρι
peratore Roma
imperatrice Z
sexaginta quat
puto, quo scri
pientia et sanc
scripsit plures

iambicos, aliaque multa, digna quæ laudentur grataque habeantur : multos insuper homines pie erudivit, utpote repletus gratia Spiritus sancti. »

Scriptor præmissi codicis notatur fuisse quidam Andreas Damarius Epidauriota, cujus ejusdem nomen aliis quoque codicibus in biblotheca Cæsarea inscriptum legitur, ac præsertim centesimo septuagesimo secundo inter theologicos ; ubi leviter mutato nomine vocatur sub finem libri Ἀνδρέας Τάρμαρος ὁ Ἐπιδαυριώτης : ætas quoque ejus ibidem indicatur, per descriptum Christi annum 1560. Eamdem Darmarii ætatem confirmat Gangius, in Præfat. ad suum Paschalium, cum illius ecgrapho collatum n. 33, ubi inducit Isaacum Casaubonum asserentem, quod ab eodem Darmario « Emit Africanum *De bellico apparatu*, et Fragmentum Petri Alexandrini de Paschate. » Natus enim Isaacus ille fuit anno 1559, et jam erat a juventute Græcis Latinisque litteris excolendis atque eruderandis veteribus monumentis intentus, facile potuit adolescens ipse seniorem Darmarium convenisse in Gallia. Ut autem præcitati codicis scriptor exstiterit Darmarius anno 1560, tunc forte adhuc juvenis, ita videtur auctor fuisse adjuncti Compendii Vitæ, et quidem primus : recensens enim in illo annos qui inter Constantinum Monomachum et suam ætatem intercesserunt, debet ipse compendium illud aut primus scripsisse aut contraxisse. Quod tamen numerum annorum aliquando majorem ponat intercessisse, quam recepta modo chronologia patitur, factum esse potest defectu accuratæ notitiæ temporis, quo Monomachus imperavit. Potest etiam ipse codicem, de quo hic præcipue agimus, scripsisse diu post illum, cui annum 1560 annotavit. Certe aliquid aut errori, aut ignorantiæ, aut ἐπιεικείᾳ concedendum est A morte enim Constantini Monomachi ad usque annum 1560 defluxerunt annidumtaxat 506, ponente interim Andrea annos 564. Ut ut est de sensu scriptoris Andreæ; in eo saltem non erravit, quod Joannem metropolitam Euchaitarum (quem et Mauropodem appellari lego) sub Constantino Monomacho vixisse asserat. Id enim ex scriptis ipsius etiam Joannis eruitur ; utpote qui tribus poematibus suis, videlicet 74, 87 et 88 in codice Cæsareo, de Constantino tanquam vivente laudabiliter agit affirmatque ejus imaginem in Euchaitis asservari

Hactenus de viro ipso, parum Latinis noto Nunc de scriptis ejus, minus etiam notis, juverit breviter tractare, eaque imprimis indicare, quæ bibliotheca Cæsarea subministrat mss. Exstat ibi codice 204 inter theologos, « Joannis Metropolitæ Euchaitarum oratio in tres sanctos Patres Basilium Magnum, Gregorium Theologum seu Nazianzenum, et Joannem Chrysostomum. » Codex 211, ex quo Compendium Vitæ jam deprompsimus, exhibet poemata duo supra centum, pleraque argumenti sacri, versu iambico concinnata. Codex 299 ejusdem Opuscula continet, puta *Canones paracleticos* quos Cantica consolatoria interpretari licet « ad Dominum et Deum nostrum Jesum Christum ; » sunt-que viginti quatuor numero, et singuli suam acrostichidem habent. Continet deinde alios similes canones duos ad eumdem Dominum nostrum ; et tertium ad angelum custodem : quorum priores sine posterior cum acrostichide sunt. Subsequuntur mox « in sanctissimam Dominam nostram Dei Genitricem canones 67, et in S. Joannem Præcursorem canones undecim. » Denique codex 309 complectitur aliquot ad Christum canones, quorum primo talis præfigitur acrostichis, Πρῶτόν φέρω μέλισμά σοι, Θεοῦ Λόγε, μοναχὸς Ἰωάννης.

Atque hi codices quatuor nunc sunt bibliothecæ Cæsareæ, eo illati a duobus studio et doctrina præstantibus viris, natione Belgis, Augerio Busbeckio et Sebastiano Tengnagelio. Et ducentesimum quidem undecimum cum pluribus aliis eo intulit Tengnagelius ; reliquos vero tres cum aliis plus quam ducentis intulit Busbeckius, a se studiose conquisitos et comparatos in Græcia, cum pro Augustissimo Cæsare Ferdinando I legationem obiret Constantinopoli. Sed operæ pretium fecero, si his apposuero canonum in Deiparam, de quibus codice 299, titulum totum, ut ibi legitur, ad cognoscendum distinctius auctorem ipsum. Κανόνες παρακλητικοὶ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ, τὸ ἐπίκλην Μαυρόποδος, τοῦ ἐν ὑστέροις χρόνοις χρηματίσαντος ἀρχιερέως Εὐχαΐτων, οὗ τὸ ὄνομα ἐντέτακται τῇ ἀχροστιχίδι ἑκάστης ἐννάτης ᾠδῆς. « Canones paracleti sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis. Poema Joannis monachi, cognomento Mauropodis seu Nigripedis, qui ultimis temporibus exstitit archiepiscopus Euchaitarum ; cujus et nomen insertum est acrostichidi nonæ cujusque odæ. »

Addi citatis Euchaitæ scriptis possunt, quæ notat Allatius in Diatriba de Simeonibus, producto singulorum principio tituloque Græce ; nempe, « Orationes in festum sanctorum Angelorum ; in sanctam Dormitionem sanctissimæ Dei Genitricis ; in memoriam sancti megalomartyris Theodori ; in memoriam sanctimartyris Theodori Tironis sive εἰς τὸν ἀνθισμόν· in memoriam sancti martyris Theodori sive τοῦ Πεζοῦ· in tres sanctos antistites Basilium, Chrysostomum, et Gregorium : « Item in eosdem oratio alia, quarum prior eadem est cum citata ex bibliotheca Cæsarea, posterior ab illa diversa. Ad hæc « Orationes in memoriam sanctæ martyris Eusebiæ apud Euchaitas ; in memoriam magni Triumphatoris post celebratum Paschatis triduum ; in diem memoriæ magni Triumphatoris, inque nuper factum apud Barbaros miraculum. » Denique Vita, quam vos infra proferimus, sancti Patris nostri Dorothei Junioris sive τοῦ ἐν τῷ Χιλιωκώμῳ. Et hæc quidem scripta ejus, ab Allatio indicata, uti superiora, in codicibus Cæsareis con-

tenta, annotasse sufficiat. Indicatum tamen cupimus amanti sanctorum gloriæ lectori, desiderari nobis magnopere præcitatas orationes metropolitæ de S. Eusebia, et de utroque Theodoro.

At vero lubet Lambecio grammaticalem quoque quæstionem movere, dicendumne sit *Euchaitarum*, an *Euchaitorum*? censetque ex Græca terminatione, posteriorem loquendi modum priori præferendum, Sed ego in locutione, apud Latinos jam recepta, nil mutandum duxi; Euchaitarumque potius, quam Euchaitorum episcopum appellare malui Joannem; accedente præsertim ad Latinorum usum, etiam Græcorum auctoritate, idem nomen per declinationem suam secundam sæpe (quamvis sæpius per tertiam) inflectentium. Lege enim in Menæis impressis, ad diem 8 Februarii, ἐν ταῖς εὐχαΐταις, et ad 8 Junii ἐν Εὐχαΐτα. Item in Menologio ms. Basilii imperatoris, narrante ad diem 8 Junii de S. Theodoro, quod reliquiæ ejus depositæ sunt ἐν Εὐχαΐᾳ πλησίον Εὐχαϊτῶν. Adde Zonaram, in Joanne Zimisce scribentem, κατὰ τὴν Εὐχανίαν ἢ Εὐχαΐταν. Cedrenus quoque in eodem Zimisce, eumdem locum Εὐχανείαν appellat. Quidni igitur eadem vox Εὐχαΐτα sub una terminatione singularis pariter ac pluralis sit numeri, et per primam pariter ac secundam Latinorum declinationem flectatur; quemadmodum scitur fieri in urbium nominibus *Solyma Gangra*, aliisque. Quid etiam prohibet dicere vocem *Euchaita* numero singulari, gentile esse populi, civitatem Euchaitam incolentis, quemadmodum a civitatibus, non admodum ab Euchaita remotis, deducuntur gentilia hæc, Cypasita, Zelita, Berita; ut nihil de remotioribus dicam, Ascalonita, Bethleemita, aliisque sexcentis: hujus certe sententiæ fuit in mss. nostris nonnemo, qui scribit ἐν τοῖς Εὐχαΐταις. Sed hæc grammaticis relinquenda. Nos ipsam urbem Euchaitam ejusque situm indagemus.

Antiquum Euchaitis fuisse episcopatum aliquando credidi Labbeo nostro tom. II *Conciliorum* col. 55, ubi inter alios episcopos in Ægyptiaca quadam charta descriptos (quos ipse putat concilio Nicæno interfuisse) nominatur etiam Ἐπιφάνιος, ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Εὐχαΐτων πόλεως, τῆς Ἐλελιώτων ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα « Epiphanius, indignus episcopus urbis Euchaitarum, provinciæ Eleliotorum. » Verum cum eosdem omnes episcopos eodem modo subscriptos inveniam tom. VI *Concil.* col. 1002, et iterum col. 1064, cogor credere chartam illam Ægyptiam, utcunque antiqua visa sit, ad concilium CP. M. an. 680 inchoatum pertinere. Quæ fuerit Eleliotorum provincia, hactenus non comperio. Quandocunque autem initium suum habuerit Euchaitarum episcopatus, magis ex tempore istius concilii inclaruit, factus etiam archiepiscopalis: nam apud Carolum a S. Paulo in duabus tabulis notitiarum antiquarum annumeratur Αὐτοκεφάλοις, quæ sui juris sunt, ac nulli metropolitæ subditæ, et utrobique collocatur in provincia Helenoponto. Hinc colligere est, multum aberrasse Ferrarium, in Nova Topographia ad Martyrologium Romanum, quando Heracleam Ponticam describens, urbem ei proximam facit Euchaitam. Nam Heraclea in provincia Honoriade, et quidem remotissima ejus parte sita, non tantum toto provinciæ suæ, quam late patet, spatio; sed etiam Paphlagoniæ, quæ inter Honoriadem et Helenopontum interjacet, disterminatur ab Euchaitis. Veriora habent Acta martyrii S. Theodori Tironis mss. Latina, quorum exemplaria quatuor penes nos sunt, ex variis bibliothecis deprompta: eaque omnia unanimiter aiunt, matronam nobilem Eusebiam transtulisse corpus sancti martyris « in possessionem suam, quæ distat a civitate Amasia via unius diei, in locum qui vocatur Euchaita. » Jacet Amasia in extrema orientali parte Helenoponti ad fluvium Irim; hinc igitur ad aliam quamvis plagam hujus ipsius provinciæ si itinere unius diei subsistere vesperi cogeris, perrexeris, inter prædictum Irim et Halim fluvios; atque adeo inter eosdem Euchaitam quæque colloces licebit.

Clariorem hisce afferret etiam lucem Vita Græca ms. S. Barbaræ, quam nuper eruimus e bibliotheca Cæsarea, si termini distantiæ notiores forent. Habet Vita illa in principio: Ἦν δέ τις ἐν τῇ χώρᾳ τῇ ἀνατολικῇ, τῇ καλουμένῃ Ἡλιουπόλει, ἀνὴρ κατοικῶν ἐν χωρίῳ ἐπιλεγομένῳ Γελασίοις ὡς ἀπὸ μιλίων δεκαδύω Εὐχαΐτων « Erat in regione orientali, quæ appellatur Heliopolis, vir quidam habitans in loco cognominato Gelaseis, circiter XII milliariis dissito ab Euchaitis. » Habet iterum in fine, ubi de sepultura SS. Barbaræ et Julianæ, quarum sacra corpora Valentinus « sollicite mandans sepulturæ, posuit in loco, qui vocatur Heliopolis, prope insulam in Gelaseis pago, in domicilio venerando, XII fere milliaribus ab Euchaitis. » Græca sunt: Οὐαλεντῖνος, ἐπιμελῶς κηδεύσας τὰ τίμια λείψανα αὐτῶν, ἀπέθετο ἐν τόπῳ καλουμένῳ Ἡλιουπόλει, πλησίον τῆς νήσου ἐν Γελασίοις τῷ χωρίῳ, ἐν οἰκήματι σεμνῷ, ὡς ἀπὸ μιλίων δεκαδύω Εὐχαϊτων. Habemus hic Euchaitam, habemus Gelaseis, habemus Heliopolim: sed incertus omnium situs ut nullius ex aliorum determinari possit. Notissima quidem Heliopolis et maxime varia, sed nulla quæ videatur huc posse facere, hactenus innotuit. Quæ proxima possit esse, collocatur ab Ortelio et Michaelis Glyca Phrygia; sed hæc (sive minorem sive majorem intelligas) quantum distat ab Helenoponto et Amasia!

Tenuit porro Euchaita nomen suum ad usque imperium Joannis Zimiscæ, qui anno 969 creatus est imperator. Præcipuum imperii ejus decus fuit victoria, quam reportavit a Russis die S. Theodoro duci sacro, eodem sancto favente, et « viso a multis in equo Romanos defendere, et Barbarorum phalanges conturbare, » teste Zonara. Quamobrem imperator, ut martyri pro novata opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Euchaniæ sive

Euchaitæ struxit, vetere diruto; in quo corpus ejus, multis certaminibus defunctum, repositum erat; et urbem, veteri nomine abolito, Theodoropolim appellavit. » Appellatio tamen hæc non ita abolevit vetus nomen, ut non fuerit etiam postea in usu aliquo per sæculum saltem integrum, ad tempora videlicet usque Joannis Mauropodis, quem passim metropolim Euchaitarum inscribi supra vidimus.

Neque vero civitas Euchaita, modo dicti duntaxat Theodori ducis ac martyris (quem prius in lucem ipsa dederat, deinde post gloriosam mortem sacrum corpus recepit, temploque ejus nomini condito decore asservavit), sed alterius quoque Theodori militis, vulgo Tironis dicti, paulo ante istum martyrio coronati, reliquiis pariter et templo honorata fuit; et miraculorum in se patratorum famam tam late propagavit, ut ipsa quoque inter celebriora evaserit foca, ad quæ pietas Christiana peregrinatum ire solebat. Id testatum facit exemplum Joannis anachoretæ apud Moschum, in *Prato spirituali*, c. 180, enumerantem loca celebria, ad quæ iste e Palæstina sat longo itinere « pergebat, nunc quidem Ephesum ad S. Joannem, nunc autem Euchaitam ad S. Theodorum, nunc vero ad S. Theclam in Seleuciam Isauriæ, nunc ad S. Sergium in Saraphas. » Talibus igitur decorata sanctis, talibus ornata templis, talibus frequentata peregrinationibus Euchaita, potest meruisse in sedem archiepiscopalem erigi, et ab antistite αὐτοκεφάλῳ gubernari.

NOTITIA EX FABRICIO

(Biblioth. Græc. ed. Harles, tom. VIII, p. 626).

Poetis Christianis elegantioribus etiam accensendus venit Joannes Mauropus (*a*) monachus. atque inde metropolita Euchaitensis, sive Euchaniæ (quæ etiam Theodoripolis a Theodoro, martyre dicta, cui templum Joan. Zimisces, imper. condidit, urbs Heloponti, provinciæ in Asia Minori), qui scripsisse se testatur temporibus Constantini Monomachi, Zoes ac Theodoræ, h. e. circa an. Ch. 1050 Rogat enim, p. 43, Christum, ut quemadmodum in fornace Babylonica olim tribus juvenibus, sic etiam in imperio tribus hisce adsit ope sua.

Οὗτος γὰρ, ὥσπερ τοῖς τρισὶ νεανίαις
Συνῆν τέταρτος ἐν μέσῳ φλογὸς πάλαι,
Οὕτω πάλιν τέταρτος ἔστω κἀνθάδε,
Δροσισμὸς ὑμῖν ἐν βασιλείοις μέσοις,
Τὸν ἥλιόν σε πρῶτα σώζον, καὶ νέμων
Ζωὴν ἄλυπον, εὐτυχῆ, νικηφόρον,
Καλοῖς τε τοῖς σύμπασιν εὐθηνουμένην
Ἔπειτα ταύτην τὴν σελήνην τοῦ κράτους
Τὴν κοσμολαμπῆ, καὶ διαπρεπεστάτην,
Τὴν οὐδὲν ἄλλο πλὴν δ κέκληται μόνον·
Ζωὴ γὰρ ὄντως ἡ Ζωὴ τοῦ νῦν βίου.
Τρίτην δέ μοι σύνταττε καὶ τὴν δευτέραν
Τὸ φαιδρὸν ἄστρον τοῦ πανολβίου στέφους
Ἣ τὴν ἐκείνης αὐταδέλφην ἀξίαν
Ὁ παντὸς ἄλλου μεῖζον εἰς εὐδοξίαν.

Ad eamdem Zoen ac Theodoram referendum carmen, p. 44: Ἐς τὰς Δεσποίνας, quo nec imperatorem celebrare omittit.

Τὸν εὐγενῆ μὲν, εὐτυχῆ, δὲ δεσπότην,
Τὸν εὐτυχῆ μὲν, εὐσεβῆ δὲ καὶ πλέον,
Τῆς γῆς τὸ θαῦμα, τὸν μέγαν Μονομάχον,
Ὃν ἡ πρόνοια κοσμικῶν κακῶν λύσιν
Ἔδειξεν ἡμῖν, καὶ καλῶν πάντων βρύσιν.

Adde carmen in Constantini Monomachi imaginem, ἐν Εὐχαΐτοις apud Euchaitenses dedicatam, cum particula crucis Christi, pag. 47. Plura in Monomachi laudem, pag. 23 et 51 (*b*) atque in Theodoræ, pag. 52 Sed imperatoris obitum deflet, p. 54 seqq. Neque illi tantum et Zoæ ac Theodoræ fuit super-

(*a*) Μαυρόπους idem est ac Μελανόπους. Confer Lambecium, tom. I, pag. 249 [pag. 272, ed. Kollar conf. de eo Oudin. *Comm. de scriptor.*, etc. pag. 606; Cave, *Hist. litter. script. eccles.* II, pag. 139, ad an. 1054. HARL].

(*b*) Nonnulla cum Argoli Latina versione refert Allatius, *De libris ecclesiasticis Græcorum*, pag. 97, ubi etiam tituins integrior, Εἰς τὸ βιβλίον τῆς εἰκονίας τοῦ τροπαιοφόρου, pro quo Bustus t edidit: Εἰς τὸν τροπαιοφόρον.

stes, sed etiam Alexii Comneni attigit imperium, siquidem in Jure Græco-Romano, lib. II, p. 215, inter metropolitanos qui Nicolao, patriarchæ CP. mense Junio indict. 15 (hoc est Christi 1092, Alexii Comneni (12) assederunt, memoratur ὁ Εὐχαΐτας Ἰωάννης.

In S. Theophylactum quoque, qui et ipse Alexii Comneni contigit tempora, exstat epigramma, p. 47.

[Auctore Cave, l. c. scripsit Jo. Mauropus.

Orationem encomiasticam in tres SS. Patres, Basilium M., Gregorium Theologum et Joan. Chrysostomum. In cod. Vindob. Cæs. 204, n. 5. V. Lambec. Comment. V, pag. 11 seqq. Meminit etiam ejus orat. Leo Allatius in Diatr. de Simeonum scriptis, pag. 105. *Vid.* quoque supra de Chrysostomo, et infra vol. IX, p. 62.

Orationem εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θεοδώρου, ἤτοι τοῦ πεζοῦ · incipit Παρ' ἡμῖν δ' οὖν ἡ σπάνια τὰ καλὰ, τὸ τοῦ λογοῦ · quam confundit Nesselius in Cat. codd. Cæsar. part. I, pag. 224, cum priore.

Canones paracleticos, sive carmina consolatoria 24, ad Christum, sotera. In cod. Vindob. Cæsareo theol. 98, secundum Nesseli Cat. n. 1, fol. 1. Unum quodque carmen peculiarem suam habet acrostichidem, quæ itidem ut quælibet ode, nona nomine Joannis insignita est. Hæc et sequentia cantica sive canones diligentius fusiusque recensuit Lambec. Comm. V, p. 560 seqq. de cod. (uti numerat) 219.

Ibid. fol. 77, pag. 2, alia sunt *duo Cantica* ad Christum, sotera, sine acrostichide et nomine auctoris.

Ib. fol. 33, pag. 1, *Canon.* sive Canticum ad sanctum angelum custodem. — Fol. 88, pag. 1, *Canones* sive cantica 67, ad Mariam Deiparam, quorum unum quodque peculiarem suam habet acrostichidem, et itidem, ut quælibet ode, nona nomine Joannis est insignita. — Fol. 315, p. 1, *Canones* sive cantica II ad S. Joannem Baptistam, eodem, quo priora, modo condita. — Aliquot *canones paracletici* sunt etiam in cod. Cæsar. 309, fin. V. Lambec. V. p. 575.

Ibid. cod. 103, continentur ejusdem 102 *sacra iambica*, præfixa ipsius Epitome. Curatius descripsit Lambec. hunc cod. quem numerat 211, in Comment. vol. V, pag. 66 sqq.; et singulorum poematum inscriptiones atque principia posuit, itemque correxit Hippolyti Maraceii Lucensis, qui in *Bibliotheca Mariana* de Joannis Maur. ætate, tanquam re incerta agit, et Sim. Wagnereck, qui in *Pietate Mariana Græcorum*, part. I, in Prolegom. n. 23, scribit se nondum quidquam de nostro invenisse, quod viris doctis probare se posse confideret. Ipse tamen Lambec. ignoravit edit. Busti Etonensem, miratus, poemata sacra memorata a Joan Meursio sexies citari in Glossario Græco-Barbaro, et quidem vel una edita. Sed Kollarius jam in nota A, loco nostri Fabricii allato, certiora docuit.

Idem Joan. Maur. scripsit *Vitam S. Eusebiæ*, apud Euchaitas in magna veneratione habitæ; item *Vitam S. Dorothei junioris in Chiliocomo*, ex quibus fragmenta quædam prolata esse a Leone Allatio, in libro *De consensu utriusque Ecclesiæ in dogmate de purgatorio*, p. 754, indicat Cave. Add. ipsum Fab. in fine sectionis de Joan Maur.

Præter memoratos codd. Vindobon. sunt alii quoque, in quibus exstant Joan. Mauropodis Opuscula. Florentiæ in bibl. Laurent. *Canon in S. angelum custodem*, in cod. 17, n. 12, plut. 15 (Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 40). — Encomium in SS. Patres, Basil M. Gregor. Theolog. et Joan. Chrysostomum, in cod. 17, n. 29 (Band. l. c. pag. 418). Est quoque illud Encomium in codd. Vatican. V. Montf. *Bibl. bibl. mss.* I, pag. 12 D, et 13 C.; — in cod. Mediol. Ambr. ibid. pag. 500 A; — in codd. Paris. bibl. publ. 559, n. 9, et 1557, n. 24, secund. Cat. codd. Paris. vol II; — in codd. Coislin. 304 et 307, in Homiliis et Vitis SS. martyr. Jan. *V.* Montfauc. in Bibl. Coisl. pag. 418, quem miror, nusquam illius mentionem factam reperisse; et pag. 433, ubi errat, Caveum non meminisse illius opusculi. — Taurini in Bibl. Reg. codd. 70, fol. 329. et 115. in SS. Patrum Sermonibus Visque, mense Januar. d. 30. *V.* Cat. codd. Gr. Taurin. pag. 167 et 221). — Tum in cod. Laurent. 18, n. 3, plut. 9, Joan. Maur. *Invocatio et confessio in angelum custodem vitæ nostræ*, versibus 456 iambicis. — *Sermo in Dormitionem Deiparæ*, in cod. 31, n. 21, plut. 10. — *Etymologicum metricum nominum in S. Scriptura celebriorum*, in cod. 13, n. 49, plut. 74. *V.* Bandin. I, pag. 420 et 496, ac tom. III, p. III ubi dubitat, num illa carmina etymologici in ed. Eton. reperiantur. In eod. cod. 13. n. 50, est *Initium etymologiarum eorum quæ ad hominem pertinent*, versibus iambic., quorum auctorem eumdem Joannem esse suspicatur Band. pag. 112. — Taurini, in bibl. Reg. cod. 108, *Hypomnema in Dominicas solemnitates* iambicis aliisque versibus præmissa Joannis Maur. Vita. Plura v. in Cat. cit. pag. 244. — Paris. in bibl. publ. cod. 847, iambi in Thesdoretum, hujus Commentario in XII prophet. minores præfixi; in cod. 1182, n. 113. Joan. Euchaitarum metropolitæ Epistola. — Monachii in bibl. elector. cod 235, Versus iambici in Festa Domini et in alia diversi generis argumenta. (*V.* Cat. codd. Gr. Bavar. p. 82.) — De Joan. Maur. inedita quadam Oratione, in qua dictum I Joan. v, 7 : Οἱ αὐτοὶ τρεῖς καὶ ἕν, agit Franc. Anton. Knittel. in *Neuven Kriticken uber dember. Spruch. Drey sind, die da zeugen im Himmel*, etc. Brunsv. 1785, 8, sect. 2. (HARL).

Hujus Joannis *Epigrammata iambica, carminaque in præcipuorum festorum Patrumque pictas in tabulis imagines et historias*, ac de aliis varii generis argumentis prodierunt brevi paginarum, p. 73 libello Gr. cura Matth. Busti, Etonis, qui versionem nullam (*c*) addidit, sed paucas nec indoctas notas ad calcem voluminis adjunxit, Etonæ 1610, 4, exc. Joan. Norton, iisdem typis, quibus Savilii Chrysostomus sub idem tempus deinde fuit expressus. Orninem, quem in mss, suo codice reperit, subinde immutasse se Bustus non diffitetur, quanquam cum Busti codice conspirat quoque Vindobonensis, de quo Lambecius V, pag. 29 [p. 66 Kollar.], cui Etonensis editio fuit ignota.

Ait Euchaitensis, se hæc carmina velut gustum quemdam dare ex plurimis aliis, quæ prosa et versu scripserit.

Ἐγὼ δὲ τούτους ἐξελὼν μου τοὺς λόγους
Πολλῶν ἀπ' ἄλλων ἐμμέτρων, οὐκ ἐμμέτρων
Μόνους φέρων δίδωμι τοῖς λόγων φίλοις,
Ὡς γεῦμα μικρὸν δαψιλοῦς ἀνθρωσίου,
Οἷς ἡδονὴ γένοιτο ταῦτα μετρία,
Κόρος δ' ἀπέστω, καὶ μέθη, καὶ ναυτία.

Codicum mendis eluendis ac castigandis laboriosam operam se collocasse refert pag. 70.

Κάλλην δεδώκως ταῖς βίβλοις ὑπουργίαν.
Αὐτὸς πονηρὰν ἀντιλαμβάνω χάριν.
Τῶν μὲν γὰρ ἤδη τὰς νόσους ἰασάμην,
Ἐγὼ δὲ συντέτηκα, καὶ κακῶς ἔχω
Κόπων τὸ σῶμα συντριβεὶς ἀμετρίᾳ
Ἀλλ οἱ τρυφῶντες ἐκ πόνοις ἀλλοτρίοις
Καὶ ταῖς ἐμαῖς πλέοντες εὔδια ζάλαις
Πρὸς Κύριον μέμνησθε τοῦ κεκμηκότος.

Singulatim meminit Menæorum, a se recensitorum et emendatorum :

Εἰς τὰ δωρηθέντα Μηναῖα εἰς Εὐχαΐτα
Ὑμνων ἐπελθὼν ἡμερησίων βίβλους,
Πᾶσάν τε τούτων τὴν γραφὴν ἐπιξέσας
Καὶ χεῖρα, καὶ νοῦν, ὡς ἐνῆν κατηρτίσας,
Δῶρον φίλῳ δίδωμι καὶ μάλα πρέπον
Τῷ προστατοῦντι τοῦ τόπου στεφηφόρῳ,
Ὃς ἔνδον οἰκεῖ τῆσδε τῆς Ἐκκλησίας,
Δι' οὗ τύχοιμι τῆς ἀκηράτου βίβλου
Τῇ χειρὶ τοῦ πλάσαντος ἐγγεγραμμένος.

Chonographiam scripsisse se, sed, ubi ad suam ætatem pervenit, abrupisse, ne adulatione deturpare Historiam cogeretur, innuit, p. 69.

Ὁ συγγραφεὺς ψεῦδος μὲν οὐκ εἰρηκέτω.
Ψεύσαιτο μέν τ' ἂν ἔν γε τοῖς λοιποῖς λόγοις.
Οὕτω φιλούντων τῶν κελευόντων τάδε,
Ὧν τοῖς ἐπαίνοις ἐντρυφῶν τὸ βιβλίον
Ὁμως ἔδοξεν ἐνδεέστερον λέγειν ·
Ἐξουσία κρότων γὰρ οὐκ οἶδεν κόρον ·
Οὐκοῦν ἀφείσθω ταῦτα τοῖς ἐγκωμίοις,
Ἡ συγγραφὴ δὲ μὴ προχωρείτω πλέον.
Οὐκ εὐφυῶς γὰρ πρὸς τὰ τοῦ ψεύδους ἔχει,
Νόμος τε ταύτην ἐκτροπῆς ἀποτρέπει.
Ἐνταῦθα τοίνυν τὸν δρόμον παύει τέως,
Ἕως κατ' εὐθὺ δῷ τις αὐτῇ τὸ τρέχειν.

Episcopus et metropolita creatus est invitus, cum contentum parvo, ac libris studiisque unice intentum nihil magis juvaret, quam in illis delitescere, et juvenibus instituendis porro vacare procul invidia, periculis ac curis, quas majorum dignitatum splendor secum afferre consuevit.

Ἀλλης, inquit p 591, τρυφῆς ἥκιστα ποιοῦμαι λόγον ·
Ἀρκεῖ γὰρ αὕτη ψυχαγωγεῖν πλουσίως,
Βρύουσα πᾶσαν ἡδονήν τε καὶ χάριν.
Πλὴν ἀλλ' ἄγοις οὕτω με. καὶ φέροις, Λόγε,
Ἀτρεπτον, ἀκλόνητον, ἑδραιωμένον,
Εἴσω μένοντα τῶν τεταγμένων ὅρων,
Ὃς ἄνθεσι μέλισσαν ἐν βίβλοις στρέφων,

(*c*) Ut minori, inquit Bustus, fastidio possint οἱ μουσικώτεροι aspicere, Græce solummodo excudendum curavi, neque instar Virgiliani Mezentii exsangue et putidum Latinæ versionis cadaver Græco poetæ animato et vivido alligare sustinui : quod quidem dum faciunt nonnulli, præsertim in poetis, verendum est ne, ut quidam e veteribus, cum ignem cremandis mortuorum cadaveribus pollui crederet, graviter commotus Prometheum ad opem ferendam advocasse perhibetur, ut ignem, quem de cœlo clepserat, pari furto mortalibus (si posset) subduceret : consimiliter etiam exsistat aliquis, qui typographiæ inventorem subinde inclamare velit, ut beneficium hoc suum, ad usus indignos traductum, reposcat sibi, et saltem ad tempus retrahat.

Ὡς τέττιγα δρόσῳ με τοῖς λόγοις τρέφων,
Μόνοις τε πείθων τοῖς παροῦσιν ἐμμένειν,
Καὶ μηδὲν αἰτεῖν ἄλλο πλὴν σωτηρίαν.

Et p. 64. Καλῶς γεωργήσασα πολλοὺς τῶν νέων,
Πάντας γὰρ οὐ τίθημι, μὴ καὶ κομπάσω.
Πλὴν ἀλλὰ πλείστους ἦρεν ἐκ μαθημάτων,
Πλείστοις δὲ καὶ πρὸς ἦθος εἰσήνεγκέ τι,
Οὗ μᾶλλον ἡ παίδευσις εὐτυχεστέρα
Τούτων περισσῶν ἐν λόγοις κομψευμάτων.
Τούτους ἔγωγε τοὺς σοφισθέντας νέους
Κέρδος μέγιστον τῷ ταλάντῳ προσφέρω.

Eodem in loco innuit, se ætate provectum et viribus jam deficientibus ad dignitatem episcopalem protractum esse. Objiciendi enim : Κρύψεις δέ σου τὸν λύχνον ἐν τῇ γωνίᾳ ; respondet :

Τί τοῦτο φῂς, ἄνθρωπε ; πῶς λαλεῖς λύχνον
Τὸν οὐκ ἔχοντα τὸ προσῆκον φῶς λύχνῳ ;
Ἦν λύχνος, οἶδα, καὶ γὰρ οὐκ ἀρνητέον.
Ἀλλ' εἰς τροφὴν ἔλαιον ἀρκοῦν οὐκ ἔχων
Ἐψυγμένην δείκνυσι τὴν θρυαλλίδα,
Πῶς τῷ μαρασμῷ καὶ τὸ τοῦ φωτὸς σέλας
Ἀμυδρὰ φαῖνον οὐκ ἔχει λαμπηδόνα.
Συνασθενεῖ γὰρ καὶ λόγος τῷ σαρκίῳ,
Ὥσπερ παθούσῃ μουσικὸν μέλος λύρᾳ.

Hujus Joannis Euchaitensis non exiguum nomen inter melodos Græcos, atque in ecclesiasticis Græcorum libris ingenii ejus ac pietatis monumenta occurrunt, e quibus *Canones in festa SS. Basilii, Nazianzeni ac Chrysostomi* cum versione sua publicavit Nic. Rayeus S. J. in Diss. præliminari ad tom. II *Act. SS. Junii*, p. 50-59 ; et *Canonem in Deiparam*, p. 49 sq. Canonis prioris ἀκροστιχίς est : Τρισήλιον φῶς τρεῖς ἀνῆψεν ἡλίους. *Canones in S. Nicolaum* citat Allatius contra Hottingerum, pag. 183. De hoc Joanne videndus etiam tom. I *Act. SS. Junii*, pag. 594 seqq. in quo, pag. 515-614, exhibetur scripta ab eo *Vita*, præceptoris sui, *Dorothei Junioris*, Trapezuntii Chiliocomensis, cum versione Conradi Janningi S. J. Ex *Vita S. Eusebiæ*, cujus memoria apud Euchaitenses colebatur, profert nonnulla idem Allatius, lib. *De purgatorio*, pag. 754 seq. Forte in Catena Corderiana Patrum Græcorum in Psalmos, ubi Joannes citatur, intelligitur non Chrysostomus, qui semper in illo opere venit Chrysostomi nomine, sed Euchaitensis noster, quem Expositioni Origenis Psalmosa bjecisse quædam, Colomesius, ex Antonii Verderii Catalago mss CPolitanorum adnotavit.

DE RECENTIORI TRIBUSQUE GRÆCORUM DOCTORIBUS

BAZILIO, NAZIANZENO ET CHRYSOSTOMO

COMMUNI FESTO

Per Joannem metropolitam Euchaitarum instituto.

Vide Patrologiæ tom. XXIX, p. CCCLXXXIX.

VITA S. DOROTHEI JUNIORIS

SIVE IN CHILIOCOMO

Auctore monacho coævo discipulo ejus, facto deinde metropolita Euchaitarum.

Ex Ms. Græco Bibliothecæ Va icanæ interprete Conrado Janningo.

CAPUT I.

Dorothei natales, fuga, monachatus, sucerdotium.

1. Oportebat equidem non modo prisca, sed etiam A α'. Οὐ πάλαιος ἄρα μόνον ἀλλὰ καινοῖς διηγήμασι recentiori rerum gestarum narratione commendari ἔδει κοσμηθῆναι τὸν Πόντον, ὡς ἂν ἀμφοτέρων Pontum, ut utrimque fieret celebrior gloria ejus, εὖ ἔχοι δεδοξασμένος, τὰ παρόντα μὲν ἀναφέρων

τῶν προγεγονότων ὁμοίωσιν, ὥσπερ εἰς
ν εὐγένειαν, τὸ δὲ κλέος ἐκείνων ὑπὲρ
Ἕλλως δοκοῦν διὰ τὸ παράδοξον ἐκ τῶν
ν πιστούμενος· καὶ παρά τε τῆς ὄψεως
τῆς ἀκοῆς τὸ πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν γόνι-
πολυφόρον μαρτυρούμενος, ὧν ἅπασαν
ἣν ἑαυτοῦ περίχωρον ἔχει· ἄλλου κατ' ἄλλο
ὑτῆς ἐν διαφόροις καιροῖς τὴν τοῦ καλοῦ
σιν ἐπιδειξαμένου, καὶ μέντοι καὶ τὸ σῶμα
ς ἄθλους αὐτοῦ που καταλιπόντος παρὰ τὸν
ῆς ἀγωνίας, τοῖς περιοίκοις ἐνέχυρον ἀσφα-
ηρίας.

'ούτων εἷς καὶ Δωρόθεος, ὁ μέγας ἐν ἀσκη-
ἐγω δὲ τὸν νέον καὶ καθ' ἡμᾶς· περὶ οὗ
λόγος, καὶ μακρᾶς συγγραφῆς καὶ ἱστορίας
· ἡμῖν δ' ἀποχρήσειν ἐκ πολλῶν ὀλίγα δοκῶ
τὶ πολλῶν γὰρ ταῦτα. κἂν οὐ πολλά· ἐπείπερ
αὶ αὐτὰ τό τε ἄκρως φιλόσοφον τοῦ ἀνδρὸς
σαι καὶ τὸ πάνυ φιλόθεον, ἔτι δὲ καὶ ὅσης
ε τῆς χάριτος ἐπὶ τούτοις, καὶ πρὶν ἐντεῦ-
νιστῆναι, ἀρραβῶνα τῆς νῦν ἐκδεξαμένης
αὶ πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως. Οὗτος τοιγαροῦν ὁ
ἐφύη μέν ποθεν ἔνθεν ἐξ ἐπισήμου πόλεως
, μᾶλλον δὲ μητροπόλεως ἔθνους οὐκ ἄνω-
γραπεζούντίος γάρ· γένος καὶ τῶν εὖ γεγο-
καὶ τῶν ἐν τέλει τὰ πρῶτα· ἐν γὰρ πατρι-
έλουν οἱ πρὸς πατρὸς πατέρες αὐτῷ· καὶ
οὐ τοῖς ἐξ ἰδιωτῶν ἄρτι πρῶτον εἰς τοῦτο
ῆλασι τὸ ἀξίωμα, ἀλλ' οἷς, ὡς ἂν εἴποι
τὰ κλῆρον ἦν ἡ εὐγένεια, καὶ οὓς γενεσίως
νῦν, ὡς ἐπίσημόν τι γένους λαμπρότα-
ον Ἡρακλείδας τινὰς καὶ Πελοπίδας ἐπιφη-
.

Ἐκ τούτων οὖν προελθὼν καὶ τὰ τοῦ βίου
ι ὑπὸ διδασκάλοις κοσμίως καὶ παιδαγωγοῖς
, ὡς εἰκὸς ἦν δῆπου τὸν εὐγενῆ· ὅτε πρῶτον
ωδεκαέτης, ἠδίστη καθίσταται φροντὶς τοῖς
καὶ σκέψις ἐπ' αὐτῷ παραχρῆμα, καὶ
περισπούδαστος, γάμου καταδῆσαι δεσμοῖς
θερον. Ἔτι γὰρ ἠγνόουν οἱ ἄνθρωποι ὡς ὁ
τοῖς εὐγενέστερος τὴν ψυχὴν ἢ τὸ σῶμα, ὃς
πρὸ τῆς σωματικῆς ἡλικίας ὑπὲρ τὸ σῶμα
ς, καὶ παρὰ τὴν πρώτην εὐθὺς εἰς ὑψηλό-
έψας τῶν κοινῶν καὶ νενομισμένων, σαρκὸς
αἵματος ὑπεριδεῖν δεῖν ὤφθη, ὅλον δὲ καὶ
καὶ πνεῦμα καθαρὸν τηρῆσαι τῷ πνεύματι.
τοι καὶ ἄλλως οὐχ ἔχων ἐκ τῆς κεφαλῆς.
ις ταύτης τυχεῖν, καὶ τῶν ἀντελκόντων
ἐμποδίων περιγενέσθαι, ἑαυτὸν σοφῶς
πτει, καὶ ταχὺ φυγὰς ὁ γενναῖος, ἐντεῦθεν

A dum illa quæ nunc geruntur, similia iis quæ olim gesta sunt a generositate majorum nostrorum, his ipsis fidem præstant, futuris alioqui propter nimiam suam admirabilitatem incredibilibus; et visus auditusque simul testimonium perhibent fecundæ hominum illorum ad virtutem indoli, quibus omnis late regio circum abundat; aliis atque aliis, per diversas ejus partes temporaque præclara virtutum exempla præbentibus; quin etiam corpus, decursa vitæ palæstra, subinde relinquentibus in loco certaminis tesseram salutis indubitatam circum incolentibus mansurum.

2. Ex horum numero fuit etiam Dorotheus, præclarus ille in paucis ascetes: Dorotheum dico Juniorem, qui nostra ætate floruit; de quo frequens
B sermo, multæ scriptionis ac narrationis indigus: sed nobis suffectura puto e multis pauca; cum et pauca illa multorum instar habitura sint, utpote accommodata ad repræsentandum summam viri sapientiam summamque religionem; et in iis quanta præventus sit gratia, quamque certam. priusquam hinc emigraret, acceperit arrham illius, qua nunc fruitur, familiaritatis divinæ. Talis igitur tantusque vir, ex illa regione aliquando duxit originem, utpote natus in celebri urbe, Ponto vicina, aut potius in metropoli clarissimæ gentis. Erat enim a Trapezuntius (1)! genus trahens e nobilis-
C simis parentibus, iisque in magistratu principibus; majores quippe ejus ex parte patris numerabantur inter patricios, non illos qui recens e plebe ad istam dignitatem pervenerant, sed quibus nobilitas, ut dicam, hæreditaria erat; quique etiamnunc ob insigne prosapiæ suæ decus, uti Heraclidæ quidam aut Pelopidæ (2), laudantur.

5. Talibus itaque prognatus parentibus, exordium vitæ sub disciplina magistrorum ac pædagogorum præclare, ut nobilem pecet, peregit. Ubi primum attigit annum ætatis duodecimum, suavis sollicitudo parentibus oborta est, considerantibus ac studiose consultantibus de filio in matrimonium collocando. Ignorabant enim eatenus homines, puerum illum animi magis quam corporis nobilitate præstare, qui ante ætatem corporalem supra
D corpus sapiens, a teneris statim annis oculorum aciem in sublimiora, quam putabatur et alii plerumque solent, intendit; persuasum habens, carni et sanguini remittendum nuntium esse, totumque et corpus et animum in munditia spiritui reservandum. Itaque desperans, aliter compotem se fieri ardentissimi desiderii sui et obstacula id impedientia perrumpere posse; clam sese subducit et cele-

Ergo Trapezunte natus, celebri civitate ad
n Euxinum, quæ alio quoque nomine Oezenis
atur. Est et Trapezus alia ad sinum Arabi-
et tertia in Arcadia. Sed de priore hic
cujus antiquitati grande decus addidit
um Orientis, Constantinopoli eo ab impera-
Græcis sæculo XIII translatum, ibique annos
centos retentum. Fuit eadem natale solum

celeberrimorum virorum Georgii, vulgo Trapezuntii, et cardinalis Bessarionis.

(2) Duæ hæ familiæ celeberrimæ consebantur ab Hercule et Pelope ductæ, inter quas de Peloponensi possessione adeo famosa contentio fuit, ut Heraclidarum in illam reditus aliquibus etiam pro epocha fuerit. Vide Salianum a. m. 2950, num. 3.

rem inde abiens capessit fugam : in qua diu ober- A ἀπιὼν ψχατο.
rans inquirendo sibi institutorem idoneum, utpote σιν ἀνδρὸς τ
admodum adolescens et peregrinationibus alioqui ξενιτείαν ἄλλ
non assuetus, Amisum (3) tandem pervenit ; ubi κάκεῖ τὸ πε
et desideratum quæsitumque reperit ex Dei nutu Ἰωάννης ἦν
magistrum. Erat is Joannes, quem fugiens quære- Ἰωάννης ἐκεῖ
bat et quæsitum invenit : Joannes, inquam, ille θεοφορούμενος
qui res divinas aliasque sancti Spiritus afflatu prope κοσμημένος χ
callebat, et ornatam perspicacitatis dono habebat
animam.

4. Admirabilis itaque Joannes iste etiam tum δ'. Οὗτος
occupabatur in jaciendis sanctissimi monasterii sui κατ' αὐτὸν
fundamentis, quod vulgo Gennæ, id est Nativitatis, βαλλόμενος,
appellant : cumque intuitus fuisset profugum Ἰδὼν οὖν τὸ
hospitem, plenis, ut dici solet, velis eo delatum, B ὃν φασιν, εἰ
studiumque omne et ingenium adhibentem, ut καὶ προθυμίᾳ
ascriberetur in numerum discipulorum qui jam τῶν ἤδη παρ'
tum disciplinam monasticam ab ipso docebantur : ἡδιστά τε
suavissimo vultu excipit juvenem et manibus στοχαστὴς τ
supinis amplectitur ; animi nempe sui perspicaci- ρότητα καὶ
tate, quam diximus, solerter futura prævidens. δὲ πεῖραν τ
Omnibus porro experimentis prius in medium τῆς τοῦ νέο
prolatis ac sumptis, animum juvenis affectumque ἀσκητικὸς, ὃ
tentandi causa, prout leges monasticæ exigunt, ἐν τούτοις κ
interrogavit, quomodo obedientiæ, quæ inter alias καὶ κακοπάθε
virtutes primas tenet, affectus ; quomodo ad labores εἰπεῖν τοὺς
doloresque ferendos animatus esset ; et, ut brevi- ἀποδυομένους
ter dicam, quidquid aliud ex regula debent a ἱκανῶς κἀν
præpositis interrogari qui in hanc magnam virtutis βαίνοντα τῇ
palæstram recipiendi sunt, sufficienter eum exa- C ἐώρα, καὶ πρὸ
minavit. Postquam autem omnia quæ ad religiosæ τέλος ἀποκεί
institutum spectant, probare juvenem ac nihil a θέσπησι.
perfectione alienum meditari comperit ; animos ei addens, coma
futurum in templum deduxit.

